This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

WIDENER LIBRARY
HX IISN 8

31. 111

Lm 27. 35

NOV: ANGL: 1650: SIGILL: COLL: HARVARD: CANTAB: ET ECCLESIÆ CHRISTO

From the
Library Fund
subscribed in 1842
Rec? June 14,
1844.





POMPONII MELAE

DE

SITV ORBIS

LIBRI TRES

AD PLVRIMOS CODICES MSSTOS VEL DENVO VEL PRIMVM CONSVLTOS ALIORVMQVE EDITIONES RECENSITI

CVM NOTIS CRITICIS ET EXEGETICIS

VEL INTEGRIS VEL SELECTIS

HERMOLAI BARBARI, IOACH. VADIANI, PETRI IO. OLIVARII, FREDENANDI NONII PINTIANI, PETRI CIACCONII, ANDR. SCHOTTI, IO. OPORINI, PETRI IO. NVNNESII, IS. VOSSII, IAC. ET ABR. GRONOVIORVM, ET IAC. PERIZONII, NEC NON MSSTIS IO. GEORG. GRAEVII, IAC. GRONOVII, ET PETRI BVRMANNI, CONLECTIS PRAETEREA ET ADPOSITIS DOCTORVM VIRORVM ANIMADVERSIONIBVS

ADDITIS SVIS

A

CAROLO HENRICO TZSCHVCKIO

A. M. SCHOLAE ELECTORALIS MISNENSIS RECTORE, ET SOCIETATIS LATINAE IENENSIS SOCIO.

VOLVMEN III. PARS III.

LIPSIAE 1806

SVMTIBVS SIEGFRIED LEBRECHT CRVSII.

Lm 27.35

NOTAE EXEGETICAE

IN

POMPONIVM MELAM

P A R S III.

COMPLECTENS

L I B R V M III.



CAP. I.

HISPANIAE ORA EXTERIOR.

§. 1.

Dicta) I. e. deſcripta, enarrata, uti poetae de carminibus frequentant. *Noſtri maris.* Cf. ad 1, 1, 4. p. 45 ſq.

circuitus) Unus unoque amplexu exſtantis terrae ſuperficiem ambiens contra Ciceronis et Macrobii ſententiam, qui vetuſtatis ſecuti incertam fidem Antoecorum et Antipodum temperatam a noſtra interfluente Oceano circumcirca ſeparari putarunt. VADIANVS.

initio) Cf. 1, 1, 3.

infinitumque) Interminatum, quod ad vulgarem captum referendum eſt. Nam extra terrae ſolidae litora alia non videntur, quae terminarent Oceanum. Sed re vera noſtra litora Oceano limitem ſtatuunt. Alioqui ſi ſuo potitus loco terram occuleret, illam globi rotunditatem, quam hodie una cum exſtantis terrae ſuperficie, ut receptiſſima ſententia eſt, efficit, ſolus ipſe abſolveret, et infinitus diceretur, quod in omni rotundo incerta eſt initii finisque praeſcriptio. VADIANVS.

aeſtibus) *Aeſtus*, quod notat Iſidorus orig. 13, 18. *ad Oceanum pertinet, fretum ad utrumque mare.* Sic Plinius 2, 99. ſ. 97. aliique de hac maris agitatione vocem uſurpant. Mare autem internum in plerisque locis non patitur; quare aeſtus Oceani incogniti erant Caeſaris militibus. Vid. de B. G. 4, 29. in.

nudat) Sic Auſon. in Moſ. v. 68. *aeſtus coralia nudat.* Cf. epiſt. 9, 3. Claudian. in 6 conſul. Honor. v. 496. Mela 3, 6, 8. Sic Strabo 1. p. 3. f. 4. γυμνοῦσθαι dicit.

in vicem) Vario procurſu nunc hos agros, nunc illos inundans, neque id alternatim venientibus undis, ut alias in omni litore inſularum et continentis aſſolet, ſed ſubito impetu, quo fit, ut terrae margo extimus in incerto ſit. VADIANVS. Non ita, ut v. c. prius invadat Africam, procedat ad Hiſpaniam, poſt ad Galliam. Ita vox *alternus* apud Noſtrum dicitur ſupra 2, 7, 14. de freto Siculo: *alterno curſu modo in Tuſcum, modo in Ionium pelagus perfluit.* Cf. 3, 6, 5. de Britanniae fluminibus. Hinc vero Dionyſ. v. 27. ἀπάματος ῥόος ὠκεανοῖο.

diverſa) I. e. contraria, ut 1, 1, 6. et alibi. *Pariter* i. e. pari acceſſu.

redit) In priſtinam ſedem redit. Pro *redire* Plin. c. l. *remeare*, Noſter paullo poſt *recedere*, ut Frontin. 2, 13, 11. Pro eo Seneca in Herc. fur. v. 321. *diſcedere*, et ſic Frontin. 3, 9, 1. *aeſtus maritimi diſceſſus.* Livius 26, 45, 7. *deceſſum* uſurpat, ut Caeſar de B. G. 3, 13. Curtius 9, 9, 19. *aquis in ſuum fretum recurrentibus.* Gr. eſt ἄμπωσις ſ. ἄμπωτις, contra πλημμύρα.

immiſſum) Sic Manil. 2, 89. *ſi pontum terris immittit et aufert.*

retroagat) Oroſ. 4, 15. *terrae motus graviſſimus, ut — et flumina retrorſum coegiſſe referatur.* Sil. Ital. 5, 624. *et retro fluctus* (amnium) *torſit mare.*

deſtituat) Non convenit τῷ *immiſſum.* Deſtituit enim, non cum immittitur, ſed cum retro a litore recedit et in ſemet ipſum redit. Sed talia neminem offendant.

Ita v. c. 4. *exigit* non: ad *cedentem*, ſed ad *ſequentem* ſolum hoſtem referendum videtur. Cf. Sanctius et Perizon. 4, 8. not. 5. MÜLLERVS *in prolusione ſchol. ad Melam ſpecim.* 17. Ipſam rem alii etiam eodem verbo nſi indicant. Sic Virgil. eclog. 1, 61. *et freta deſtituent nudos in litore piſces.* Ovid. Faſtor. 3, 52. *unda refugit: In ſicca pueri deſtituuntur humo.* Caſſiodor. Varr. lectt. 7, 6. *Nilus incolas ſuos aut veniendo terret, aut recedendo deſtituit.* Pro eo Propert. 2, 12, 34. *aridus et ſicco gurgite piſcis erit.* Seneca de beata vita cap. 14. *in ſicco relinqui.* Cf. Burmann. ad Propert. c. l. De fluminibus et navibus idem luculenter deſcribit Strabo 3. p. 98. ſ. 143.

§. 2. *anhelitum)* Sic Apollonius cenſuit, de quo cf. Philoſtrat. in eius vita lib. 5. cap. 2. et ſic Eumen. in panegyrico ad Conſtant. Caeſ. c. 6, 4. *anhelitum* Oceano tribuit. Strabo 1. p. 36. ſ. 53. Ἔοικε γὰρ τοῖς ζώοις, καθάπερ ἐκεῖνα συνεχῶς ἀναπνεῖ τε καὶ ἐκπνεῖ. Cf. Salmaſ. ad Solin. p. m. 151.

regerat) Reſorbeat, retrahat, refluente Oceano. VADIANVS.

doctioribus) Satis patet eſſe has ſententias ab philoſophis antiquis editas, ex quibus haec erat Platonicorum, ut notat Cicero de N. D. 2, 8. et diverſitatem harum ſententiarum in cauſis ignotis proferendis voluit etiam colligere Voſſius lib. 2. de idol. cap. 69. 1. GRONOVIVS *MS.* Docti in phyſicis ſunt philoſophi, ut in arte poetica apud poetas poetae. Vid. Fiſcher. ad Anacr. 53, 23. *Phyſicos* hic vocat Solin. cap. 26. ſ. 23. Animatum autem mundum ſtatuebant Pythagorei, (Laert. 8, 25. Ovid. Metam. 15, 342.) Platonici, (Plato in Timaeo p. 311. Bip.) negabant Peripatetici, in primis Strato. (Plutarch. adverſ. Colot. p. 587. Lipſ.) Cf. Seneca Nat.

Qu. 6, 14. Plato in Polit. p. 29. Bip. Solin. c. 26. f. 25. ubi noſtrum reddit, et quae multa dabit Lipſius in Phyſiologia Stoicorum lib. 2. diſſ. 10. Et hinc terram cum corpore animantis comparant paſſim, ut Lucilius Iunior in Aetna v. 96 ſqq. Ceterum de aeſtus marini cauſis cf. Plutarch. de placitis philoſ. 3, 17. Plin. 2, 99. f. 97. Lucan. 1, 409 ſqq. Eumen. in panegyr. ad Conſtant. Caeſ. c. 6. et quos laudant Raderus et Freinshem. ad Curt. 9, 9, 9. Cerda ad Virgil. Georg. 2, 480. alique. Ex recentioribus cf. Otto in Phyſ. Erdbeſchr. T. 1. p. 320 ſqq.

depreſſi) Excavati, ut multa poſſint capere, quod utique non ſupponitur factum eſſe premendo, quod tamen certe eſt in hoc compoſito, ſed vel quacunque ratione, vel effodiendo: datur hoc agricolis et mechanicis proprie in foſſa facienda, ut apud Tacit. Ann. 12, 57. *operis haud ſatis depreſſi*, pro quo ſtatim dicit *effoſſi*, qui etiam Ann. 15, 42. dicit *deprimere foſſam*. 1. GRONOVIVS *MS.* Sic de loco in carcere Salluſt. de B. Cat. 55, 3. *depreſſus locus* Frontin. 1, 5, 24. *foſſa* Columella 2, 15. *ſcrobes* 3, 15. Simpliciter pro eo Frontin. 1, 5, 8. dicit *premere foſſam*, ubi cf. Oudendorpius. Cicero in Verrin. 5, 27. *ſaxum in mirandam multitudinem depreſſum*. Pro eo Lucilius Iunior in Aetna v. 139. *antra demiſſis effoſſa latebris*. Ita vero Seneca N. Qu. 5, 14. in. *ſpecum* et *receſſum interiorem terrarum* commemorat.

reciprocata) Sic Seneca in conſol. ad Polyb. c. 24. *mare alternis aeſtibus reciprocum*; Sil. Ital. 3, 60. *reciproca Tethys*; Ammian. 27, 8. *mare*; Plinius 2, 99. f. 97. *reciprocare*, et ſic alii.

luna) In eo cauſam plerique, veterum etiam, quaeſierunt, uſu et experientia edocti, ut ſupra laudati auctores docebunt. Cf. etiam Bougainville ſur la vie de Pytheas in Mémoires de Paris T. 19. p. 149.

metallibus) Sic Avien. v. 2. vocem hanc de fodinis usurpat.

§. 3. *Huc egressos*) Sc. ad Oceanum.

Baeticae) De ea dictum ad 2, 6, 3. de *Ana* ibidem.

Turduli) Sic Gr. Τούρδουλοι. Infra apud Nostrum occurrunt *Turduli veteres* situ ab his diversi. Nam circa Durium eos conlocat, ut Plin. 4, 35. f. 21. hos a Baeti ad Anam, ubi Plinius 3, 3. f. 1. describit Baeturiam, cui incolas tribuit *Celticos* ad Lusitaniam, *Turdulos* ad Lusitaniam et Tarraconensem. Quodsi *veteres* recte adiicitur; recte monet I. Gronovius MS. haec: Haud dubie antiquissimi ex illis, qui ex Phoenice in Hispaniam venerunt, quod patet ex isto nomine, quod valde probabiliter Bochart. in Chan. 1, 34. dicit esse Phoenicium *Tultulim*, quo notantur migrantes. Hactenus ille. Ab ora iuxta Durium inde ad interiorem regionem migrasse videntur, ubi adparent in Plinio, et commissi cum aliis populis, ex quo inde iterum ad oram prope fretum permissi sunt, ubi fuerunt Turdetani. Quare Turdulos et Turdetanos eundem populum habuerunt, qui ex duobus illis coaluerat, Strabonis certe tempore. V. 3. p. 96. f. 139. Polybius ante Strabonem, qui id notat, diversos populos censuit, et hinc Ptolemaeus 2, 4. Turdetanos et Turdulos separat, et singulis suas urbes tribuit. Ulterius vero, quam alii, Strabo 3. pag. 104. f. 151. Turdulos extendit, qui Turdulis adsignat Augustam Emeritam, quam Ptolemaeus 2, 5. Plin. 4. 35. f. 22. et Mela 2, 6, 4. Lusitanis tribuunt. Turdetanos in Lusitaniae ora ultra Anam habet Ptolemaeus 2, 5. in qua parte nullos agnoscit Plinius. Turdetanos tamen antiquitus in Baetica maxime consedisse, ex eo intelligitur, quod Baetica dicta olim est Turdetania, auctore Strabone 3. p. 96. f. 139. Idem vero etiam 3. p. 98. f. 142. strictioni sensu Turdetaniam intelligit, et a Baeturia iuxta Anam (vid. supra Plinius) separat, qua

quidem parte Plinius 3, 3. f. 1. Celticos et Turdulos, hos quidem magis ad orientem ponit. Quod vero Plinius 4, 35. f. 22. Turdulos hoc in tractu etiam *Bardulos* dictos esse vult, intelligi non potest, nisi *Bastuli* legatur, quamquam et id novum est. Non enim, quod putat ibi Harduinus, Varduli sunt, quos Ptolem. 2, 6. in. in Tarraconensi agnoscat, cum hinc aliquantum sint remoti ad Cantabricum Oceanum prope Pyrenaeum. Eosdem autem esse, quod supra ex Strabone notavi, diserte adfirmat Stephanus f. v. Τουρδηταvία, uti lego pro Τουρδιτανία, etsi ita adhuc editum legitur in Strabone 3. p. 98. f. 142. ubi tamen Cod. Mosc. exhibet per η, uti populum ipsum Ptolem. 2, 4. et 5. pro quo Τουρδεταvία et Τουρδεταvοὶ Strabo 3. p. 96. f. 139. ex promiscua pronuntiatione, et sic per e Latini efferunt. Sed et utrumque populum promiscue quidam commemorant, ut Livius 34, 17 sqq. ubi etiam Codd. variant. Cf. ad 28, 39, 8. et ad 34, 17, 4. Turdulos habet Marcianus Heracl. p. 39. inde a Mellaria, Turdetanos ab Asta. Plinius Turdetanos plane ignorat. Dicti autem etiam sunt iidem, auctore Stephano, Τούρτοι, (cui lucem adfundit Cato in oratione de consulatu suo apud Charis. 2. p. 190.) et Τουρτουτανοὶ, vel, notante Holstenio p. 326. Τυρτυτανοί. Priores vel potiores fuisse videntur, quia regio dicitur Turdetania, non Turdulia. Plura conlegerunt, vel diseruerunt Resendius in antiqu. Lusitan. lib. 1. pag. 79. qui Turdulos veteres omnium Turdulorum parentes vocat, Nonius in Hispan. cap. 8. pag. 588. et 30. p. 410. (in Schotti Hispania illustrata T. 4.) et Florez in España Sagrada T. 9. p. 7. Turdetaniae autem metropolim Ptolemaeus commemorat Corduham, quocum consentit auctor de B. Hisp. c. 3. Doctissimos omnium Hispanorum Turdulos praedicat Strabo 3. p. 96. f. 140. qui grammatica utantur, antiquitatis monumenta conscripta habeant, et carmina et leges metris inclusas inde a sex milibus annorum.

Baſtuli). Sic et Graeci. Strabo 3. p. 96. f. 139. eosdem Baſtetanos etiam dictos eſſe adfirmat, et poſt p. 108. f. 156. non ſolum id repetit, ſed et eorum regionem a Calpe ad Carthaginem definit, cuius tamen aliquam partem tribuit Oretanis. Ptolemaeus 2, 4. a Calpe ad Mellariam habet Baſtulorum oppida, Baſtetanos autem 2, 4. ſeparat, et prope Oretanos locat; urbes in ora commemorat *Urcen*, non procul a Carthagine nova, plures in interiori regione. Sic Plin. 3, 4. f. 3. Baſtulos primos in ora citerioris Hiſpaniae producit, et in oppidis oram proximis *Urcin*. Eorum fines Marcian. Heracl. pag. 39. Hudſ. (vitioſe ibi Βλαστουροὶ) a Calpe profert, et Poenos cognominari addit, ut Ptolem. 2, 4. Nempe, quod teſtatur Plin. 3, 3. f. 1. univerſam illam oram originis Poenorum exiſtimaverat M. Agrippa. Cf. Mela 2, 6, 9. Idem hinc apud Appian. de reb. Hiſp. cap. 56. cenſentur eſſe Βλαστοφοίνικες, quamvis non ſine mendi ſuſpicione. Cf. Schweighaeuſerus Vol. 3. p. 269. qui coniicit Βλαστουλοφοίνικες. Nonius in Hiſpania cap. 8. p. 388. ubi eundem locum tractavit, emendat vel Βαστοφοίνικες, vel Βαστυλοφοίνικες, quia ad Hannibalem illorum originem Appianus referat. Cf. idem etiam c. l. de Baſtulis. Ceterum, ut Noſter, Plinius c. l. ſubiicit: *ab Ana autem Atlantico Oceano obverſa* (ora) *Baſtulorum Turdulorumque eſt*, uterque diverſo ordine.

§. 4. *portus*) *Meneſthei* portus putatur, de quo dictum eſt ad 2, 6, 9. etſi propter diverſitatem in Marciano et Antonino dubitatur ab aliis, de quo paullo poſt ad *Aſta* et hic in fine notae. Prope Aſtam commemorat etiam Strabo 3. p. 96. f. 140. et ſic Marcian. Heracl. p. 40. Hudſ. ubi corrupta ex Strabone facile emendantur. Noſter a vicinia Gadium *Gaditanum* adpellat, quod et fecit Antonin. in itiner. pag. 409. qui ab Aſta remouet 16 M. P. in quo non ſolum a Marciano, ſed et a Ptolemaeo 2, 4. quem conſentientem habet Marcianus, di-

crepat. Nisi numeri singuli praelatam summam conficerent, facile excidisse denarium putem, quia 26 M. P. totidem (200) stadia efficiunt, quot numerat Marcianus. Convenit autem illi cum aliis, si X ante C deleatur, et hic addatur, quod tamen non ausim inferre. Erravit igitur potius, licet recta hic sit ora et linea. Vid. de illo portu pluribus Suarezius in antiqu. Gadit. 1, 9. H. est vel *Porto di S. Maria*, ut putat Nonius in Hisp. cap. 13. vel prope *Real*. Mannert in Geographie p. m. 284. quaerit, ubi nunc est *S. Pedro*.

Oleastrum) Sic Ptolem. 2, 4. f. Plin. 3, 3. f. 1. quibus est oppidum in hoc tractu. At in Antonini itiner. p. 399. *Oleastrum* aliud intelligitur, quippe quod a Tarracone distabat 21 M. P. Strabo 3. p. 110. f. 159. inter Saguntum et Tarraconem eodem nomine, quod ex MSS. pro Ὀλίαστρον nunc legitur, urbem ponit, ita tamen, ut propius Saguntum cis Iberum ostendat, Antoninus trans Iberum versus Galliam. At in nostro tractu Strabo 3. p. 98. f. 142. Κωτίνας commemorat montes, pro quo κοτίνους reponit hic Vossius, qui Graecum nomen *Cotinussam* fuisse putat. Ex Plinio 34, 49. f. 17. *Oleastrense plumbum* huc referri potest, quia Strabo in illorum montium vicinia aes aurumque nasci tradit. Vario igitur sensu illud nomen dictum et accommodatum est, oppidumque a luco et montibus adpellatum longius extentis.

Ebora) Si vera est lectio Straboni 3. p. 97. f. 140. Graecis etiam dicta est Ἔβοῦρα. Cf. not. crit. pag. 11. A Stephano enim vocatur Ἔβορα, seu, ut Cod. Voss. habet, Ἔβυρα, urbs maritima post Gades sita. Strabo *Luciferi* fanum ibi fuisse dicit, Latino nomine *Lucis dubiae*. Cognomines alibi feruntur urbes. Nostram quidam h. volunt esse *San Lucar de Barrameda*, quae tamen ulterius iacet et post *Chipiona*. *Litus*, quod hic adtingit Mela, est ripa Baetis, nec repugnat Strabo, qui ante

quam inde ad Anam perveniatur, aeſtuaria aliqua trahi cienda eſſe refert. Idem, de Baeti, declarat etiam Aſtae ſitus.

Aſta) Sic et Graece. Inde *Aſtenſes* apud auctor. de B. Hiſp. cap. 26. *Regiam* dictam eſſe notat Plin. 3, 3. f. 1. et ponit inter aeſtuaria Baetis, ut Strabo 3. p. 96. f. 140. qui ibi commemorat ἀνάχυσιν καὶ ἀνάβρασιν. Et ſic Marcian. Heracl. pag. 40. Huds. ἡ κατὰ Ἄσταν (vulgo ἀνάστανα) ἀνάχυσις, pro quo Ptolem. 2, 4. in. ἡ κατὰ Ἄσταν ἔκχυσις, etſi ibi discrepant numeri. Cf. Caſaubon. ad Strabon. c. l. In deſcriptione totius Hiſpaniae, quae praefixa eſt Aelii Antonii Nebriſſenſis rebus a Ferdinando — geſtis monetur, hodie oſtium Baetis meridionale eſſe oblimatum cum alveo, cuius quidem veſtigia cernantur; potuiſſe igitur Nebriſſam et Aſtam olim inter aeſtuaria conlocari, cum illae urbes nunc 8 M. P. a flumine abſint. A portu Gaditano ſ. Meneſthei Marc. Heracl. c. l. removet 210 ſtadiis, ad quem accedit Ptolem. 2, 4. Antonin. in itiner. pag. 409. dimidio fere propius admovet. H. quidam putant *la Meſa de Aſta*, (Ambroſius Moralis) ſ. *Salucar*, (Moletius) plerique *Xeres*, ut Nonius in Hiſp. cap. 13. qui priores producit. In vicinia vero, ubi campus deſertus veteris indicia retinet, ponit Rod. Carus in antiqu. Hiſp. 3, 23. ubi pluribus de ſitu diſſerit; Mannert p. m. 280. prope vicum *Trebujeka*, quod non discrepat. Quodſi Meneſthei portus eſt *Puerto di S. Maria*, et hic, teſte Nonio c. l. duabus tantum leucis ab urbe Xeres diſtat, turbantur ſuperiorum auctorum notationes, vel ulterius et remotius a Xeres quaerenda nunc eſt Aſta. Ingenioſe, dubito, an ſatis vere, Nonius c. l. *Xeram* (Ξηρὰ) apud Stephanum huc refert, ſicut Aſtam mutato nomine antiquo, quod quidem in Hiſpaniae urbibus non infrequens eſt, vocatam fuiſſe poſteris temporibus putat. Sed quia περὶ τὰς Ἡρακλείας στήλας ibi ponitur, etſi vage id factum quis velit, tamen

vel ſic non bene convenit. Non enim de Gadibus rare uſu, quem Strabo 3. p. 117. f. 170. notat, dixiſſe videtur. Claram vero olim fuiſſe urbem inde patet, quod in eam olim Turdetani convenerunt. (Strabo 3. pag. 97. f. 141.) Idem confirmat cognomen *Regia* apud Plinium, et quod *equites Romani Aſtenſes* apud auctorem de B. Hiſp. cap. 26. memorantur. *Coloniam* facit Noſter, Hinc vero Turdetanorum ſedes incepiſſe ſupra dictum eſt. De aeſtuariis cf. Strabo c. l. et poſt p. 98. f. 143.

Extra) Pertinet ad ſinum, qui praeceſſit. Sed cum omnes Iunonis templum in ipſo promontorio, quod inde nomen traxit, ponant, (vid. Ptolem. 2, 4. Marcian. Heracl. pag. 40. Hudſ.) et loca hactenus recenſita ultra illud ſita ſint, inſignem errorem impingat Melae, qui in natali fere ſolo locorum ordinem ſic turbaverit, quod fecit in tabulis Reinoldius, ubi ſic: *Gaditanus portus, Iunonis templum et ara, Caepionis monumentum.* Aliquantum hic a promontorio removetur, quod fretum finit urbe Baeſippone, et portu Gaditano Oceani oram inchoat. Ut igitur Mela ad aliorum narrationes et ipſam, quod res declarat, veri ſpeciem revocetur, de altero portus Gaditani cornu intelligi debet. Inſula enim Erythia, quae et Iunonis dicta eſt, cum templo huc non pertinet, ut infra ulterius et ultra Anam occurrit. De *Caepionis monumento* cf. not. crit. p. 12 ſqq. H. ubi urbs eſt *Chipiona*. Vid. Holſten. ad Ortel. p. 46. et 87. Nomen traxit a Servilio Caepione, qui de Luſitanis, duce Viriatho rebellantibus, triumphavit. Cf. praeter faſtos Vellei. 2, 1. Eutrop. 4. extr.

§. 5. *Baetis)* Gr. Βαῖτις. Raro et poſtera demum aetate auctores Latini ſcripſerunt *Betis*, unde et quidam corripuerunt. Vid. Cellar. in Geogr. ant. 2, 1, 43. Quod tamen idem vult *Baetes* etiam olim dictum eſſe, fraſtra adfert Sil. Ital. 3, 405. ubi *Baetis* eſt in bonis

editionibus. Verius id ex inscr. apud Gruter. p. 153. probari possit, ubi ita: *a Baete et Iano Augusto ad Oceanum;* item *ab Iano Augusto, qui est ad Baetem usque ad Oceanum.* Alias, ut Graeci Βαίτιος, Βαῖτιν, Latini etiam et *Baetim.* (Liv. 28, 30.) Inde *Baetica Hispania, Baeticolae viri* apud Sil. Ital. 1, 146. Olim Tartessum dictum fuisse, notarunt Strabo 3. p. 102. s. 148. Pausan. 6, 19, 3. Eustath. ad Dionys. v. 337. eundemque h. v. intelligere Stephanum, docent adiecta. Incolis dictus est vel *Perces* sec. Stephanum s. v. Βαῖτις, vel *Certis* sec. Liv. 28, 22. in. ubi quidem tantopere fluctuantur codices, ut nihil certi definiri possit. Si tamen ex Stephano corrigendus videtur Livius, quod existimat Bochart. in Chanaan 1, 34. adsentiente ad Stephanum Berkelio, *Perces* etiam in Livio legi debet. Derivat autem Bochartus a *berca* i. e. stagnum, ut *Pergusa*, lacus Siciliae. Cf. etiam viri docti ad Liv. c. l. Oberlin. tamen ad Vibium Sequ. p. 86. Sigonii coniecturam, *Circem*, in Livio praeferendam putat, si, quod Marius Niger tradat, verum sit, Afrorum lingua *Circin* vocari, quamquam dubitatio oriatur ex hodierno nomine *Quadalquivir* i. e. *Vadi al Kibir*, ut Arabes vocarunt. Aliis *Quad Alkebir* i. e. fluvius magnus. Vid. Relandus de Paradiso §. 18. *Baetis* quidam ex Belgica lingua a *Baet* i. e. utilitas derivant, quae vanae sunt argutiae. De origine Noster sic: *ex Tarraconensi regione demissus*, quod pertinet ad montem *Orospedam* s. *Orespedam*, (Strabo 3. p. 112. s. 162.) qui in Ptolemaeo 2, 6. vocatur *Ortospeda*, h. *Sierra Vermigia*, ut ibi Bertius adscripsit. Alio tamen loco idem Strabo 3. p. 102. s. 148. ex monte Argenteo prope Castulonem eum deducit, cum quo consentit Stephanus s. v. Ταρτησσός. Cf. Avien. in ora v. 291 sqq. At Bochart. in Chanaan 1, 34. ὄρος Πέδα idem esse contendit, quod ὄρος Ἀργυροῦν, arcessita Arabicae linguae ope, in qua *phed* est argentum, a cuius fodinis nomen impositum fuisse Strabo adfirmat. Hodie mons, unde fluit, dicitur *Segura*. Polybius teste Strabone c. l.

eundem et Anam ex Celtiberis fluere ſcripſerat, ita ut invicem diſtarent 900 ſtadiis, nempe quod Celtiberi potentia aucti vicinis regionibus nomen impoſuerint. De eodem fonte conſentit ipſe Strabo 3. p. 96. f. 139. Turbat tamen hic Avienus in ora c. l. qui montem Argentarium lacum incumbere dicit, *Liguſticum* vocat, unde labatur Baetis, cum Mela lacum illum non longe a mari ponat. Cf. quae diſputat de illo loco Salmaſ. ad Solin. p. m. 202. qui cum prius tentaſſet illud nomen, poſt explicat ex Stephano, ubi Λιγυστίνη urbs prope Tarteſſum commemoratur. Ἄορνον eundem vocari ex Schol. Ariſtophanis ad ranas monet d'Anville in Memoires — de Paris T. 30. p. 116. *Pelagus* vocatur ab Eulogio in apologetico martyrum Cordubenſium. Vid. Ambroſius Moralis p. 319. (in Schotti Hiſpania illuſtrata T. 4.) Voſſius tamen hic, cum permanens lacus et ne modicus quidem inveniatur, de aeſtuariis intelligit. Plinius 3, 3. f. 1. Tugienſi ſaltu illum exoriri tradit, quod poteſt componi. Nempe *Tugia*, unde nomen, a Caſtulone diſtabat 35 M. P. (Antonini itin. pag. 404.) Cum vero lorigo fluvii in confinio Tarraconenſis et Baeticae quaeri debeat, non poteſt per Tarraconenſem regionem mediam diu decurrere, quod ut a Mela avertatur, *hanc* ad Baeticam referri debet, cuius magnam partem hic deſcribit. In ipſa curſus deſcriptione comparari Noſter poteſt cum Strabone 3. p. 96. f. 139. Eius longitudinem a fonte ad oſtium deſignavit Marc. Heracl. pag. 40. Hudſ. ſtadia 3350. Curſus primo modicus, deinde multis acceptis fluviis maior. (Plin. 3, 3. f. 1.) Baeticam ingreditur ad Oſſigi oppidum, amoeno blandus alveo, crebrisque oppidis accolitur. De aeſtuariis eius ex maris effuſionibus cf. ſupra ad §. 1. et in primis Strabo et Plinius c. c. l. l. Ille ἀναχύσεις vocat, Pauſan. 6, 19, 3. ἄμπωτιν. Idem cum aliis illi dat duo oſtia, quorum alterum hodie obſtructum eſt et oblimatum, ita ut uno tantum excurrat, quamvis Sepulveda, notante Nonio ad calcem Hiſpaniae de fluviis p. 474. T. 4. in Schotti Hiſp. illuſtrata, geminis

ſuo aevo oſtiis erupiſſe adfirmavit. Ipſe Nonius duo brachia, quae inſulam (Strabo c. l.) complectantur, oſtia veteribus dicta fuiſſe putat. Sic certe intelligenda vox in Avieno in Ora v. 288. ubi dicit: *trina ora infert in agros.* Sic Voſſius pluribus evincere hic nititur, unum tantum et olim fuiſſe, quia, ſi olim, quod incolae adfirmant, ad Rotam oppidum in mare exiiſſet, prius Baetim, deinde Caepionis monumentum Mela recenſuiſſet, nec unius tantum Marcianus meminiſſet. Attamen in hoc cum orientale adtingatur, debet etiam fuiſſe occidentale, et de loco exitus veritas Rotenſium fide nititur. Certe Mela in iis oris natus, verum ignorare non debuit. Ab hoc fluvio autem, quod notum, *Baetica* nominatur. (Plin. 3, 3. ſ. 1.) Olim lanae eius aquis commode inficiebantur. V. Martial. 8, 28, 6. Iuvenal. 12, 42. Ceterum Melam qua ſenſum reddidit Boccatius de fluminibus h. v.

Olintigi) Obſcurum nomen. Vid. not. crit. p. 16. *Onoba* cognominata *Aeſtuaria*, (Plin. 3, 3. ſ. 1.) pro quo Marcian. Heracl. pag. 40. Hudſ. habet Ὄνοβα Ἀστουρία, qui inter oſtia Baetis et Anae conlocat, unde Ptolemaei 2, 4. Ὀνοβαλιστουρία emendatur, adhibito Plinio, in quo hic Harduini lectionem probat Voſſius. Cf. not. crit. p. 17. Ab oſtio Baetis diſtabat 420 ſtadia. (Marcianus c. l.) De ipſa urbe eiusque ſitu erudite exponit Roder. Carus in antiqu. Hiſpan. 3, 75. qui putat h. eſſe *Gibraleon*, probatus ab Harduino ad Plin. et Weſſeling. ad Antonin. itin. pag. 432. Refragatur Holſten. ad Ortel. p. 137. quia *Gibraleon* longius a mari diſtet, et p. 140. ad *Gubalion* refert. Bivarium nimis libere vagantem, qui *Ayamote* exiſtimaſſet, refutavit Rod. Carus, quod hoc oppidum ad Anae oſtia iacet. Florez tamen in Eſpaña Sagrada T. 12. p. 58. evincere ſtudet, h. eſſe *Huelva*, quod eſt in eodem tractu, quo *Gibraleon*. De *Laepa* cf. not. crit. p. 18. H. videtur eſſe *Lepe*. Quod ſi verum habetur, eadem non poteſt eſſe *Ilipa*, quippe quae ab Onoba diſtabat

30 M. P. ſec. Antonin. in itin. pag. 432. vel in Onobae ſitu peccatur.

§. 6. *Luſitania)* De ea ad 2, 6, 3.

impetu) I. e. promontorio longiſſime procedente. Proprie regiones non poſſunt habere impetum, ut omnia inanimata; tribuunt tamen illis Latini, ut notet magnam molem et aliquid ulterius ſolito. Sic *impetum aulae* dixit Stat. Silvar. 4, 2, 23. I. GRONOVIVS *MS.* 1.

abducit) Litoribus ſcilicet, in ortum verſus contractis, Baetica longius ſe in occaſum pandente. VADIANVS.

faſtigat) Ita fere Livius 37, 27, 7. de colle: *in modum metae in acutum cacumen a fundo ſatis lato faſtigatus.*

Cuneus ager) Sic Strabo 3. p. 95. f. 137. τὴν προσεχῆ χώραν τῇ Λατίνῃ φωνῇ καλοῦσι Κούνεον, σφῆνα σημαίνειν βουλόμενοι. Quod an verum ſit, diſceptatur, et vel Latinum nomen, vel ſitus promontorii impugnatur. Caſaubonus Strabonis auctoritate nixus, Latinam vocem exiſtimat, quia Romanis illo tempore patuerint Hiſpaniae, ipſi autem incolae Lat. L. delectati fuerint, ut ex Plinio conſtat. Plerique tamen, et neſcio an recte, diſſentiunt et a populis vel *Coniis*, vel *Cynetibus* nomen derivant, qui olim illum tractum tenuerunt; ut hic Voſſius, quem refutare tentat Florez in Eſpaña Sagrada T. 13. p. 19. ex Strabonis loco. Cum enim P. Scipio in Hiſpaniam veniſſet, trifariam Carthaginienſium copias diviſas eſſe comperit, unumque ex tribus ducibus, Magonem, in *Coniis* agere ultra Herculis columnas, ut diſerte legitur in Polybio 10, 7. qui ſic populum quendam adpellatum eſſe addit. Non igitur hoc origine Latinum nomen eſſe

poteſt, ſed peregrinum; non ab Romanis impoſitum, ſed inventum et exceptum. Applanus porro de reb. Hiſpan. cap. 57. et 58. *Cuneos* populos habet, quorum urbem vocat *Coniſtorgin*. At vero iidem fuiſſe videntur, qui *Conii* apud Polybium, non ſolum propter nominis adfinitatem, ſed et ſitus notationem. Cf. Mannert. Geogr. p. m. 314. qui bene de hoc expoſuit. Urbs autem illa Strabonis 3. pag. 97. f. 141. Κονίστορσις (ſic per o in penult. Cod. Moſc.) ideo eſſe videtur, quod etiam in hoc tractu prope Aſtam ponit et γνωριμωτάτην in Celticis vocat. *Ariſtorgin* Livii 25, 32, 5. huc arceſſit Mannert. p. m. 327. At iidem *Conii* vel *Cunei* vix diverſi fuiſſe videntur a *Cynetibus*, unde Voſſius huius agri nomen derivat. Nempe, inquit, *Cuneus ager* et promuntorium corruptum eſt ex Graeco Κύνης, cuius accolae dicuntur Herodoto [2, 33. 4, 49.] Κυνήσιοι et Κύνητες. *Cynetes* iſti habitabant inter Sacrum promuntorium et Anam flumen, quem terminum Cynetum facit Rufus Feſtus [Avien. in ora v. 223.] et alibi [v. 205.] *Ana amnis illic per Cynetas effluit*, tamquam ſi etiam *Cynetes* aliqui eſſent ultra Anam, quod verum arbitror ex Iuſtino 44, 4, 1. nbi male vulgo legitur *Curetes*. [Nunc *Cunetes*.] Voſſianae ſententiae pondus accedere videtur, quod Strabo Coniſtorſim in Celticis ponit. Celtici enim vel Celtae omnium olim in Europa ad occaſum habitantium populorum ultimi, extraque columnas Herculis poſiti, Cyneſiis fuerunt finitimi, teſte Herodoto 2, 33. Κυνήσιοι autem et Κύνητες iidem ſunt, ut conſtat ex Stephano ſ. v. Κυνητικὸν, quem locum eſſe dicit Hiſpaniae prope Oceanum, ſine dubio intelligens Cuneum agrum. Clare etiam id Herodotus de populis teſtatur. Nam qui Κυνήσιοι ſunt 2, 33. Κύνητες dicuntur 4, 49. eodem ſitu et iisdem fere verbis. In eandem ſententiam plura diſputavit Schlichthorſt über den Wohnſitz der Kyneſier oder Kyneter pag. 419. (vid. Magazin für Schullehrer T. 1. P. 2.) Quam igitur cauſam nominis addit Polybius, inepta

illa est. Alia succedit dubitatio, an Mela Cuneum agrum promontorium dixerit, et a Sacro seiunxerit. Resendius, motus forsitan hac difficultate, in antiquit. Lusit. lib. 4. p. m. 178. promontoria hic explicat, non terrae tantum cacumina, quae mari immineant, sed totos etiam late tractus, qui tandem acumine in mare desinant. Sic Livius 21, 35, 8. *praegressus Hannibal in promontorio quodam — Italiam ostentat*, idemque adparere putat ex Melae descriptione. In Livio quidem est in planum exstans et prominens Alpium rupes. Strabo unum tantum Sacrum promontorium in Cuneo agro agnoscit, et quod longissime exstet ad occidentem, et Artemidorus cum navigio comparavit. Plin. 4, 35. s. 22. duo hic recenset, *Sacrum* et *Cuneum*. Mela autem ex hoc agro tria exstare dicit, quorum unum *Cuneus*, alterum *Sacrum*, tertium *Magnum* dicitur. Vid. Penzel ad Strabon. Vol. 1. p. 604. Ita vero intelligenda esse tria νησίδια, quae teste Strabone ibi Artemidorus posuit, monet Casaubonus et similibus exemplis inlustrat. Vadianus haec tria promontoria non recte intellexit, et ultra Cuneum agrum reliqua duo quaesivit, ita ut Cuneus sit hodie *Cabo S. Vincente*, Ptolemaeo 2, 5. promontorium *Sacrum*, Sacrum vero *Barbarium*, tertium *Lunae montis promontorium*, quem ideo notavit Resendius lib. 1. p. m. 10. c. l. Ipse vero lib. 4. p. m. 178. Cuneum h. adpellat *Cabo S. Maria*, Sacrum *Cabo S. Vincente*, prisci tamen nominis vestigium in oppido *Sacri* adhuc servari ait. Secundum Strabonem 3. p. 95. s. 139. utrumque maiori ex parte Celtae et Lusitani habitabant, quibus Ptolemaeus addit Turdetanos. De *Magno* autem nihil, nec est in hoc tractu tertium promontorium. Quid igitur? Putant h. esse *Cabo de Roca*, ut Mannert p. m. 320. quod Ptolemaeo est *Lunae montis promontorium*. Apud Plin. 4, 35. s. 21. occurrit *Magnum*, quod ab aliis etiam *Olisipponense* vocatum esse addit, quamvis cum Artabro miscet. Quodsi vero ita est, nec videtur aliter esse posse, quomodo

Mela poſtea poteſt duos ſinus interponere? Aut igitur pertinet hoc tantum ad promontorium *Sacrum* et *Magnum*, et ſic nec recte, nec commode omiſit medium, quod apud Ptolemaeum eſt *Barbarum*, aut alius cum Vadiano tenendus eſt ordo, ſic ut *Sacrum* illi ſit Cuneus, *Barbarum* Sacrum, et *Magnum*, ut ante dictum eſt, quamvis diſſentientibus Marciano, Ptolemaeo — Tum vero *Sacrum* h. eſt *Cabo de Eſpichel*. Et ſic Plin. 4, 35. ſ. 22. forte *Sacro* ſubiicit *Cuneum*, et apud Noſtrum τὸ *proximo* ad Cuneum pertinet, unde hoc ſenſu ſinus duo incipiant, uti etiam I. Gronovius MS. 1. *proximum* explicat inter Cuneum et Sacrum. Reſendius quidem in antiquitatt. Luſitan. lib. 4. p. m. 185. promontorium *Sacrum* duobus cornibus in altum dicit exire, quod et tabulae declarant, inter quae ſit ſinus modicus, inque ſiniſtro cornu h. urbs *Sacris*, unumque Melam huius tractus meminiſſe. Neque tamen vel ſic ſatis Noſter vindicatur, quia dicit: *lata ſede procurrens ſe ac ſua latera faſtigat*, cum tamen in latere ex vulgari interpretatione ſit *Cuneus*, *procurrere* autem ad totum agrum et integrum pertinere debeat.

Sacrum) Ab Herculis templo, quod ibi fuiſſe Ephorus tradiderat ſec. Strabon. 3. p. 95. ſ. 138. quamvis negante Artemidoro. Sacrum tamen locum habitum eſſe, Strabo ipſe adfirmat. Porro, ut idem refert, quidam olim crediderunt, ſolem ibi ad Oceani litus longe maiorem et cum ſtridore occidere, de quo cf. etiam Auſon. in epiſt. ad Paullin. 19. in. Florus 3, 17, 12.

Myrtili) De ſcriptura huius et ſequentium urbium cf. not. crit. p. 20 ſqq. *Iulia Myrtilis* in Ptolemaeo 2, 5. Terminatio nempe in *is* et *i* in Hiſpanicis urbibus non eſt inuſitata. Sic Frontin. 2, 3, 1. *ad oppidum Intibilim*. Vid. ibi Oudendorpius et, quem laudat, Gronov. ad Liv. 21, 60. Cognomen *Iulia* coloniae indicium eſt. Antonin. in itin. pag. 431. a *Pace Iulia* removet 36 P. aliquanto

paucioribus Ptolem. 2, 5. qui Turdetanis in inferiori regione adſcribit, in quo ſitu errare videtur. Nam ſi Mela ordinem tenet, quem eum tenere inverſa progreſſione Plin. 4, 35. ſ. 22. probat, non poteſt ultra Balſam et Oſſonobam ſita fuiſſe, quod tamen indicant numeri in Ptolemaeo. Si *Pax Iulia* h. eſt *Beia*, non *Baiadoz*, uti probant Reſendius, Barrerius, Nonius aliique, optime haec diſtantia hodie convenit inter *Beia* et *Mertola*. Vid. Nonius in Hiſp. cap. 33. Nempe *Myrtili* h. eſt *Mertola* ad fl. Anam, plena cippis, columnis, ſtatuis antiquis, quibus Gothi et Mauri ad reficiendos muros uſi ſunt, teſte Reſendio lib. 4. p. 179. c. l.

Balſa) Occurrit in Plinio 4, 35. ſ. 22. Ptolemaeo 2, 5. in. Marc. Heracl. pag. 42. Hudſ. Anton. in itiner. p. 426. ubi a Paçe Iulia removetur 23 M. P. H. *Tavilla*, ut exiſtimat Reſendius lib. 4. p. 180. c. l. praecipua urbs Algarbiae.

Oſſonoba) Sic Plin. c. l. Anton. in itin. p. 426. Apud Ptolem. 2, 5. in. Ὀσσόναβα, Marc. Heracl. c. l. Ὀσσόνοβα. Antoninus a Balſa removet 16 M. P. Marcianus 300 aut 340 ſtadiis, aliquantum discrepans; Ptolemaeus intra medium conſiſtit. In cippo occurrit *Resp. Oſſon.* Vid. Reſendius pag. 182. c. l. qui monet, fuiſſe olim etiam ſedem epiſcopi, tum paene dirutam, poſt in vicum redactam dictamque *Exubanam*, nunc, cum prope non ſit, nuncupari *Eſtoi*. Roder. Caro in antiqu. Luſit. 3, 75. eſt *Eſtombar*, notante Harduino ad Plin. c. l. In vicinia certe, propius tamen ad promontorium ſacrum iacuit.

Lacobriga) De lectione et ſcriptura in not. crit. p. 22. dictum eſt. *Briga*, quod adpenditur, putant eſſe Thracum *bria*, quod eſt urbs inferto *g*. Vid. ad 2, 2, 5. in voce *Meſembria*. Et ſic Stephanus in *Butobria*, Hiſpa-

nicae urbis nomine explicat, et Thracils nominibus inlustrat. Sed quid Thracum lingua in Hiſpania? Cluver. in Germ. ant. 1, 7. p. 50. obſervat, omnes urbes ita deſinentes in Hiſpania et Gallia ad fluminum ripas fuiſſe poſitas; unde exiſtimat, ſignificare *pontem*, quod et linguarum variarum dialecto adiuvat, et multis exemplis inluſtrat. Alii aliter explicant. Cf. etiam de h. v. Goropius in Hiſpan. lib. 2. pag. 25. Mariana hiſt. de l'Eſpagne T. 1. p. 24. qui a Germanis derivat. Quaeritur hodie, ubi eſt *Lagos*, frequentiſſimum et nobiliſſimum oppidum. Cf. Reſendius lib. 4. p. 186. c. l. praeter alios. Quod quidem praeferendum eſt eorum opinioni, qui *Coymbra* putant, ut Olivarius ad Melam et Tarapha notati a Nonio in Hiſp. cap. 37.

portus Hannibalis) Si intra Cuneum agrum vel cis promontorium Sacrum vulgari uſu ſubſiſtimus, prope *Lagos* quaerendus eſt, ubi Reſendius p. 186. c. l. habet duos portus ex duobus oſtiis factos, *Villanovanum* faciliorem, et *Alboritanum* difficiliorem acceſſu, quorum ille hunc fuiſſe putat propter loci ſitum et munimentum maius ab Hercule dictum. Menoetius Vaſconcellus ad Reſendium p. 256. inter *Villa nova de Portimano* et *Alvor* fluctuat. At ſi ſuperiorem ordinem et progreſſionem ſequaris, portus eſt celeber prope *Setuval*.

Ebora) Apud Ptolem. 2, 5. eſt Ἔβουρα, ſed *Ebora* veriorem eſſe ſcripturam evincunt multa. Ita nempe Plin. 4, 35. ſ. 22. Anton. itiner. pag. 418. et in primis inſcriptiones, quas exhibet Reſendius in antiqu. Luſit. et de antiquitate Eborae, unde retulit Nonius in Hiſpania cap. 32. quae omnes per *o* efferunt. Cf. etiam Vaſconcellus ad Reſendii antiqu. Luſitan. p. 26 ſq. Nec minus antiqua concilia, de quibus idem Vaſconcellus ad lib. 5. pag. 101. ubi et ſqq. de Ebora agit. Plinius 4, 35. ſ. 22. oppidis veteris Latii adnumerat, et *Liberalitatem*

Iuliam dictam etiam esse addit. Caute autem distinguenda est ab *Ebora* Baeticae, quam Vasconcellus pag. 10. c. l. per *u* potius scribendam esse censet, Plinii 3, 3. s. 1. *Eburam* cognomine *Cerealem*. Sed cum similitudine nominum Strabonem et Stephanum deceptos ait, non satis recte monet. In Strabone enim 3. p. 97. s. 140. legitur Ἔβσῦρα, in Stephano Ἔβορα, quorum ille ponit inter Baetim et Anam, hic post Gades in litore. Tum ad hanc potius referendum esse videtur, quod putat Vasconcellus p. 12. probante Nonio cap. 32. nostram ab Eburonibus conditam fuisse. Nomen autem *Liberalitas Iulia* in Plinio confirmat inscriptio apud Gruter. p. 489, 9. *Divo Iulio Li. Iulia Ebora ob illius in mun. et munic. liberalitatem* — Sub Iulio Caesare igitur ius Italicum accepisse videtur et municipium veteris Latii dictum. Alia inscriptio a Sertorio moenibus fuisse instructum declarat sic: *Q. Sertor. — Ebor. munic. — urbem moenivit eoque aquam diversis in duct. unum conlecteis fontibus perducendam curavit.* H. *Ebora* putatur. Quod si verum est, vel Mela erravit, vel alii. Ille enim ponit in ora, vel non procul inde. At longissime removet Ptolemaeus, si Salaciam spectes, a qua distabat 43 M. P. (Antonin. itin. c. l.) Cf. etiam Mariana in hist. de l'Espagne T. 1. p. 397 sq. ubi de Eborae situ variisque doctorum opinionibus disserit. Ipse putat h. *Talavera*, quod tamen ab hoc tractu aliquantum est remotum.

Salacia) Sic et Graece. *Urbs Imperatoria* cognominata fuit auctore Plinio 4, 35. s. 22. inscriptiones passim vocant *municipium*, ut apud Gruter. p. 13, 16. Hodie *Alacer do Sal*, si Lusitani non fallunt, quod caute addit Wesseling. ad Anton. itiner. p. 418. Fallere enim videntur, si Lopez recte in tabulis posuit, in quibus est a mari remota. Putem hinc potius esse h. *Secimbra*, vel in eius vicinia locum paullo infra *Cattobrigam*, quod ex Ptolemaeo 2, 5. et Marciano p. 42. Hudf. intelligitur.

Ulyſſippo) De ſcripturae varietate ſatis, opinor, dictum eſt in not. crit. p. 24 ſq. Nomen urbis et originem multi veterum ab Ulyſſe repetunt, quam meliorem partem Nonius praedicat in Hiſp. cap. 35. Idem, ut alii, Strabonis Ὀδύσσειαν lib. 3. p. 109. f. 157. huc refert, quae etſi ad Ulyſſem accommodatur, procul tamen hinc in montanis Baeticae prope Malacam et Abderam iacebat; ſolus vero Strabo commemorat. Nam Stephani Ὀδυσσεῖς πόλις Ἰβηρίας ad noſtram potius pertinere poteſt. Ulyſſis autem in Hiſpaniam deſcenſus, quem tantopere probare nititur Strabo 3. pag. 103. f. 149. talium rerum ſtudioſis ex nominis ſimilitudine facile adridere potuit. Certiori fide a Plinio 4, 35. f. 22. traditur, *municipium* R. civium fuiſſe et *Felicitas Iulia* cognominatum. Idem paullo ante nobilem fuiſſe dicit *equarum a Favonio vento conceptu*, et vere ſe id credidiſſe 8, 67. f. 42. indicat verbo *conſtat*, ubi idem repetit. Cf. ad 2, 6, 2. Sed, quod Varro de R. R. 2, 1, 19. hoc prope Oliſſipponem in monte *Tagro* evenire ſcribit, disceptationem id movit Geographicam et emendationes doctorum virorum protulit varias, quas recenſuit ibi Schneiderus. At quod addi poteſt, recte praeeunte Reſendio tuetur vulgatam lectionem et Columellae locum falſitatis convincit Nonius in Hiſp. c. 35. H. eſt *Sintra*, unde Lunae promontorium in mare prorumpit. Et ſic fere Salmaſius ad Solin. p. m. 196. de promontorio magni ſinu, quem Noſter vocat, Varronem intelligebat. At minus ab errore liberari poſſe videtur Plinius 4, 35. f. 21. quidquid conatus eſt Harduinus. Nam promontorium ille *magnum*, vel *Oliſſipponenſe* ab aliis *Artabrum* vocari tradit, et terras, maria, coelum diſterminare, eoque finiri latus Hiſpaniae, quae quidem ad *Artabrum* ſ. *Celticum* promontorium vel *Nerium* potius et unice pertinent. Cf. infra ad §. 9. An vero Ulyſſippo ſit hodierna urbs *Lisboa*, de eo dubitationes graves et iuſtas excitavit Mannert in Geographie p. m. 325. Hodie enim ſita eſt ſupra Tagum in hac Noſtri pro-

greſſione, qua infra eum invenitur; nec aliter ſuadet numerorum ordo in Ptolemaeo, qui in Hondii et Bertii edd. depravati leguntur. Nec aliter ponit Marcian. Heracl. p. 42. Hudſ. Poteſt tamen hoc, quod et monet Mannert, obponi, Tagi oſtium non ad extremam oram porrigi, et hinc inferius ſitam narrari. Ceterum huius urbis deſcriptionem dedit Damianus a Goes, quae inſerta eſt Schotti Hiſp. illuſtr. T. 2. p. 879 ſqq. Conditorem et hic facit Ulyſſem p. 880. Strabonis auctoritate motus et ſcribi vult p. 881. *Oliſipo.*

Tagi) Sic Graeci etiam. De etymologia quidam laborant, ſed fruſtra. Sic *Tagus* rex memoratur a Silio Ital. 1, 152. ab hoc flumine cognomen adſumſiſſe. Sed praeter Beroſum illum lib. 5. p. m. 8. (ed. 1511.) Tagum, virum, adferunt etiam Virgil. Aen. 9, 418. Lucan. 3, 586. A Carthagine Hiſpaniae nomen impoſitum fuiſſe tradit Iſidor. Orig. 13, 21. Certiora haec: Oritur cum Ana in orientali Hiſpaniae parte, eo tantum discrimine, ut Anas recta in Oceanum exoneretur, hic factis flexibus verſus meridiem decurrat. (Strabo 3. p. 96. f. 139.) Ptolemaeus 2, 5. in. ex numerorum ratione fontes ponit in Carpetanis prope Celtiberos, ubi ſunt urbes Complutum, Caracca, (Arriaca apud Antonin. in itin. pag. 436.) ſed cum hodie (vid. Büſching. p. m. 6.) in provincia Hiſpaniae Eſtremadura oriatur, cum fontes ſine dubio ſint iidem, ulterius iuſto poſuit Ptolemaeus. Strabo 2. p. 73. f. 107. amplius 1000 ſtadiis a Pyrenaeis ſemovet, unde graviter increpat Polybium, qui a fontibus ad oſtia curſui ex recta linea ſubputato 6000 (ſic codd. pro 8000) ſtadia tribuat, quot a Pyrenaeis ad occiduum latus Hiſpaniam extendit. Alio tamen loco Strabo (3. p. 105. f. 152.) eum ex Celtiberis deducit per Vettones et Carpetanos. Idem ibi effuſiones eius deſcribit, eumque piſcibus oſtreisque abundare addit. Sed maius eſt, quod Noſter praedicat, *gemmas aurumque generare.* De auro quidem veterum multi tra-

diderunt et ſunt loca fere obvia. Vid. Virgil. in Catal. 11, 52. Sil. Ital. 1, 155. 16, 560. Ovid. Metam. 2. 251. Lucan. 7, 755. Seneca in Thyeſte v. 352. in Herc. fur. v. 325. Plin. 4, 35. ſ. 22. Eumen. in gratiar. act. ad Conſtantin. Aug. cap. 14. in. alii. Cf. Drakenb. ad Sil. Ital. 1, 159. Omnino autem id de Hiſpaniae fluviis praedicant Strabo 3. p. 100. ſ. 146. et Iuſtin. 44, 1, 7. ubi *balueibus* nunc pro *paludibus* ex egregia Salmaſii emendatione ad Solin. p. m. 196. legitur. Idem et hodie fieri memorat Büſching. p. m. 7. at contra negat Volckmann in Reiſe durch Spanien Vol. 1. p. 9. et antea Harduinus ad Plin. 33, 21. ſ. 4. Sic de la Puente (Reiſe durch Spanien) T. 1. pag. 23. etſi famam reiicere non ſuſtinet, vix tamen unquam tantum auri inde conlectum putat, quantum columbarum pari emendo ſufficiat. Numos tamen aurique ramenta ab amne ait eiici p. 24. Adfirmare videtur Townſend (Reiſe durch Spanien) T. 1. p. 239. ubi tamen Volckmann notat, ex urbe talia cum aqua elui. Diu antea Reſendius c. l. obſcuriorem ſuo tempore et prope exſtinctam eam famam fuiſſe ſcribit, cautione quidem legum, ne commotae arenae frumentarios agros depreſſiores nocumento adficerent. In teſtimonium tamen, inquit, cantatae gloriae regum Luſitanorum ſceptrum ex Tagano auro, quo purius nullum reperiri poteſt, factum et ſcimus, et non ſemel vidimus. Quod Noſter gemmas addit, obſcurius videtur et ignotius. Forte ſenſu latiori intellexit gemmas, et tum poſſis huc referre, quod Strabo 3. p. 101. ſ. 146. tradit, in Hiſpanorum fluviorum arenis auriferis lapides etiam reperiri, quibus aurum inſit, quo purgato electrum remaneat. Penzel ad c. l. intelligit lapidem Lazuri et de eo multa congeſſit Vol. 1. p. 443. de electro illo pag. 610. quod veteribus etiam metalli genus dictum eſt, nec ad ſuccinum transferri debet. Vid. Pauſan. 5, 12. f. In Hiſpania autem reperiri, tradit etiam Sil. Ital. 1, 229. Sed huc

lapis potius pertinet. Nec de lapidibus pretiosis infitiatur Florez in España Sagrada T. 5. p. 39.

§. 7. *quae receſſit)* Declivi ſcilicet in ortum litore. Nam ſi ad Cuneum reſpicis, tota reliqua in arcton porrecta ora, ſenſim oceano cedit, inque ortum ſolis contrahitur. *Flexum* autem eum intelligit, qui inter Magnum et Celticum promontorium [ſ. Nerium] intereſt. VADIANVS.

Turduli veteres) Vid. ſupra ad §. 3.

Monda) Sic (Μόνδα) Ptolem. 2, 5. et Marcian. Heracl. p. 43. Hudſ. Straboni 3. p. 105. f. 153. eſt Μουλιάδας, ubi tamen Μούνδας malit Caſaubonus. Plin. 4, 35. f. 22. *ab Durio Tagus interveniente Munda.* A promontorio Selene ad eius oſtia Marcian. c. l. numerat 120 ad 150 ſtadia. H. *Mondego.* Vid. de eo Reſendius in antiqu. Luſit. lib. 2. pag. 70 ſqu. Quod vero Mela dicit de oſtio eius et Durii, I. Gronovius in notis MSSt. 1. difficultates vidit et notavit his verbis: Ultimum promontorium non poteſt aliud intelligi, quam Magnum. Sed profecto eius vehementem latitudinem ſupponere debet Mela, ſi ad medium eius latus ponat Mundam, ad finem eius Durium, quam deſcriptionem ex mappis nemo certe intelligat. Haec ille. Accedit, quod inter Mundam et Durium interfluebat alius fluvius Vacus, uti docent Ptolem. 2, 5. et in primis Marcian. c. l. ubi dicitur Οὐακούας, cum Οὐάκος ſit in Ptolemaeo. A Selene autem promontorio ad Vacum Marcianus numerat ſtadia 530. i. e. 17 circiter miliaria Germanica. Quanta igitur illius promontorii ad Durium ulterius fluentem extenſio! Quae ut expediantur, promontorium Mela ad illum usque tractum profert, unde ex plano et aequo paullatim adſurgit. TZSCHVCKE. Nam utrimque lateribus promontoria expanduntur. In mediam ergo oram ſeptemtrionalis

lateris Monda effluit, Durius autem circa radices, ubi eo in loco, ubi egredi ab aequo litore in altum promontorium basis incipit. VADIANVS.

Durius) Sic Plinius 4, 34. f. 20. aliique auctores Latini. Ex Graecis Strabo 3. p. 105. f. 152. Δουρσίας, vel, ut codd. quidam, in iis Μοσσον. habent, Δούριος; attamen Δουρίας per i redit p. 112. f. 162. In Ptolem. 2, 5. Δωρίας dicitur, quo etiam referri potest Δορίου in genitivo apud Marcian. Heracl. p. 43. Hudſ. Δώριος in Dione 37, 52. Δόριος in Appiani Hiſp. cap. 72. 90. Primam etiam corripit Sil. Ital. 1, 234. in *Durius*. De eo ſic Plinius c. l. *Durius amnis ex maximis Hiſpaniae ortus in Pelendonibus et iuxta Numantiam lapſus, dein per Arevacos Vaccaeosque, disterminatis ab Aſturia Vettonibus, a Luſitania Gallaecis, ibi quoque Turdulos a Bracaris arcens;* quae ex Strabone 3. p. 112. f. 162. ſic illuſtrantur: Oritur in Celtiberia, unde Pelendones ibi ſedem habuiſſe adparet, quod confirmat ipſe Plinius 3, 4. f. 3. Mannert in Geographie p. m. 322. ex Idubeda ducit, prope Numantiam verſus ſeptemtrionem, qui ſuperato illo monte ad Celtiberos progreditur. Lopez in tabula eius fontes in provincia *Soria* indicat, quod convenit cum veterum notatione et Ptolemaeo, qui ibi Pelendones poſuit. Büſching p. m. 6. ex regione Salamanca deſcendere tradit. Inde vero praeterlabitur Numantiam et Sergantiam. (Strabo c. l. conl. pag. 105. f. 152.) A fonte autem ad oſtia longitudinem illi tribuit 1970 ſtadiorum, Marcianus, i. e. 61 miliaria Germanica vel paullo amplius, quod parum discrepat a recentiorum notatione. *Maximum* recte a Plinio vocari conſtat, quippe qui aquarum mole Taium adeo ſuperat, unde Reſendius in antiquit. Luſitan. lib. 2. p. m. 72. ubi omnino multa de eo conlegit, a Luſitanis proverbium vulgatum ferri ſcribit: *Tagus tulit famam, ſed Durius vehit aquas.* Aurum etiam vehere quidam narrant, et Sil. Ital. 1, 234. in hoc

cum Pactolo certare dicit. Quod refert Büſching p. m. 6. Iohannem III. ſceptrum ex eius auro faciendum ſibi curaſſe, neſcio an ad Tagi aurum pertineat. Vid. ſupra. Ab hoc flumine Luſitania incipiebat. (Plin. 4, 35. ſ. 21. et alii.)

flexu) Verſus mediterranea.

Celticum) Sic et Plin. 4, 34. ſ. 20. Idem alio loco (4, 36. ſ. 22.) *Arrotrebarum promontorium* vocat ab Arrotrebis, quos in priori loco ante Celticum ponebat; Strabo *Artabros* vocat, de quo infra. Ptolemaeo 2, 6. eſt Νήριον ἀκρωτήριον ab populis itidem Neriis, qui accolebant in hoc tractu ultimi ſec. Melam. Confirmat vero omnino Strabo 3. p. 106. ſ. 153. ubi ſcribit, Artabros circa Nerium prom. habitare poſt Celticos, unde ab occidente ad ſeptemtrionem convertatur Hiſpania. Idem confirmat Ptolem. 2, 6. unde refutantur in Plinio 4, 35. ſ. 21. qui *Artabrum* etiam *Magnum* et *Oliſipponenſe* dixerunt.

§. 8. *Celtici)* Sec. Strabon. 3. pag. 106. ſ. 153. habitarunt circa Nerium promontorium eorumque cognati ad fl. Anam, qui inde egreſſi ad expeditionem bellicam hic confederant. Ex quo convincitur Reſendius, qui in antiqu. Luſit. lib. 1. p. m. 15. Celticos dicit a Luſitanis in Baeticam transiiſſe, et urbes condidiſſe, quod doceant cognata nomina. Recte quidem hoc ad alteram opinionem. Plin. 4, 34. ſ. 20. hic memorat Celticos cognomine *Nerias* et *Praeſamarcos*. At Ptolem. 2, 5. Celticos prope Tagum ponit vel falſo, vel ex migratione poſt facta; recte. Quam vero olim late patuerit Celtarum gens, quorum nomine continebantur Hiſpani, Galli, Britanni, Illyrii, Germani, docet Cluver. in Germ. ant. 1, 2. p. 19. omninoque omnes populos trans Alpes et Iſtrum ita olim vocatos, ipſum nomen, uti Hy-

perboreorum, obſcurum fuiſſe lateque patuiſſe, Wernsdorf de republ. Galatarum cap. 2. §. 3. p. 59. et quos laudat. A Tago vero ad Artabrum prom. 30 populos habitaſſe, tradit Strabo 3. p. 106. f. 154.

Grovii) De varia illorum ſcriptura cf. not. crit. pag. 28 ſqq. *Sobolis Graecorum* fuerunt ſec. Plin. 4, 34. f. 20. et hinc Sil. Ital. 3, 366. *Gravii violato nomine Graium*, quam opinionem adſtruunt alii, qui Graecos in iſta loca veniſſe narrant, in quibus maxime eſt Iuſtinus 44, 3. ex quo Teucer poſt finem Troiani belli patria prohibitus tandem in Hiſpaniam conceſſit, et Carthaginem novam occupavit, ex qua cum in Callaeciam transiiſſet, poſitis ſedibus genti nomen dedit. Callaeciae etiam portio Amphilochi dicebatur. Accedit Strabo 3. p. 108. f. 157. qui ex variis auctoribus refert, Graecos hic et ulterius conſediſſe, tum in Callaecis urbem etiam Amphilochos memorat, cuius origo ad Teucri ſocios et in primis ad Amphilochum pertinet. Aliam praeterea huius originis urbem addit Ἕλληνες dictam, quae a Plinio c. l. vocatur *Helenos*, vel, uti mavult Nonius in Hiſp. cap. 41, *Hellenos*, ut vocem Graecam referat. Denique commemoratur urbs Tyde, Τοῦδαι in Ptolem. 2, 6. *caſtellum* Plinio, a Diomede condita. Cf. Sil. Ital. 16, 368. qui hinc *Aetolam* vocat 3, 367. Bene autem Drakenborch. ad priorem locum ex Dionyſio v. 483. et Avieno v. 648. docuit, Diomedem Hiſpaniam adiiſſe, certe id creditum fuiſſe; Tyden autem in Groviis conlocat Ptolemaeus. De quibus omnibus vid. Reſendius in antiqu. Luſitan. lib. 1. p. m. 37. At mirum eſt, quod Mela Callaecos, qui in ora ſederunt, amplum populum, plane praeteriit, Grovios contra memoravit, qui tamen hinc remotius habitaſſe videntur, ſi Ptolemaeum audias. Mannert p. 339. c. l. putat, Melam eos cum Bracaris commiſcuiſſe. Sed dubito, an verum ſit, et Tyden ſ. Tudas cum Groviis male Ptolemaeum poſuiſſe, numerosque corruptos credo. Nam

ſi ſeriem et ordinem locorum adtendas, Grovii cum Tyde ſunt in litore, et hinc ordo etiam apud Antonin. in itin. p. 429. magis inluſtratur, vel inde Ptolemaeus. Ibi enim ſic: *Bracara*, *Limia*, *Tude*, quod et hodie convenit, ſi, quod videtur, *Bracara* eſt *Braga* vel in vicinia, et *Tyde* eſt *Tuy*. Immo vero denique Ptolemaeus Melae fidem vindicat, cum Grovios facit Callaecorum et Bracariorum populum. Forte igitur et hic Mela ſecutus eſt veteres auctores, vel ante commiſtionem Graecorum cum Celtis Grovios hic prius conſediſſe putavit; inde enim Callaecos dictos ferunt, de quo cf. Nonius in Hiſp. cap. 42. Longius enim extendiſſe, ſequentia declarant, quae alias Callaecis Bracariis adſignantur. Neque tamen ſic excuſandus, quod et hic ſuae aetatis immemor remotiſſima ſectatur, et recentioribus antiqua immiſcet.

Avo) Apud Ptolem. 2, 6. in. legitur Αὔου ποταμοῦ ἐκβολαί. Neglecti ordinis Melam accuſat Reſendius in antiqu. Luſitan. lib. 2. p. m. 76. qui hic eſſe inde a Durio debebat: *Celandus*, (ſic legit) *Avo*, *Naebis*, *Limia*, *Minius*. Qualis vero ſit hodie, non addit. Equidem poſt Durium in tabulis inveni *Daves;* Haſius in tabula Europae habet *Aves*, qui ad vicum *Villa de Conde* effluit a Bragada decurrens, ubi tamen Büſching p. m. 78. memorat *Deſte*. At cum Celadum in hac progreſſione praecedat, dubito, an recte Reſendius emendaverit.

Celadus) Occurrit tantum in Noſtro. H. videtur eſſe *Cavado* excurrens ad vicum *Eſpoſende*. Reſendius c. l. de eo mihi quidem obſcure ſic: ad oppida Laeciam et Maruſinos mare ingreditur, etiam navigiis aeſtu iuvante aptus. Vaſconcellus ad eum p. 275. nunc eſſe putat *Rio de Grefones*.

Naebis) Ptolem. 2, 6. in. Νάϐις, qui eius oſtium inter Limiam et Avonem ponit. Inde *pons Neviae* dici

videtur apud Anton. in itin. p. 430. qui eſt *pons Nartiae* in Geogr. Ravenn. 4, 45. corrupte, ut ex comparatione locorum in Antonino adparet. Videtur h. eſſe *Nivos* ſ. *Neva*, vel, ut in Haſii tabula legitur, *Negva*. Lopez non habet. Mannert p. m. 336. c. l. putat eſſe *Cavado*. Reſendius c. l. ſic: ubi *Cadavo* iungitur, ſub Cadavi nomine exit, ad oppidum Fanum.

Minius) Sic et Graeci. Nomen traxiſſe vult Iuſtin. 44. 3. 4. a *minio*, cuius fuit uberrima illa regio, quamquam Harduinus ad Plin. 4, 34. ſ. 20. monet, amnem *Sil*, qui in eum inlabitur, illud proferre, teſtante idem Morale, cuius verba reddit Oihenartus in notitia Vaſconiae 1, 4. p. 15. quod parum hic discrepat. Strabo 3. p. 105. ſ. 153. ſuo ordine ſubiungit *Limaeae*, et *Baenim* etiam dictum fuiſſe notat, pro quo tamen ante Caſaubonum Reſendius in antiqu. Luſit. lib. 2. p. 78. emendat Ναΐβις, eumque praeterea et ſitu et vicinitate utriusque fluvii erraſſe putat. Omnium vero Luſitaniae fluviorum maximum adpellat Strabo, qui ad 800 ſtadia navigari poſſit. Secundum Poſidonium apud Strabonem ex Cantabris oritur. At uterque falſa tradidit et de magnitudine et de origine, ut recte monuit Mannert p. m. 337. c. l. Et ne ſic quidem origo vera eſt, ſi fl. *Sil*, quem adhuc deſiderari in Büſchingio idem notat, veteribus etiam Minius fuit. An apud Appian. de B. Hiſp. c. 72. *Nimius* ſit *Minius* vel *Naebis*, disceptatur, nec ſatis conſtitutum eſt. Vid. ibi Schweighaeuſer. Vol. 3. pag. 297. et antea Caſaubon. ad Strabon. c. l. Equidem praetulerim *Minius*, quia ſic lapſus fuit pronior, nec ordo repugnat. Naebis enim, quod ad alteram opinionem induxit, nunquam Ναίβιος dicitur, vel Νέβιος, uti in genit. ſcribitur apud Ptolemaeum. Ad hunc vero tenus fluvium in expeditione progreſſus Brutus Romam inde revertit, ut memorat Strabo, et quos ibi nominat Caſaubonus.

Limia) Sic et Plin. 4, 34. f. 20. effert; at Strabo 3. p. 105. f. 153. Λιμαία. Ptolem. 2, 6. Λιμίας, quod praefero a Λιμίου in genitivo. Addit Mela, illi cognomen *Oblivionis* fuiſſe, quod plurimi auctores confirmant. In Graecis eſt ὁ τῆς Λήθης, ut apud Strabonem c. l. Plutarch. in Qu. Rom. pag. 104. (Opp. Vol. 7. Lipſ.) Et ſic Latini *Oblivionis* vocant, ut Plin. 4, 35. f. 22. Salluſtius teſte Servio ad Virgil. Aen. 1, 267. Flor. 2, 17, 12. Caſaubonus adeo ad Strabonem contendit, ſemper in genitivo caſu efferendum eſſe, et notat Appianum de reb. Hiſpan. cap. 72. (cf. et cap. 71.) ubi in accuſ. dicitur Λήθην, et Livium in epit. lib. 55. *fl. Oblivionem*, ubi Schellerus etiam in Lex. h. v. malit *Oblivionis*. Cf. Tollius ad Appian. c. l. qui ex Caſaubono ſua hauſit, et ſic Bochart. in Chanaan 1, 34. Hunc tamen caſum defendi etiam poſſe ad Appian. Vol. 3. pag. 297. cenſet Schweighaeuſerus, cum inſuper Strabo c. l. moneat, Βελιῶνα (Βελίωνα Moſcov.) etiam vocari, in quo Latinam vocem latere non temere putarunt. Plinius tamen c. l. eos notat, qui ſic adpellent, cum potius ad *Aeminium* pertineat hac cognomen, cui adſentitur Harduinus. Fuit quidem ille fluvius h. *Agveda*, et urbs *Aeminium* apud Ptolem. 2, 5. in mediterraneis, ſed huc non pertinet. Nec recte notat Harduinus, Melam confudiſſe utrumque, Appianum diſtinxiſſe. At in Appiano non ſolum non legitur Aeminius, ſed ne intelligi quidem poteſt, cum ultra Durium ibi progreſſus ſit Brutus ad Bracaros in eam regionem, ubi commemorati illi hactenus fluvii excurrebant. Tum ſec. Varronem apud Plinium Aeminius CC M. P. a Minio aberat. Minium porro fuiſſe ὅρον τῆς Βρούτου στρατείας diſerte dicit Strabo, cum Oblivionis ille fluvium primus ſuperaſſet, ut tradunt Plutarchus, Livius et alii c. c. l. l. Aeminium autem ante Brutum Romani traieciſſe videntur, quippe qui iam diu abhinc in Vaccaeis res geſſerant. Brutus autem ad occaſum verſus Oceanum contendit, et primus usque eo regionem per-

domuit. Cf. Liv. c. l. Super Gravios autem illos ponit, ut Mela, Sil. Ital. 1, 235. Quidquid vero tandem eſt, cauſam adpellationis dedit Strabo c. l. Cum enim Turduli et Celtici expeditionem in ſeptemtrionales regiones facerent, et flumine hoc traiecto ſeditio orta eſſet aucta ducis obitu, quaſi obliti priſtinarum ſedium, diſperſi ibi manſerunt. Quaeri non temere cum Mannerto p. 337. c. l. poteſt, unde Graecum nomen venerit ab his populis impoſitum, ad quod, ſi vera eſt narratio, nihil aliud reſponderi poteſt, quam ut a Graecis ibi conſidentibus nomen tenuerint, vel Graeci ſua lingua Romanis nota ſic expreſſerint. I. Gronovius MS. *Limia* vocem Hiſpanicam cenſet, quae videatur notaſſe *oblivio*, unde milites varii Graece loquentes Λήθην dixerint. Fama vero eius rei, vel verbi atrocitas tantum Bruti militibus incuſſerat metum, ut non niſi coacti transirent. Cf. Livius et Florus c. c. l. l. Secundum Reſendium in antiqu. Luſit. lib. 2. p. m. 77. non longe oritur ex paluſtribus quibusdam locis inter Aquicaldenſem urbem et Montem Regium, tractusque ille vulgo vocatur *Limia*, incolae *Limici*, quo nomine occurrunt in columna Aquiflavienſi, (Aquiflavia h. *Chaves*) cuius inſcriptionem exhibet p. 37. c. l. ut et Nonius in Hiſp. cap. 57. Sed falſo ille accuſat Strabonem. Non enim dixit, hunc fluvium a Celtiberis et Vaccaeis fluere, ſed Durium tantum per illos populos deſcendere adfirmat; hunc autem poſt Durium aliosque fluvios demum memorat.

Lambricam) Vid. quae diſſerui in not. crit. p. 33 ſqq. de hac urbe et proximis. *Laeros* videtur eſſe *Loriz*, *Ulla* antiquum nomen retinuit.

prominet) Ex iis, quae de Ulla dicta ſunt, adparet tractus ille, ubi Mela hic ſubſiſtit; et hinc recte ſupra dixit: *reducta iterum iterumque.* Interſunt enim, quod et hodiernae tabulae oſtendunt, ſinus. *Tamaris*

h. *Tambra* ſ. *Tomar; Sars* h. *Sar.* Tum vero inverſo ordine hos fluvios recenſet.

Ebora) Hólſten. ad Ortel. pag. 73. ex Melae deſcriptione nunc vocari putat vel *Porto Real*, vel *Puerto S. Maria.* Cum vero prope urbem *Muros* Tamaris i. e. *Tambra* in mare exeat, ibique et hodie portus ſit, hic eſt ſine dubio, quo poſito reliqua etiam conveniunt. Ptolemaei 2, 6. *Artabrorum portus* ultra eſt ad Celticum promontorium, ubi *S. Maria.*

turrem Auguſti) Ignota ea eſt hodie. Lepide Boccatius de fluminibus ſ. v. Sars Melam ſic reddidit: *turrem Auguſti, quam cognominant memorabilem.* Ceterum narrat Livius 22, 19, 6. *multas et locis altis poſitas turres Hiſpania habuit, quibus et ſpeculis et propugnaculis adverſus latrones utebantur.* Ab eiusmodi turri claſſem R. advenientem procul conſpectam eſſe ibi narrat. Forte etiam haec in victoriae memoriam exſtructa erat, quod Domitium et Fabium Maximum ea de cauſa feciſſe, refert Florus 3, 2, 6.

titulo) I. e. nomine, cui haud dubie adſcripti fuerunt reliqui honores eius imperatoris, qua proprie faciunt titulum. I. GRONOVIVS *MS.* 1. Ita hanc vocem poni, multa loca in Lexicis conlecta docent. Sic praeter illa Sueton. in Calig. c. 34. *ſtatuas virorum illuſtrium — ita ſubvertit atque diſiecit, ut reſtitui ſalvis titulis non potuerint.* Idem in Domitio c. 15. *e baſi ſtatuae triumphalis titulus excuſſus vi procellae.* Porro in Galba c. 2. *ſtatuarum tituli.* Aurel. Victor in epit. 41, 13. *tituli aedibus inſcripti.* Cf. ad 1, 11, 3.

Tamarici Neriique) Eodem ordine, diverſa tantum progreſſione, apud Plin. 4, 34. ſ. 20. occurrunt in hoc tractu; tantum *Neriae.* *Tamarici* a fluvio cognomini

adpellati ſunt. A Neriis vero promontorium Celticum dictum etiam eſt *Nerium*, ut apud Strabonem 3. p. 94. f. 137. conl. p. 106. f. 153. ubi occidentale latus Hiſpaniae cum ſeptemtrionali coit et Celtici colunt. Cf. ſupra. Sine dubio eſt promontorium, de quo Plinius 4, 35. f. 22. *Excurrit deinde in altum vaſto cornu promontorium, quod Artabrum appellavere — terras, maria, coelum disterminans. Illo finitur Hiſpaniae latus, et a circuitu eius incipit frons.* Idem 2, 112. f. 108. ad illud a Gadibus 491 M. P. ſtatuit, et eo longiſſime frontem Hiſpaniae procurrere addit. Non igitur audiendus eſt Vaſconcellus ad Reſendii antiqu. Luſitan. p. 247. qui Nerium promontorium Artabrum dictum eſſe negat.

§. 9. *Scythicum)* Sudant hic interpretes et in Hiſpania hoc promontorium quaerunt. Fruſtra. Intelligitur enim promontorium ultimum Orientis. Agit enim hic de tota ſeptemtrionis ora et toto terrae tractu. ECHOTTVS. Scythici promontorii infra quoque [3, 7, 1.] meminit, ubi ſeptemtrionis inſulas deſcribit. Putabat autem Mela, totum hoc litus, quod ab Artabris ad extremum usque ſeptemtrionem extenditur, pene eſſe rectum. Hoc ipſum quoque alii e veteribus exiſtimarunt. Errat itaque inſignis ille Geographus, [Cluver. in Germ. ant. 1, 2. p. 17.] qui hic *Trileucum* pro Scythico reponebat. Ordo Geographicus et ſenſus Melae non admittit illam correctionem. Praeterea *Trileucium*, non *Trileucum* promontorium hoc vocabatur, ab adſitis inſulis *Trileucis*. Sic itaque reſcribe apud Ptolemaeum [2, 6.] Τριλεύκιον — VOSSIVS. Primo nempe intuitu Hiſpaniae promontorium eſſe videtur, quo primum a Celtico progrediatur, dum reliquam oram deſcribat. Sic Olivarium et Florianum exiſtimaſſe notat Ortelius in theſ. h. v. etſi hic in notis Olivarius de Dacico ad Saxoniam intelligit. Et ſic nuper Fradin in nota ad h. l. Scythicum intra Hiſpaniae fines quaerendum putat propter ea, quae Mela

cap. 2. in. subiungit. At, ut alios etiam praeteream, recte statuit Vossius. *Terra* enim hic non est Hispania tantum, sed reliqua ora versus Scythiam et Scythiae promontorium, unde in Eoum mare cursus inflectitur, ut adparet ex lib. 3. cap. 7. Cf. etiam Plin. 6, 20. s. 17. Ita vero iam olim hunc locum intellexit Vadianus. Sed simul inde, quod in notis MSS. monet I. Gronovius, adparet, quam nihil etiam tunc Romani sciverint de Norwegia et Suecia, vel certe parum vera et recta de illis regionibus habuerint.

parva promontoria) Veluti apud Ptolem. 2, 6. illud, in quo fuerunt arae Sestii, *Lapatia*, *Cori* promontorium, quod et *Trileucum* dictum est, *Oeaso*, *Pyrenaei* promontorium, quod Noster in fine capitis adtigit. *Lapatiam* a *Cori* promontorio, quod Marcianus pag. 44. Hudf. *Corium* vocat, distinguit Vossius ad nostrum locum, et utrumque confusum non temere putat, quod in priori numeri excidissent.

Cantabros) Vicinos hoc tempore habuerunt ab oriente Autrigones, ab occasu Paesicas, a meridie populos quosdam Celtiberorum. Cf. quae de situ disserit Oihenartus in notitia Vasconiae 1, 2. Illis Plin. 4, 34. s. 20. tribuit 9 civitates et 3, 4. s. 3. septem populos. Urbes eorum recensent Ptolemaeus 2, 6. cum quo in singulis conferri possunt Florus 4, 12. Strabo 3. pag. 108. s. 157. Plin. 3, 4. s. 3. et Orosius 6, 21. Regio ipsa vocatur *Cantabria* in Graecis et Latinis, cuius partem olim Lacones occupasse tradiderat cum aliis Asclepiades, teste Strabone 3. p. 108. s. 157. Populi ferociam laborisque patientiam describit Sil. Ital. 3, 326. Notum est Cantabricum bellum, in quo domiti sunt ab Augusto, quem ideo passim praedicat Horatius. At in eo ipso animi intrepidi et invicti signa dederunt. Vid. Flor. 4, 12. Post Tiberius impositis tribus cohortibus eos ad ordinem et

quietem redegit. (Strabo 3. p. 127. f. 156.) Cf. praeter Oihenartum Nonius in Hiſp. cap. 44.

Artaȃri) Sic et Graeci. An iidem etiam *Arotrebae* dicti fuerint, dubium facit Plin. 4, 35. f. 22. certe obſcurum, recte quidem, ſi reprehendit eos, qui ad promontorium Magnum poſuerunt. Contra id diſerte adfirmat Strabo 3. p. 106. f. 154. Nec recte eundem impugnare videtur Reſendius in antiqu. Luſitan. lib. 1. p. m. 109. Plinii licet, ambigua tamen hic, auctoritate nixus. Nempe cum Strabo 3. p. 121. f. 175. Caſſiterides Artabrorum promontorio adponit, Plinius Arotrebarum promontorio. Porro Strabo 3. p. 106. f. 153. Artabros producit iuxta Nerium promontorium, Plinius 4, 34. f. 20. Arotrebas ante Celticum, quod idem eſt, et Ptolem. 2, 6. ibi habet Artabrorum portum. In ultimis autem Luſitaniae populis eos conlocat Strabo 3. p. 101. f. 147. verſus occaſum et ſeptemtrionem, ubi erat promontorium Celticum, terramque aureo ſtanno albo permiſtam apud eos reperiri, quam fluvii devehant, ipſi incolae purgent.

Aſtures) Strabo 3. pag. 105. f. 152. Ἀστουρίων habet, ſed idem 3. p. 112. f. 162. Ἀστύρων, quam formam etiam in priori loco, vel per *ου* praefert Caſaubonus. De utriusque uſu cf. not. crit. p. 40 ſq. ubi etiam de nominis cauſa dictum et de *y* in Latinis. Apud Gruterum item variant inſcriptiones, quae pag. 193, 3. 426, 5. habent *u*, p. 463, 4. *y*. Regio Ἀστουρία apud Ptolem. 2, 6. et hinc *Aſturius* et *Aſtyrius*. Ad occidentem finitimos fuiſſe Callaecis adfirmat Strabo 3. pag. 105. f. 152. quod et cum Ptolemaeo congruit. Fortiſſimam gentem, ut Cantabros, vocat Oroſius 6, 21. et Callaeciae portionem cum Cantabris facit. Olim dividebantur in *Transmontanos* et *Auguſtanos*, et 12 populis conſtabant. (Plin. 3, 4. f. 3.) Primaria urbs *Aſturica* vocatur a Ptol. 2, 6. cognomine *Auguſta*, etſi Amacis tribuit, qui fuerunt ſine

dubio Aſturum populus. Plinius enim c. l. omnino Aſturicam urbem magnificam Aſturum commemorat. Hodie *Aſtorga*. Regio fuit montibus ſilvisque horrida, (Flor. 4, 12, 54.) auri ferax, (Plin. 33, 21. ſ. 4. Silius Ital. 1, 231.) equis nobilis. (Sil. Ital. 3, 335 ſq. Martialis 14, 199. et quos memorant ad Silium Drakenb. et Ruperti.) Cf. Nonius in Hiſp. cap. 43.

Adobricam) Cf. de ea not. crit. p. 42. et de fluminibus p. 43 ſq.

Seſtianas) Confudiſſe videtur cum Auguſti turri apud Ptolem. 2, 6. quia poſt Nerium promontorium ponit, ubi fere haec fuit, ut ſupra Noſter dixit. Sine dubio autem, quod hic I. Gronovius MS. 1. monuit, conditae fuerunt a quodam Seſtio in honorem Auguſti, ut barbaros hos Hiſpanos ad reverentiam Auguſti tamquam numinis hoc modo adliceret. Auguſtus autem ſolus denique potuit hos populos domare, qui populum R. ſemper vexaverant, et magnis ſaepe ſtragibus adfecerant. Solebant autem Auguſto templa, ſacerdotes et collegia ſacrare, quidni aras? Et ſic eius ara fuit Lugduni, ut narrant Dio 54, 32. Livii epit. 137. Iuvenal. 1, 44. Sueton. in Calig. cap. 2. cuius inſcriptionem adfert Strabo 4. p. 133. ſ. 192. Vivus quidem haec in provinciis non niſi communi ſuo et reipublicae nomine recepit ſec. Sueton. in Aug. cap. 52. etſi contra adfirmat Aurel. Vict. in Caeſ. cap. 1. ubi cf. Arntzen. ad Sueton. Oudendorp. et quos laudant. Quis vero fuerit ille Seſtius, non dixerim. Forte fuit is, qui Octavii aetate variis rebus geſtis interfuit, et, quamvis Octavii partibus non deditus, tamen poſt in eius locum conſul ſuffectus eſt. Vid. Schweighaeuſer. ad Appian. Vol. 3. pag. 837. et Freinshem. in ſupplement. Livii 136, 1.

§. 10. *Saliam)* Cf. not. crit. p. 46.

ſpatium —) Haec ita Plinius 4, 34. ſ. 20. exprimit: *A Pyrenaei promontorio Hiſpania incipit, anguſtior non Gallia modo, verum etiam ſemetipſa, immenſum quantum hinc Oceano, illinc Iberico mari comprimentibus.* Cf. 3, 4. ſ. 3. ſ. ubi latitudinem a Tarracone ad litus Olarſonis ſtatuit 307 M. P. De *Cantabris* vid. ſupra.

Varduli) Ad Oceanum cum Cantabris ponit etiam Plin. 3, 4. ſ. 3. et illis aliquas urbes tribuit, in quibus eſt *Menoſca*, quam unam habet Ptolem. 2, 6. in litore, plures in interiori regione.

noſtro ore) Hic praetextus ſaepe adiuvit Romanos inertes, ut quaſi iure abſterrerentur ab laboribus, qui tanto erat excuſabilior, quoniam ipſi etiam viri docti et laborioſi paſſim eodem utuntur, prout ſic Servius dicit de Virgilio, quum res R. inchoat offenſus materia et nominum aſperitate ad eclog. 6, 3. Hinc Ovid. Triſt. 3, 10, 5. *Sauromatae cingunt, fera gens, Beſſique Getaeque. Quam non ingenio nomina digna meo!* I. GRONOVIVS *MS.* Nempe Graeci et Romani multa nomina ſubpreſſerunt, quia barbaros ſonos exoſi erant. Plinius ipſe ſaepe tantum Latiali ſermone dictu facilia adfert, uti aperte profitetur de Hiſpaniae urbibus 3, 3. ſ. 1. Evicit tamen poſtea Ptolemaeus. De aſperitate nominum aliquot propriorum explicat etiam Oihenartus in notit. Vaſcon. 1, 12.

Concanos) Cf. in not. crit. pag. 49. Equini ſanguinis potu delectatos fuiſſe, indicant Horat. 3. od. 4, 34. Sil. Ital. 3, 361. Fuiſſe ex Cantabris indicat Ptolem. 2, 6. qui in Cantabris producit urbem Κουκάνα (ſic pro Κουκάνα Cod. Palat.) et, ſi apud Strabon. 3. p. 112. ſ. 163. quod videtur, iidem ſunt Coniſci, novum inde accedit pondus, quod diſerte Cantabris adſcribuntur. Nec aliter explicari, ſi vera eſt emendatio, patitur ſeries in Mela.

An iidem ſint Κόνιοι apud Polyb. 10. 7. uti videtur Caſaubono, dubium eſt ex ſitu intra Herculeas columnas; immo ſunt *Curei*, ut adpellat in hoc tractu Appian. in Hiſpan. cap. 57. alias *Cynetes*, de quo ſupra dixi ad §. 6. Cf. Schweighaeuſer. ad Polyb. c. l.

Salenos) Vocantur a *Salia* amne, cuius paullo ante meminit Mela. Ab eodem fluvio *Saleniana* locus dictus occurrit in Anton. itin. p. 427. Ptolemaeus quoque 2, 6. *Selinos* populos agnoſcit, quorum urbs *Nardinium*, de iis ipſis, ut arbitror, intelligens. H. BARBARVS. Neutrum huc convenit. Nam in Antonino Codd. habent vel praeferunt *Salaniana*, nec, ſi illud haberent, ad Cantabros pertineret, quia locus ille fuit apud Bracaram 21 M. P. hinc diſtans, *Saeleni* vero (ſic enim) in Ptolemaeo infra Aſturiam et Cantabriam ponuntur.

Autrigones) Strabonis 3. p. 107. f. 155. Ἀλλότριγες, ut putat Oihenartus c. l. 1, 2. pag. 7. late ultra citraque Iberum effuſi. Occurrunt Autrigones apud Plin. 3, 4. f. 3. Ptolemaeum 2, 6. a quibus etiam eorum oppida recenſentur, et Oroſ. 21, 6. in vicinia Cantabrorum. De *Nanaſa* cf. not. crit. p. 51. H. creditur eſſe fluvius, qui per Bilbao et Portugalere, Biſcaiae urbes, fluit, nec procul inde in Oceanum exit. Cf. Oihenartus c. l. 1, 5. et quos laudat, Florianus 1, 2. et Poca, illius regionis incola, de las antiquas poblationes de Eſpaña. Quidam putant *Bidaſſoa*. At hic eſt in Pyrenaeis, ubi nunc ſunt confinia Hiſpaniae et Galliae.

Deuales) De hoc et ſequ. cf. not. crit. p. 55.

Oeaſonem) Ptolem. 2, 6. Οἰασὼ πόλις et ἄκρον Πυρήνης in Vaſconibus. Marcian. p. 45. Hudſ. Οἰάσσω. in Plinio 3, 4. f. 3. et 4, 34. f. 20. vocatur *Olarſo*, quod ſitus declarat, unde Strabonis 3. p. 111. f. 161. *Ida-*

nuſam iudicat Caſaubonus, adſentiente Marca in Marca Hiſpan. 1, 14, 8. qui h. *S. Nicolai de Orio* dici putat, ut *Orio* fluvium. Cardo quaeſtionis in eo verſatur, an *Menlaſcus* Ptolemaei ſit Melae *Magrada*, uti cenſent Marca c. l. Villanovanus ad Ptolem. c. l. Quodſi hic fluvius ab Oeaſone duabus circiter magnis leucis ſec. Ptolemaei numeros remotus fuit, non convenire videtur Oeaſon vico *Orio*, qui parum a fl. Orio diſtat, praeterea non in ipſa ora, quam Mela deſcribit, ſitus eſt, et latitudine, non longitudine, ut eſt apud Ptolemaeum, ab illius fluvii oſtio ſeparatur. Numeros vero in Ptolemaeo corruptos non eſſe, innuit Cod. Pariſ. in quo ille fluvius non Vaſconibus, ſed Vardulis tribuitur. Ex quo uterque diverſus eſſe videtur. Rectius porro Oeaſo h. ſit *Fontarrabia* ſ. *Fuente-Rabia* ad fl. *Andaya* ſ. *Vidaſoa*, Menlaſcus Ptolemaei *Orio*. Cf. Mannert p. m. 355. et qui plura de hoc fluvio adferunt, Marca c. l. et Oihenartus c. l. 2, 8. p. 166. qui etiam certe in vicinia Fontarrabiae Oeaſonem quaerit. Hoc unum difficultatem moveat, quod Mela ſubjicit, hinc ad Pyrenaei iugi promontorium Vardulos pertinere. Nihil enim hinc fere aut parum terrae ſupereſt, quod occupare et habitare potuerint. Quid ſi igitur putemus Oeaſonem eſſe h. *S. Sebaſtiani* et fluvium Magradam h. *Urumea*. Ita quidem tabulae ſuadent, et adiuvat auctoritas Floriani, Ocampi et Garibani, qui referente Oihenarto p. 166. c. l. tradunt, proxime muros urbis *S. Sebaſtiani* illum fluvium in mare excurrere. Quod igitur ſupereſt, Vaſcones tenuerunt. Nam ſic Plinius 4, 34. ſ. 20. commode inter Oeaſonem et Pyrenaeum ponit *Vaſconum ſaltus*, et a Mela illi omitti hic potuerunt. Sublata eſſet difficultas, ſi, quod adfirmat Scaliger lib. 1. Auſonn. lectt. cap. 6. Vaſcones cum Cantabris a Meſſala victi in Aquitaniam tranſierint; at non probat, et repugnant Strabo, Plinius, Ptolemaeus, qui eos in Hiſpania commemorant.

CAP. II.

GALLIAE ORA EXTERIOR.

§. 1. *Galliae)* De ea ſupra ad 2, 5. ubi oram interiorem deſcripſit.

nihil progreſſa) H. e. eadem linea, in qua Hiſpaniam excipit, ſe porrigens. I. GRONOVIVS *MS.* 1.

advertit) I. e. illuc dirigit. IDEM.

§. 2. *amoena)* Olim non fuiſſe, docet Varro 1, 7. quod et videtur indicare Strabo 4. p. 123. f. 178. et in primis Cicero de provinc. conſul. cap. 12. ubi defectu culturae potius, quam ſoli eam fuiſſe putat Abramius. Melae igitur tempore amoenior reddita.

immanibus) Propter honorem naturaliter inſitum, prout lib. 1. cap. 9. dixit *immanem lacum* de Nilo, vel propter hominum ſacrificia, de quibus mox aget. I. GRONOVIVS *MS.* Kappius in indice h. v. explicat ingens. Sed dictum eſt de h. voce in notis crit. ad h. l. p. 60. Ceterum ſic Ovidius Faſtor. 4, 249. *amoena fontibus*, et, ut Noſter, Salvianus lib. 6. p. 249. de Gallia Narbonenſi: *amoenata lucis.* Hinc Noſter 2, 1, 6. *amoenus amnis*, 3, 10, 4. *amoeni ſaltus.* Dicitur autem hic per inverſionem pro habet amoenos lucos. Sic Tacit. de Germ. cap. 5. in. *ſilvis horrida aut paludibus foeda.*

frigoris) Idem confirmat Iul. Caeſ. de B. G. in. ubi: *Nam propter frigora, quod Gallia ſub ſeptemtrionibus poſita eſt, non modo frumenta in agris matura non erant, ſed ne pabuli quidem ſatis magna copia ſubpetebat.* Frumentorum et leguminum aliqua genera, quamvis modico frigore, aduri et enecari, experientia teſtatur et docuit olim Columella lib. 2. cap. 9. 10. Pallad. 1, 6. aliique.

ſuperbae) Sic quidem Mela Hiſpanus de Gallis; at longe plures Galli ſuperbiam, et quae eam ſequuntur, Hiſpanis obiiciunt. Utri rectius, aliorum iudicium eſto. Hoc quidem conſtat, duabus iſtis gentibus idem olim ac nunc fuiſſe ingenium, hoc eſt, valde diverſum. Verum an propterea aeque olim ſe mutuo oderint, id multi non exiſtimant. VADIANVS. Discrimen temporum ſtatuendum. De *ſuperſtitione* cf. Freret ſur la religion des Gaulois in Memoires — de Paris T. 24. p. 389 ſqq. *Immanitatem* multi notant, de qua poſtea. Ita omnino *truces* adpellat Avien. in deſcr. v. 422. *immanes nationes* Cicero pro Fonteio cap. 14. m. et *crudeliſſimas* cap. 15. f.

caederent) De humanis olim ſacrificiis multa populorum exempla producuntur. Cf. Meiners in commentatt. Goetting. Vol. 8. p. 68 ſqq. Vol. 9. p. 63 ſqq. ex veteribus Sextus Empiricus 2, 24. p. 179. Auguſtin. de civ. Dei 7, 19. Iamblich. de abſtin. anim. 2, 54 ſqq. ubi etiam de abolito poſtea eo more, aliique, quos laudant Abramius et Graevius ad Cic. pro Balbo cap. 19. De Gallis Cic. pro Fonteio cap. 10. Strabo 4. pag. 136. f. 198. notat ἀνθρωποθυσίας illarumque morem, quo alii ſagittis confodiebantur, vel cruci adfigebantur, alii cremabantur. Iul. Caeſ. de B. G. 6, 16. *pro victimis homines immolant*, et poſt ſimulacra eſſe addit, quorum contexta viminibus membra vivis hominibus compleantur, homines vero iis ſuccenſis flamma circumventi exanimentur. Cf. Martian. Cap. 6. p. 204. Diodor. 5, 31. ubi ritum deſcribit, Plutarch. de ſuperſtit. ſub fin. Dionyſ. Halic. 1, 38. Lucan. 1, 444. Lactant. 1, 21. Minuc. Felix cap. 30. et quos hic indicavit Schottus, et Palmerius in apologia pro Lucano p. 934 ſqq. in ed. Oudend. Omnino de religione Gallorum cf. Fenel, Freret in Memoires — de Paris T. 24. p. 345 ſqq. et p. 389 ſqq. ubi et de hoc ritu, et in peculiari libro Martin T. 1. p. 86 ſqq. Ita vero placarunt *Mercurium* ſec. Minuc. Fel. c. l. vel

potius ex ipsorum lingua *Teutatem*, ut dicit Lactant. c. l. et Lucan. 1, 444. Videtur fuisse Aegyptiorum *Thot*, ut putat Euseb. in praepar. Evang. 1, 9. etsi id negat Martin T. 1. p. 49. c. l. Plura autem de eo dabunt conlecta Voss. de idol. 1, 35. Bochart. in Chan. 1, 42. et quos laudat Bünemann. ad Lactant. c. l. Falso tamen id ex Livio 26, 44. probat Bochartus, cum in nullo codice Teutates ibi reperiatur, et vox ista aliunde inferta fuit, quod et ibi monuit Dukerus. Contra Martin pag. 326. c. l. ex Celtica L. ducit, ut sit *pater populi*. *Tat* usum et hodie in Franco-Gallis retinuit, et olim L. L. viguit. Vid. in primis Scaliger in lectt. Auson. 1, 29. ubi etiam inscriptiones exhibet. Mercurium vero fuisse a Romanis vel Graecis deductum negat Martin p. 17. c. l. ex Luciani Iove Tragoedo cap. 13. ubi Mercurius dicit: Ἐγὼ δ' οὐ πολύγλωσσός εἰμι, ὥστε καὶ Σκύθαις καὶ Πέρσαις καὶ Κελτοῖς συνετὰ κηρύττειν. Post p. 33. evincere studet, a Gallis potius Graecos excepisse. Mercurium tamen in eo agnoverunt, vel eum censuerunt Iul. Caes. de B. G. 6, 17. et alii. Alius Deus, in cuius honorem humanae victimae oblatae fuisse traduntur, adpellatur *Esus*, ut docent Lucanus, Lactantius c. c. l. l. Martem eum fuisse putat Bünemann ad Lactantium p. 135. Cf. de eo etiam Vossius de idolol. c. l. et Martin pag. 62. et 252. qui tamen Martem fuisse negat, sed significare omnino θεὸν ἄγνωστον, qualis in S. S. commemoratur, Martem vero habitum, quia Esus s. Deus passim horribilis, Deusque exercituum adpelletur, quae sane sunt levia. Summum autem Deum, vel omnino Deum eam vocem indicare, docet ex vocabulo Gr. αἶσα apud Aristot. de mundo 7, 3. et auctore Etym. M. quibus addi potest Sueton. in Aug. cap. 97. ubi dicitur, vocem *Aesor* apud Etruscos significare Deum, suffragante Dione 65, 29. ubi cf. Reimarus, qui hariolari Martinum dicit, quod Gallorum Aesum et Graecorum Δία eundem esse velit. Cf. etiam Hesychius s. v. Αἶσοι. Tum quercus forma cultum fuisse,

contendit Martin p. 258. et 276. de quo cf. Max. Tyr. 38. f. 8, 8. in. Quod vero in Pariſienſis templi cippo humana effigie adpareat, id adulationis cauſa in honorem Tiberii factum putat, qui hunc morem ſuſtulerit.

§. 3. *abolitae)* Vult adulari Claudio, tamquam, quod priores Caeſares impetrare non poterant, illis extorſerit, ut ſcribit Sueton. in Claudio c. 25. 1. GRONOVIVS *MS.* Monent tamen ad Suetonium Erneſti et Oudendorp. abolendum illum ritum ſanxiſſe Claudium, at fruſtra. Diſerte enim Procopius de B. Goth. 2, 25. ſcribit: Οἱ βάρβαροι οὗτοι Χριστιανοὶ γεγονότες — θυσίαις χρώμενοι ἀνθρώπων. Cf. Euſeb. de praeparat. Evang. 4. 17. Lipſius ad Tacit. de Germ. c. 9. A Tiberio tamen ſublata fuiſſe illa ſacrificia, auctor eſt Plinius 30, 4. f. 1. quamquam obſcurius id tradit, Druidas enim Gallorum ſuſtuliſſe ait, quibus ſic tribuere videtur. Sueton. in Tiber. c. 36. Mathematicos (magos addit Dio 57, 15. et Tacit. Ann. 2, 32.) a Tiberio expulſos eſſe, tantum refert, quod iam Maecenas Auguſto ſuaſerat. (Dio 52, 36. cf. 49, 43.) Aliquoties tamen illa lex repetita videtur cum ipſo illo ritu foedo. In Claudio quidem conſentit Aurelius Vict. de Caeſar. cap. 4. Quae quidem conciliare tentat Lipſius ad Tacit. Ann. 12, 42. nempe Tiberium illa ſacra in urbe tantum ſuſtuliſſe, Claudium in Gallia ipſa. Poſt tamen inhumanus licet Heliogabalus humanas hoſtias recidit, ut narrat Lampridius in vita cap. 8. in. Sed et olim advenarum mactationem ab Hercule abrogatam fuiſſe, adfirmat Diodor. 4. 19. in. Quare ad eas ſaepe redierunt, et novis legibus coerceri ſubinde debebant, quod et exiſtimat Martin p. 229. c. l. Beſtias tamen etiam immolaſſe ex vetere monumento, cuius ſpecies exhibetur, probat idem p. 102. f.

caedibus) Sic numero plurali paſſim occurrit. Vid. Drakenb. ad Liv. 27, 18. 19. Oudendorp. ad Caeſ.

de B. G. 3, 94. qui ibi repoſuit pluralem, quem antea editores in ſingularem mutaverant, et alia plura exempla propoſuit. *Ultimis* a Kappio in indice h. v. explicatur: de quibus modo dixeram, nempe humanis; nec in *humanis* mutandum eſſe monet. Aliter quidem ſenſus minime ſubeſſe videtur. Alio modo dicit Mela 2, 1, 9. *ultima pietatis officia*, Eumen. in paneg. ad Conſtantin. Aug. 10, 2. *ultimis cruciatibus punire*, et ſic de aliis rebus, quarum ſunt gradus et quaſi numeri. At *caedes* in univerſum dicitur, et antea dictum eſt a Mela. Formula *altaribus admovere* ſolemnis eſt in hac re de victimis. Exempla conlegit Cannegieter ad Aviani fab. 36, 12. Cf. etiam Drakenb. ad Liv. 45, 27, 9. et quos nominat. Sic Iuſtin. 18, 6. et Oroſ. 4, 6. in. de humanis victimis apud Carthaginienſes, Ammian. 24, 6. f. de iis, quas ex captis hoſtibus paraverat Iulianus.

delibant) Morſu, quod abolitae feritatis eſt indicium. VADIANVS. Tondebant, aut auferebant veſtes. VIR DOCTVS *ad edit.* 1696. Tamquam ſine humano ſanguine non poſſent ſatisfacere publicae ſuperſtitioni, ut inde Claudius non potuerit vetare, ut aliquid ſanguinis ex eorum corporibus ducerent, quos vocat *devotos*, ex ritu pr. Gallico, qui idcirco debebant occidi; nunc tantum ſecantur aliquae venae. I. GRONOVIVS *MS.* Rectius ad vulnerationem et conſectam inde ſanguinis effuſionem, ut tamen umbra vel ſpecies aliqua mactationis exſisteret, refertur, quod et Mela declarat. Verbum enim *delibare* vi ſignificationis propriae poſtulat, ut ſit, leviter cutem aperire et ſanguinem elicere. Sic in Americae quibusdam regionibus delibant infantes, quos antea immolaverant, et agnos ſubſtituunt.

facundiam) Videtur adludere ad Herculem Graecum, cuius imaginem deſcribit Lucianus in Dialogo iſtius nominis. I. GRONOVIVS *MS.*

Druides) Nominis origo et etymologia varia fertur. Cf. Freret in hiſt. de l'academie — de Paris T. 18. p. 185 ſqq. Haſaeus in ſylloge differt. n. 10. Romani uſitate derivant a Graeco δρῦς. Sic Plin. 16. f. *roborum eligunt lucos — ut inde adpellati quoque terminatione Gr. poſſint Druides vocari.* Hinc Σαρωνίδες apud Diodor. 5, 31; ab eadem Gr. voce i. e. κοῖλαι δρύες, ut quidam putant. Cf. etiam Heſych. h. v. At ſollicitata eſt illa lectio, praeter alios, ab Rhodomanno et Weſſelingio, qui volunt Δρονίδας pro Σαρωνίδας, hic etiam ex aliis codd. poſuit Σαρουνίδας. Exploſerunt alii hanc etymologiam, quae non cadat in veteres Gallos, et ex vocum tantum ſimilitudine ducta ſit, ut alia. Cf. Is. Caſaubon. ad Diog. Laert. in prooem. in. Daviſ. ad Iul. Caeſ. de B. G. 6, 13. Melius alii ad Celticam linguam confugiunt, in qua occurrit vox *Deru* i. e. quercus, de qua vid. Martin. T. 1. pag. 176. c. l. et Daviſ. c. l. Alii tamen, ut Pezron, quem inducit Martin, aliam vocem Celticam huc arceſſunt, *Hud* i. e. decantatio, vel, ut Freret, Celticam vel Hibernicam *Deſ. Di* i. e. Deus, et *Rhaidhim* ſ. *Rhouidhim* i. e. loqui, ut ſit quaſi Theologus. In carminibus enim Britannicis ſaec. 5. et 6. quibus nondum plane exſtirpata fuit religio Druidarum, reperiuntur Druidae dicti *Derouyddeh*. Quidam, ut Bucherius in Belgio Rom. 5, 4, 14. recurrunt ad Celticam vocem *Drud* i. e. vir ſtrenuus, fidelis. Vid. Harduin. ad Plin. 16. f. Ex lingua Hebraica דָּרַשׁ i. e. exquiſivit, conſuluit, repetit Voſſ. ad Iul. Caeſ. c. l. quamquam denique, ut incertum, id dimittit; conſtantius tuetur Schedius de Diis German. 2. cap. 3. Germanorum et Gothorum *Druhtin* ſ. *Drottin*, i. e. domus, herus, in ſubſidium vocat Haſaeus c. l. Qui ex Graecis derivant, non ſolum veteres quosdam teſtes habere videntur, vel adintores, ſed et locum Iulii Caeſ. de B. G. 6, 14. ubi traditur, Graecis literis uſos eſſe Druidas; quod a Phocaeis, Maſſiliae conditoribus, profectum putant viri docti.

Cf. ad Iul. Caes. c. l. notata. Obstat vero locus alius 5, 48. ubi Caesar narrat, se Graecis literis Ciceroni epistolam misisse, ne intercepta ea ab hostibus consilia cognoscerentur. Superiora igitur pertinere tantum videntur ad characteres et formas literarum, ita ut linguam suam literis Graecis expresserint. Quod quidem testatur antiquissimum monumentum Gallicum, quod Graecis literis Latina exhibet, ab aliquibus propositum, in quibus Martin in hist. des Gaulois T. 1. p. 39. De numis, qui idem declarant, cf. Bouteroue in recherches des monnoyes de France p. 43. 62 sq. et 191. Neque vero a Massilienſibus, vel Phocaeis accepisse, eruta horum monumenta docent, ut monet Martin p. 42. c. l. Propugnat tamen pro ipso Gr. L. usu Cluver. in Germ. ant. 1, 3. pag. 23. ex Luciani Hercule Gallo, ubi is narrat, se in Galhia reperisse hominem, (!) ἀκριβῶς τὴν Ἑλλάδα φωνὴν ἀφιέντα; de Caesaris illa epistola putat, Nervios spectare, Germanicae originis; denique non omnes omnino Graece loqui potuisse, quod a vero non alienum videtur. Ita statuit etiam Hendreich in Massilia p. 193. Certe amorem Graecarum literarum a Massilienſibus ad Gallos defluxisse, diserte testatur Strabo 4. p. 125. f. 181. Referunt huc etiam certamen Gr. et Lat. facundiae, Lugduni a Caligula institutum, de quo Sueton. cap. 20. *Magos* eos vocat Plin. 16. f. (cf. 30, 4. f. 1. et Martin p. 204. c. l.) *theologos, philosophos* et *vates* Diodor. Sic. 5, 31. et sacrificia curare dicit, quae ab aliis (vid. supra) narrantur. Noster *sapientiae magistros*, quod strenue tuetur Baudeau in Memoire à consulter pour les anciens Druides Gaulois contre Mr. Bailli, (Paris 1777. 8.) qui in lettres sur l'origine des sciences — contenderat, literas a septemtrione in austrum migrasse, Galliamque tunc, cum primum astronomicae observationes alibi factae fuerint, ignotam fuisse. Ceterum unum modo, quod monet I. Gronovius MS. ordinem sacerdotum ponit Mela, cum praeter Druidas essent quoque *Bardi* [poetae hi] et

Eubages, de quibus agit Valeſius ad Ammian. 15, 9. De eorum moribus, vita, praeceptis aliisque conſulendus eſt praeter Noſtrum in primis Iul. Caeſ. de B. G. 6, 13 ſqq. et quae conlegerunt de iis Martin in libro la religion des Gaulois. Multorum de iis ſcripta recenſentur in den Beyträgen zur critiſchen Hiſtorie der Deutſchen Sprache P. 2. n. 11. p. 325—343. quae et augeri poſſint. Fuerunt praeterea etiam *Druides feminae*, quo ſpectat inſcriptio apud Gruter. p. 62, 19. in qua leguntur haec; *Apete Druis antiſtita ſomnio monita. Gallicanae Druides* commemorantur in Vopiſci Aureliano cap. 44. ubi multa de iis congeſſit Salmaſius et ad Lampridii Alex. Sever. cap. 60.

velint) Potuiſſet dicere, ut inceperat, *voluntatem*, quippe quae vox in uſu eſt, cum alias inopia tales variationes gignat. Sed id variandi genus ſaepe etiam ab arbitrio ſcriptorum pendet, Iul. Caeſ. 6, 14. de re ipſa ſic: *multa de deorum immortalium vi ac poteſtate diſputant, et iuventuti transdunt.*

vicenis) Explicat ſic vocem *diu*. In re conſentit Iul. Caeſ. c. l. quamvis haec habet; *nonnulli annos vicenos in diſciplina permanent*. Banier in Götterlehre Vol. 2. p. 645. putat, Gallis etiam arcanas ſuas doctrinas occultaſſe. *Saltibus* autem dicit Noſter, cum ante Iul. Caeſarem templa habuiſſe videantur. Cf. Martin. T. 1. liv. 1. ch. 13. 14.

praecipiunt) Antea docent. Hoc enim verbum de magiſtro etiam dici ſolet, qui artem aliquam tradit, cuius exempla ſunt obvia.

effluxit) Omnia enim arcanis ſermonibus tradiderunt, nec libris quidquam mandarunt. Certe an Druidarum ſcripta aliqua exſtent, ſe neſcire fatetur Origenes.

contra Celſum 1. p. 335. T. 1. (ed. de la Rue.) Multa autem tradidiſſe ait, Iudaicae religioni finitima.

meliores) Fortiores. Sic Livius 2, 51, 3. *meliorem militem, recepto priſtino animo, in futura praemia ad certamen fecit.* Et ſic ſaepius, ut in Graecis ἀγαθός. Hinc vero Horat. 3. od. 14, 49. *non pavens funera Gallia*, ubi Iani alios memorat; ex quo adparet, in vulgus profuiſſe.

aeternas) Quod haud dubie aliquis Pythagorae diſcipulus illic diſeminavit, perinde ut factum in Thracia, ſed quod ubique peſſime illuſtraverunt. I. GRONOVIVS *MS.* Pythagoram tamen ipſum in Gallia a Druidis doctrinam eorum arcanam percepiſſe, patet ex Alexandro de Symbolis Pythagoricis apud Clement. Alex., Strom. lib. 1. p. 331. (Sylb.) et Origene contra Celſ. 1. c. l. quorum teſtimoniis nititur Martin p. 220. ita, ut eam doctrinam omnino ab Aegyptiis repetat; Metempſychoſin tamen optime ex Mela refutari et coargui exiſtimat ex verbis *velut una victuri*, et quae de rebus in rogum coniectis narrantur. Contra Origenes in philoſ. c. 2. et 25. dicit, Zamolxin, Pythagorae οἰκέτην, Druidas Pythagorae philoſophiam docuiſſe, et Diodorus 5, 28. de animorum migratione opinionem Pythagorae apud eos invaluiſſe. Cf. de ea Iul. Caeſ. de B. G. c. l. et ibi Daviſius, Lucan. 1, 454 ſqq. alii, et quae ex recentioribus omnino de Gallorum religione diſeruerunt Fenel et Freret in Memoires — de Paris T. 24. p. 362 ſqq. et 389 ſqq. Ille putat pag. 366. Melam ex Romanorum theologia male *manes*, quos Gallos ignoraſſe ex Lucano 1, 453. maxime adpareat, admiſcuiſſe. Hic eorum metempſychoſin negat, et regionem animarum alteramque vitam poſt mortem credidiſſe putat. De immortalitate animarum credita cf. etiam Papon hiſt. de Provence T. 1. P. 2. p. 485 ſqq.

apta) Immo etiam dilecta. Nam Iul. Caes. de B. G. 6, 19. f. *omnia*, inquit, *quae vivis cordi fuisse arbitrantur, in ignem inferunt, etiam animalia, ac paullo supra hanc memoriam servi et clientes, quos ab iis dilectos esse constabat, iustis funebribus confectis, una cremabantur.*

negotiorum) In quibus relatae erant rationes accepti vel expensi. I. GRONOVIVS *MS.* 1. Exemplum adfert superioris praecepti, quo docet, mortuos tenere memoria, quis ipse sit debitor, quem, ut iure appellare possent, existimant, illos habere debere syngraphas a vivis factas. Non autem exponit, qua ratione rem tam mirificam peragerent, quum sciamus, Graecos mortuis posuisse numum, quo Charontis vecturam impetrarent, ut videatur quoque de sepultura hoc arcanum intelligi debere. Certe apud Valer. Max. 2, 6. ext. 10. est aliquid simile de pecuniis mutuis, quae apud mortuos redderentur, dandis. I. GRONOVIVS *MS.* 2. Valerii locus ita habet: *Gallos memoria proditum est, pecunias mutuas, quae his apud inferos redderentur, dare solitos, quia persuasum habuerunt, animas hominum immortales esse.* Et sic Martin T. 1. p. 201. hunc locum interpretatur: *Les Gaulois mettoient dans le bucher, ou dans l'urne un compte exact des affaires du defunt;* et p. 222. *ils enseveliſſent avec eux leur contes et les cedules de l'argent, qu'ils ont preté pour leur ſervir aux Enfers.* Diodor. Sic. 5, 28. notat, in rogum mortuorum epistolas propinquis inscriptas conieciſſe, quas legerent. Valerius c. l. ubi eum morem explicat, addit: *Dicerem stultos, nisi idem bracati sensissent, quod palliatus Pythagoras credidit.* Cf. Gronov. ad Ammian. 15, 9.

una victuri) Cf. ad 2, 2, 4. Sic Athenaeus 6, 13. in. p. m. 249. unde Eustathius ad Homer. Il. 22, 433. p. m. 1383, 17. repetit, narrat, Setianos, Gallo-

rum populum, ita regi fuisse addictos, ut cum eo obirent.

§. 4. *Comata —)* Sic fere Plin. 4, 31. f. 17. *Gallia omnis Comata uno nomine adpellata in tria populorum genera dividitur.* Varias autem Galliae fuisse divisiones et adpellationes, notum. Sic *Cisalpina* et *Transalpina*, quarum illa fuit *Cispadana* et *Transpadana*, haec *Bracata* f. *Narbonensis* (2, 5, 2.) et *Comata*. De illa exposuit supra 2, 3. de hac in nostro loco. Causa nominis patet, nimirum a comarum nutritione, quae propria erat multarum gentium, quarum recensum agit Hadrian. Iunius in comment. de coma cap. 3. Secutus autem hic est Noster divisionem a Iulio Caesare factam de B. G. 1, 1. in. ut Plinius, quam et Strabo notat lib. 4. in. sed minus recte ad partes suas trahit, monente ibi Casaubono. Strabo enim a meridie terminos statuit mare internum, ex quo adparet, Comatam eum adiungere; Iulius Caesar autem Cebennicis montibus definit. Et sic Solinus c. 23. f. 21. in. *Galliae inter Rhenum et Pyrenaeum, item inter Oceanum et montes Gebennam ac Iuram porriguntur.* Adfert autem post Strabo novam Galliarum divisionem ab Augusto factam, quam secuti sunt Marcianus p. 46. Hudf. Stephanus, qui Aquitaniam quartam Galliae partem dicit, aliique, ut Aethicus pag. 728. (ad ed. I. Gronov. Melae.) Cf. quos laudat Harduinus ad Plin. c. l.

tria) Martin in hist. des Gaulois p. 146. putat, initio et primitus unam tantum gentem Galliarum illas tres partes inhabitasse, subinde alios populos accessisse, qui tandem in tres fuerint divisi, multosque alios continuerint. Ita enim Strabo 4. pag. 133. f. 192. Lugduni in templo aram positam narrat cum inscriptione 60 gentium, et Agrippa in oratione apud Ioseph. de B. Iud. 2, 16. m. 305 gentes notat, Appianus de B. Civ. 2, 150. (cf. idem de reb. Gall. c. 2. extr.) quadringentas a Iul.

Caeſare ſubactas. In Tacito Ann. 3, 44. in. Galliarum 64 civitates deſciviſſe legitur, et in Appiano c. l. plus quam 800 urbes captas. Cf Lipſius et Erneſti ad Tacit. c. l. Quantum abundaverit hominum frequentia, ex armatis intelligitur, quos in bellum miſſos paſſim narrant auctores, captoſque et caeſos producit cum Appiano c. l. Iul. Caeſar de B. Gallico.

ingentibus) Perinde ut Scythae, tamquam hos natura quaſi poſuerit praecipue ad terminos gentium, quos nunquam legimus in hac Gallia mutatos, perinde ut neque in Scythia. 1. GRONOVIVS *MS.*

Aquitani) Gr. Ἀκυϊτανοὶ et Ἀκουϊτανοὶ apud Strabon. in. etſi hoc ſaepius et inde Ἀκουϊτανὴ μερὶς 4. p. 132. f. 191. Stephanus Ἀκυτανία, ut Marcian. p. 46. Hudſ. Nomen accepiſſe putant, veluti Harduinus ad Plin. 4, 33. f. 19. ab *aquis ſalubribus*, vel, ut alii, ab *aquis Tarbellicis*, quas adtingebat regio. Vid. Oihenartus in notit. Vaſconiae 3, 4. p. 469. Surita et Weſſeling. ad Anton. itin. p. 456. ex Plinio 4, 33. f. 19. 31, 2. Valeſius in notit. Galliar. pag. 32. omnino ab aquis ſalubribus nomen petitum eſſe putat. Negat tamen Martin in hiſt. des Gaules p. 154. nomenque toti genti inditum credit a populo iſtius regionis, quare et Plinius c. l. dicat, regioni ab Aquitanis nomen impoſitum fuiſſe. Alio tamen loco p. 41. Latinam illam vocem recte exiſtimat et Gallicam referre *Armoricae*, ut antea edpellata eſt Aquitania ſec. Plinium 4, 31. f. 17. ab *ar mor* i. e. mare, (cf. d'Anville notice de la Gaule p. 103.) unde quidem difficultas oritur, quod nemo praeter Plinium id adfirmat, et omnes inter Ligerim ponunt et Sequanam. Vid. Martin in diſſ. 2. f. c. l. et qui fuſius hoc tractarunt Cellarius in Geogr. ant. 2, 2, 56. et d'Anville p. 7. c. l. etſi hic difficultatem non adtigit, ſed ſimpliciter putat, ſitum reſpondere voci Celticae. Ipſi genti originem a Gallis diverſam

tribuit Martin p. 134. eamque derivat ab Hercule antiquo, quem in vetere monumento *Herculem Macuſanum* adpellari credit, quippe qui ex Phoenice duxerit iſtos populos in Hiſpaniam et inde in Galliam. Cf. etiam Alteſerra in rerum Aquit. lib. 4. p. 231 ſq. Inde vero et ex vicinia intelligitur, quod apud Strabon. 4. p. 131. f. 190. differre a reliquis Gallis, et Hiſpanis ſimiles eſſe dicuntur, ex quo aliqui voluerunt ab Hiſpanis eorum originem repetere. Cf. Mémoires — de Paris T. 8. p. 421. Uti vero poſt Caeſarem et Hirtium omnino *Galli* vocantur, ſic olim omnes *Celtae*, quamquam in populos diviſi. Scylax p. 2. Hudſ. poſt Iberas ſtatim ponit Ligures et in iis Maſſiliam. Alii, ut Ephorus apud Strabon. 4. p. 137. f. 199. Celticam in Hiſpaniam usque extendunt et longe maiorem faciunt. Diodor. Sic. 5, 32. in. qui interiora ſupra Maſſiliam tenebant, et qui iuxta Alpes et cis Pyrenaeum habitabant, *Celtas* vocat, ultra eos qui poſiti erant, *Gallos* adpellatos tradit, etſi hic terminos longe excedit. Cf. Appian. de reb. Hiſp. cap. 1. Hinc Κελτογαλλία Ptolem. 2, 7. et Euſtath. ad Dionyſ. v. 288. σύμπαντες Εὐρωπαῖοι Γαλάται Κελτοὶ ὑπὸ Ἑλλήνων ἐκλήθησαν. Poſt invaluit *Galatia* et *Galatae*, inde *Gallia* et *Galli*, quidam promiſcue *Celtae* et *Galli* dicunt, ut Plutarch. in Caeſare paſſim. Vid. Perizon. ad Aelian. V. H. 12, 23. Cellar. in Geogr. ant. 2, 2, 4. Oihenartus in notit. Vaſconiae 3, 4. p. 469. Valeſius in notit. Galliar. pag. 296. Martin. p. 69. c. l. ubi putat, ideo factum, quod, licet Belgae iam olim et Aquitani in Gallia fuiſſent, Celtica tamen ſola, pars Galliae, innotuiſſet priſcis Graecis et Romanis. Cf. Iul. Caeſ. de B. G. in. Noſter a Pyrenaeo ad Garumnam, ut Plin. 4, 31. f. 17. profert. Et ſic Caeſar c. l. Gallos ab Aquitanis Garumna fl. dividit. Ptolem. 2, 7. vero ad Ligerim fl. extendit, cuius cauſam ſubgerit Strabo 4. p. 131. f. 189. et antea p. 122. f. 177. Nempe cum nimis anguſtis limitibus circumſcripti eſſent incolae, addita Galliae pars ultra Garumnam ad Ligerim,

auctore Auguſto. Poſt idem Strabo notat, oram fuiſſe arenoſam, et milii tantum feracem, interiorem terram laetiorem; in Tarbellis aurum inveniri. Populi, qui habitarunt, cum urbibus cognoſcuntur ex Iul. Caeſ. de B. G. 3, 27. Strabone 4. p. 131. ſ. 190. Ptolem. 2, 7. quibus additi erant 14 ab Auguſto inter Garumnam et Ligerim. Vid. Strabo c. l. Mela igitur Iulii Caeſaris tempora reſpicit. Aliter et triplici diviſione deſcribitur in notitia imperii, de qua cf. Valeſius p. 33. c. l.

Sequanam) Strabo 4. p. 133. ſ. 193. ὁ Σηκοάνας, Ptolem. 2, 8. Σηκόανας. Eius fontes in Alpibus ponit Strabo 4. p. 133. ſ. 192. in quo eum falli docet Valeſius in not. Gall. pag. 517. cum in planitie aperta caput eius oſtendatur. Cf. etiam d'Anville in notice de la Gaule p. 598. Rectius de flexibus et oſtio contra Britanniam tradit. At et hic errat Ammian. 15, 11. qui narrat, Sequanam cum Matrona prope caſtra Conſtantia (h. Coutances) in mare fundi. In Aethici coſmogr. p. 714. (ed. Melae Gronov.) *Gvon* eſſe putatur. Vid. Valeſius, d'Anville c. c. l. l. et qui eos ſecutus reddidit Oberlin. ad Vib. Sequ. p. 183 ſq. H. quod notum, dicitur *Seine*. Noti porro ſunt vel ex Iulio Caeſare *Sequani*, etſi praeter nomen cum fluvio nihil habent commune, nec, quod falſo tradit Strabo, Sequana per eos defluit; de quo cf. Valeſ. p. 518. c. l. Videntur tamen ad eum olim habitaſſe et poſt inde receſſiſſe.

Celtae) Gr. Κέλται ſ. Κελτοί. Dicuntur autem modo ſenſu latiori, modo anguſtiori. Illo de omnibus Gallis, ut diſerte monet Strabo 4. pag. 131. ſ. 189. et antea dictum eſt. Cf. etiam Frick. de Druidis pag. 23. Latiſſime olim non de una gente, ſed de omnium gentium militibus hoc nomen uſurpatum adeo fuiſſe, quia *Celt* et *Gall* militem, bellatorem ſignificet, docere nititur Nicolai in Reiſe Vol. 11. app. 1. p. 13 ſqq. Anguſtiori

dicitur in noſtro loco. De variis iisdemque incertis derivationibus, ſi quis plura conlecta legere cupiat, ſatisfacere poterit Martin p. 42. c. l. qui ipſe putat, idem eſſe quod Galli, ex diverſa duorum populorum pronuntiandi ratione. Cf. etiam Penzel ad Strabon. Vol. 1. p. 358. Ioſephus antiqu. Iud. 1, 6. in. a Gomaro derivat, et olim Gomarenſes (Γομαρεῖς) dictos fuiſſe tradit, et ſic alii, quibus adſentitur etiam Martin p. 133. etſi idem p. 69. putat, Celtas a Graecis, quibus illi tantum innotuerint, omnes Gallos adpellatos fuiſſe, quos primus Iul. Caeſar ſuis nominibus diſtinxerit. Poſt tamen promiſcue Celtae et Galli in eadem etiam narratione dicuntur, ut apud Zoſim. 1, 38. et Pollionem in vita 30 tyrannorum c. 3. Prima Celtarum mentio occurrit in Herodoto 4, 49. ubi omnium Europae populorum ad occaſum poſt Cynetas extremi dicuntur. Cf. 2, 33. et quae diſputat Martin p. 622 ſq. Alii tamen ſunt Celtae Pytheae, quos dum Strabo 1. p. 43. f. 63. cum noſtris commiſcet, Pytheam mendacii arguit. Nempe ille habet in Europa ſeptemtrionali. Vid. pluribus Wedel in Abhandlung über die ältere Scandinaviſche Geſch. pag. 18 ſq. atque eos etiam Livius 5, 37. in. intelligit, qui forte ab Maſſilienſibus, ſeptemtrionem adeuntibus, noſſet; *ab Oceano* enim, inquit, *ultimisque oris bellum Italiae intuliſſe*, uti fere Pytheas apud Strabon. 2. p. 71. f. 104. ſeptemtrionalem Europam, ubi ponit Celticam ſuam, μέχρι τῶν τοῦ κόσμου περάτων ſe adiiſſe retulerat, quod ridet Strabo, et ne Mercurio quidem credendum cenſet. Iam enim Livii tempore ſeptemtrio ultra Albim ponebatur. Docent etiam Celto-Scythae, ſic ut Celtis ſucceſſerint Scythae, poſt cum iis commiſſi. Celticam vero Pytheae Scandinaviam fuiſſe, ſtatuit Wedel, de quo infra. Uti hic Celtae anguſtiori ſenſu dicuntur, illorum regionem Noſter porrigit a Garumna ad Sequanam, cum quo conſentit Plin. 4, 31. f. 17. Cf. Ptolem. 2, 8. Nova ab Auguſto facta diviſione *Lugdunenſis* adpellata eſt, certe eandem eſſe, quae Cel-

tica fuit, ut ſcribit Plinius, docent utriusque fines in Plinio et Ptolemaeo. Aliter Strabo 4. pag. 122. f. 173. qui dicit, ab Auguſto Galliam Belgicam diviſam fuiſſe in Lugdunenſem et Belgicam; ex peculiari autem deſcriptione, in qua memorantur Hedui et Lexobii, adparet, re ipſa eum ab aliis minime discrepare. Ita vero non ex vetere Belgica per diviſionem facta eſt Lugdunenſis, ſed hoc nomen in prius ſucceſſit. Populi et urbes prolixius recenſentur a Strabone, Plinio et Ptolemaeo.

Belgae) Gr. etiam Βέλγαι, ut apud Strabonem lib. 4. paſſim. Inde Κελτογαλατία Βελγικὴ apud Ptolemaeum 2, 9. et ſimpliciter Βελγικὴ apud Stephanum, qui etiam addit Βελγεία ſc. χώρα. Idem a Βέλγη derivat, ut Ἀττικὴ dicatur ab Ἀκτή; Martin p. 132. c. l. a *Belgio*, tractu exiguo Belgicae, quem aliqui urbis nomen putaverunt in Caeſare, quos ſatis refutavit Oudendorp. ad 6, 24. de B. G. De ſitu diſputat d'Anville in notice de la Gaule p. 147. et ponit, ubi olim fuerunt Bellovaci in Picardiae finibus. Cf. etiam Cluverius et Oudendorp. c. l. Multa vero de etymo nominis dabit Cluverius in Germ. ant. 2, 3. p. 342. Noſter Belgicam ad Rhenum extendit, Plinius 4, 31. f. 17. ad Scaldin, quae parum discrepant. Strabo 4. pag. 135. f. 196. concludit Rheno, Ligeri et Oceano, falſo quidem Ligeri, ut docet Valeſius in not. Gall. pag. 78. ex Iulio Caeſ. de B. G. 1, 1. qui diſerte Belgas a Celtis ſ. Gallis Matrona et Sequana dividi ait, et quod Celtae ſ. Galli proprie dicti non habuiſſent, ubi conſiſterent, cum Aquitanos Auguſtus Caeſar Ligeri flumine terminaverit. Ex Iulio Caeſare 1, 1. intelligitur, complexam etiam eſſe Helvetiam, quam poſt demum ab ea ille ſeparavit inde a lacu Veneto ad fl. Ararim, (*Saone*) et cis et trans montem Iuram Sequanorum provinciam fecit. Certe Eutropius 6, 14. Helvetios ſuo tempore Sequanos adpellatos eſſe refert, cum olim (Iul. Caeſ. de B. G. 1, 1.) Helvetiis tantum proximi fuerint, uti et ad-

paret ex Ptolemaeo 2, 9. f. quem tamen cum Oroſio 6, 21 ſuſpectae diligentiae inconſandum putat Müller ad Guthrie Allgem. Welt-Geſch. Vol. 17. T. 1. pag. 60. Populos commemorat omnino 15 Strabo c. l. quibus poſtea plures accefſerunt. Cf. de eorum recenſu Valeſius c. l.

Auſci) Sic vocantur a Iul. Caeſare et eius interprete, ut de B. G. 3, 27. at a Strabone 4. p. 132. f. 190. et Ptolem. 2, 7. Αὔσκιοι, ut *Auſcii* in vetuſto auctore notitiae civitatum Galliae. *Auſcenſes* vocantur a Sidon. Apollin. 2, 2. ep. 6. ubi p. 432. poſterioris aevi gentilia, v. c. *Auſcus*, *Auſcius*, *Auſcienſis* adtulit Savaro. Et ſic Gregor. Turon. hiſt. 8, 22. *Auſcenſis epiſcopus*. Plura ſubminiſtrabit Valeſius in not. Galliar. pag. 67. Eorum urbem praecipuam mox commemorat Noſter *Cliumberrum*, de cuius ſcriptura dictum eſt in not. crit. pag. 72 ſqq. D'Anville in notice de la Gaule explicat ex lingua Celtica: *urbs nova*. Ptolemaeus 2, 7. Auſcorum urbem unam adfert *Auguſtam*, unde eadem videtur mutato poſtea nomine, vel aucto. Cf. Valeſius c. l. Quod putat d'Anville c. l. eadem eſt in Ammiano 15, 11. f. 28. *Auſci*, in itiner. Hieroſol. p. 550. *civitas Auſcius*, in notitia civit. Gall. *metropolis civitas Auſciorum*, *Auxis* in Roderici Toletani hiſtoria Arabum, et *Vaſconiae metropolis*. *Clarae* nomen etiam ipſi tribuunt vetuſta monumenta eccleſiae Auſcienſis, notante Oihenarto in not. Vaſcon. 3, 8. pag. 445. Plura leges de ea in Valeſii notitia Gall. p. 67.

Aedui) De ſcriptura diſſerui in not. crit. p. 69 ſq. Cum Noſtro conſentit Iul. Caeſ. de B. G. 6, 12. qui ſummam eorum auctoritatem antiquitus fuiſſe addit, et 1, 43. omni tempore totius Galliae principatum tenuiſſe adfirmat, ut Hirt. 8, 46. et paſſim adeo eorum clientes recenſet, in primis 7, 75. Cum Romanis ante Iulii Caeſaris expeditionem ita erant coniuncti, ut ſenatus eos fratres et

conſanguineos ſaepenumero ſe appellaret, de quo cf. Cicer. ad Att. 1, 7. ad diverſ. 7, 11. f. Strabo 4. p. 133. f. 192. Iul. Caeſ. de B. G. 1, 33. Cf. Manut. ad Cic. ad Att. 7, 10. Reſpicit hoc Eumen. in orat. pro reſtaur. ſchol. cap. 4. et in gratiar. act. ad Conſtantin. Aug. c. 2, 4. *Fraternitatis* autem nomen ſolos Gallorum cum Romanis uſurpaſſe, primos etiam eorum ius ſenatorum in urbe adeptos eſſe (ſub Claudio) notat Tacit. Annal. 11, 25. quamquam quod dicit *ſolos*, id ad Arvernos ſimul et Batavos pertinuiſſe docet ad Tacitum Lipſius ex lapidis etiam antiqui inſcriptione. *Foederatos* adpellat Plin. 4, 32. f. 18. De ſitu, inter Ararim (Saone) et Dubim (Doux) eos conlocat Strabo 4. pag. 133. f. 192. quem ideo praeeunte Valeſio p. 3. c. l. notat d'Anville p. 35. c. l. cum rectius dicendum fuiſſet inter Ararim ſeu Sequanam et Ligerim. De Ligeri adeſt etiam teſtimonium I. Caeſaris de B. G. 7, 5. Alibi Strabo 4. p. 134. f. 193. vicinos ab utraque parte facit Lingonas et Sequanos. Ubi hodie ſitus quaeri debeat, docet urbs, quam Noſter adiungit, *Auguſtodunum*. Ita etiam Ptolem. 2, 8. f. Aeduis eam tribuit; Plinius omiſit, qui omnino hic macer eſt. Strabo 4. p. 133. f. 192. in Aeduis memorat urbem *Cabullinum* et caſtellum *Bibracta*; Iulius Caeſ. de B. G. 1, 23. *Bibracte* oppidum eorum vocat *longe maximum ac copioſiſſimum*, et 7, 55. *oppidum maximae auctoritatis*. Idem 5, 7. *civitatis Aeduae* meminit, ut Sidon. Apollinar. 5. epiſt. 9. in. ubi Savaro de Auguſtoduno intelligit, etſi latius valere poteſt de tota regione, ut apud Conſtantium de vita S. Germani 1, 2. *Heduam profectus eſt, ubi Iulius reip. rector ac Galliae gubernator praeſidebat.* Sed mota eſt ex ſuperioribus diſceptatio inter viros doctos, an eadem eſſet diverſo nomine urbs *Bibracte* et *Auguſtodunum*. Negant alii, ut Raimundus Marlianus, Valeſius, et qui eos laudat Cellarius in Geogr. ant. 2, 2, 83. du Four de Longuerue, et quos recenſet le Long in bibl. hiſtor. de la France p. 21. ſq. (ed. Fontette.) Contra adfirmant Thomas in

peculiari dissertatione, Martin in libro la religion des Gaulois T. 2. lib. 4, 27. d'Anville p. 156. s. his usi argumentis: 1) Suadet utriusque dignitas, et superioribus auctoribus accedunt Tacit. Ann. 3, 43. qui *caput gentis* vocat, et *ibi nobilissimam Galliarum subolem liberalibus studiis operatam esse* addit, quod et confirmetur ex Eumenii orat. pro restaur. scholis c. 14. in. quamvis ibi pro *Augustodunensium* Rhenanus et Pighius maluerunt reponere *Augustocliviensium* eamque laudem alio transferre, contra quos tamen Lipsius graviter pugnat in excursu ad Tacit. c. l. Cf. Eumenii vita auctore Schwartzio in Jaegeri ed. Panegyr. vett. T. 1. pag. 217. 2) Tum Strabo, qui minus oppidum adfert, si Augustodunum diversum fuisset a Bibracte, illud non omisisset; etsi in hoc nomine, ut in aliis, sequitur Iul. Caesarem. 3) Augustoduni recentiori aetate repertae sunt inscriptiones duae in honorem Deae *Bibracte*, cum Galli urbes olim Dearum nominibus insignire et ornare consuessent, ut multis exemplis docuit Martin c. l. et alibi. Cf. Montfaucon antiqu. expliquée T. 2. p. 236. 4) Si Bibracte ab Augustoduno differt, et hodie, quod credunt, est *Beauvray*, minime situs tantae urbi convenit. Locus autem controversus de Bibracte legitur apud Eumenium in gratiar. act. ad Constantin. Aug. extr. *Bibracte quidem huc usque dicta est Iulia Pola, Florentia, sed Flavia est civitas Aeduorum*, quem utrique utroque modo ad suas opiniones detorquent. Cf. etiam ibi Jaeger T. 1. p. 474. Equidem, si Augustodunum dictum fuit, miror, quod Iuliae, non Augustae mentionem facit, quod huc pertinet, cum in primis Augustodunum alibi commemoret, ut alii posteriori tempore, v. c. Antonin. in itiner. p. 458. 460. tab. Peuting. 2. A. Dirimi certe lis illa posset, si utraque urbs simul iuxta posita inveniretur, cuiusmodi locum equidem non vidi. Superiora tamen suadent, eandem urbem fuisse, quae ab Augusto novum nomen sortita videatur, quare et postea, excepto Strabone, apud neminem Bibracte in urbium

recenſu geographico occurrit, niſi priſca tempora reſpiciantur. Poſt dicta eſt *Aureliapus*, ut docet Savaro ad Sidon. Apollin. 5. epiſt. 19. p. 369. Poſteriorem nominis partem, *dunum*, ex Celtica voce, qua ſignificatur mons, eminentia, explicant, quod iam olim adtulerat Clitiphon teſte Plutarcho ſpurio de fluviis ſ. v. *Arar*. Cf. ubi plura conferuntur, Memoires — de Paris T. 6. p. 641. ubi ſimul refutantur contra ſentientes du Four (de Longuerue) et Valois in Caylus recueil d'antiquités dans les Gaules p. 153 ſq. Vid. in primis Falconet recherches ſur la ſignification du mot *Dunum* in Memoires — de Paris T. 20. p. 13 ſqq. qui item alios refutat, et Fenel T. 20. p. 39 ſqq. Nec aliter olim explicavit Caſaubon. ad Strabon. 4. p. 132. ſ. 191. Contra Popowitſch vom Meere pag. 27. explicat de loco ſepto, ut alii. Fuit in ea urbe itinerarium marmori inſculptum, quod cum magna Geographiae iactura temere ſuperiori adeo ſaeculo aedificii fundamento ſubſtratum eſt. Vid. de eo Scheyb ad tab. Peutinger. p. 26.

Treveri) De ſcriptura vid. not. crit. p. 70 ſq. ubi addi poteſt Valeſius in not. Galliar. pag. 561. Circa adfectationem Germanicae originis ambitioſos fuiſſe narrat Tacitus in Germ. cap. 28. Ad Rhenum habitaſſe Strabo aliique tradunt, cultu vero et feritate non multum a Germanis vicinis diverſos fuiſſe, Hirtius de B. G. 8, 25. De finibus eorum disputant Cellarius in Geogr. ant. 2, 3, 96. Cluver. in Germ. ant. 2, 14. pag. 379 ſq. et Spener. in not. Germ. 6, 5. p. 302 ſq. In eo, quod Rhenum accoluerunt, conſentiunt omnes. *Liberos antea* (ante Veſpaſianum) dicit Plin. 4, 31. ſ. 17. Urbem eorum praecipuam primus commemoravit Mela *Auguſtam*, cui Ptolemaeus 2, 9. addidit cognomen Τρηβιρῶν, ut in tabula Peutinger. 2. A. A Tacito Hiſt. 4, 62. et 72. vocatur *colonia Treverorum*. Poſt ſimpliciter dicta eſt *Treveri*. Cf. Valeſ. p. 58. c. l. Spener. 6, 5, 9. p. 395 ſq. c. l. Hinc *Triveris*

Aethicus p. 712. (ed. Melae Gron.) Τρίβερις Sozomenus 2, 27. Τρίβηρις in vet. orbis descr. c. 49. Praeteriit etiam hanc urbem Plinius, quam post fuisse adfirmat Ammian. 15, 11. *clarum domicilium principum.* Et sic alii eam laudant, quos indicant ad Ammiani c. l. Lindenbrogius et c. l. Valesius pag. 59. Cluver. in Germ. ant. p. 14. p. 383. et Gothofredus ad vet. orbis descr. c. 49. In notitia imper. Triverorum *scutaria, balistaria, thesauri* et *moneta* memorantur. Alia adfert Vales. p. 60. c. l. Irruptionibus barbarorum aliquoties vexata est et eversa. In antiquissimis Europae urbibus ponendam et a Troianis adeo fugitivis conditam fuisse putat Preuschen. Vid. eius Denkmähler der Revolutionen in Deutschland p. 39 sqq. H. *Trier.* Vid. d'Anville in notice de la Gaule p. 119 sq. praeter superiores. Ab Augusto autem plures urbes sic adiecto populi nomine adpellatas fuisse, docent Geographi. Sic *Augusta Rauracorum,* (*Augst*) *Veromanduorum,* (*St. Quentin*) *Vindelicorum.* (*Augsburg.*)

§. 5. *Garumna)* In scriptura variatur. Strabo 4. p. 181. s. 189. Γαρουνᾶς, Ptolem. 2, 7. Γαρούνα, ut Cod. Mosc. in Strabone. Sic Plinii codices 4, 31, s. 17. *Garunna*, notante Harduino, ubi primum ed. Froben. dedit *Garumna*, quomodo in Caesare, ubi et metaphrastes Gr. habet Γαρούμνας, et aliis legitur, quamvis prius propter Graeca praeferendum videatur. Posteriores quidem multi per *un* efferunt, ut docuit Valesius pag. 222. c. l. Masculino genere producit Strabo, et sic Tibullus 1, 7, 11. at feminino Auson. in Mosella extr. Eius adeo luculentam descriptionem exhibet Noster, ut quidam, in iis Vinetus, Valesius, putarint, in hoc flumine eum fuisse iactatum. Comparari potest Sidon. Apollinar. carm. 22, 108. Fontes Noster ponit in Pyrenaeo. Oritur autem in confinio *Vielae* in montis latere devexo, ubi est *Arana vallis*, quae hodie pertinet ad Hispanos, quamquam fontem in Aquitania ostendit Ptolemaeus.

Vid. Petrus de Marca in Marca Hisp. 1, 2, 9. et 12, 13, 4. Alia deinceps. Currere milia 107 scribit Aethicus in Cosmographia p. 715. (ed. Molae Gronov.)

vadosus) Reddidit haec Boccatius de fluminibus h. v., mutatis aliis, aliis contractis. Ex *aestuariis*, quae Noster adtingit verbis *Oceani excaestuantis*, Heyne in Tibullo 1, 7, 11. epitheton *magnus* intelligit.

retro remeantibus) Ut Frontin. 4, 7, 31. *retro redire.* Sed similia notarunt Gronov. ad Liv. 22, 6, 7. Drakenb. ad 27, 28, 6. Davisius ad Ital. Caes. de B. G. 4, 4. Oudendorp. ad 7, 9. et alii. In eandem vero rem Claudian. lib. 2. in Rufin. v. 113. *pernicior unda Gurgitis, Oceani pleno quoties impellitur aestu, Suas*, ut de Marsya Curtius 5, 1, 3. *suas duntaxat undas trahens.*

utique) I. e. maxime, ut aliquoties in Nostro. Vid. Perizon. ad 1, 9, 9. Ita vero etiam alii adhibent.

si alio —) Elegantem hinc comparationem sumsit Seneca in Thyeste v. 439. *Sic concitatam remige et velo ratem aestus, resistens remigi et vento, refert.* Idem in Herc. fur. v. 676. *ut saepe puppes aestus invitas rapit.* 1. GRONOVIVS *MS.* Potest inprimis loco ex eiusdem Medea v. 937. adiungi: *anceps aestus incertam rapit. Ut saeva rapidi bella cum venti gerunt, Utrimque fluctus maria discordes agunt Dubiumque pelagus fervet.* Cf. ei. Agam. v. 138 sqq. Ovid. Metam. 8, 470. Trist. 1, 2, 25. sqq.

§. 6. *Antros)* Disceptatur de situ. Valesius p. 25. c. l. putat, falso ad Garumnam referri, ubi nulla nunc inveniatur, cum Ligeri tribuenda fuisset, ubi posteriores auctores commemorant *Antrum* insulam, hodie inter Nantes et Converon, cuius nomen servatum videatur

in voce *Andre*." At ita egregie erraſſet Mela, niſi quis velit cum Harduino ad Plin. 4, 31. ſ. 17. Ligerim circa oſtia Garumnam olim ab accolis fuiſſe vocitatum, et hinc Melam nominis ſimilitudine deceptum utrumque miſcuiſſe. At cf. quae contra eum diſſeruit d'Anville p. 341. c. l. Alii vulgo ſcopulum putant, cui impoſita eſt Pharos et turris, quam *de Cor duan* vocant. Quam ſententiam refutavit d'Anville p. 70. ſ. ubi proſſixius de ſitu quaeritur. Nimis enim hic brevem ſcopulum dicit, quam ut adtentionem Melae excitare et iſta adferri potuiſſent. Ex verbis Melae *in eō* et *ubi ſe fluctus implevit* omnino quaeri debet in Garumna, ubi *obvius Oceani aeſtuantis acceſſibus adauctus eſt*, et cum ibi ſit inſula *Iau*, hanc eſſe tabula Miſcripta monitus indicat d'Anville. Valeſius c. l. ſi quidem vere olim fuerit, vel ab Oceano ſubmerſam, vel a Garumnae refluentis aquis et arenis obrutam fuiſſe arbitratur. Praeter Noſtrum vero nemo eius mentionem fecit. Totum locum Boccatius de fl. ſ. v. Garumna quibusdam mutatis reddidit, etſi *aneros* ab illo vocatur. Quae de illa Noſter narrat, explicare tentavit pravam tamen lectionem ſecutus Stella in epiſtola ad Schottum, quam hic editioni ſuae inſeruit p. 67. et repetiit A. Gronov. p. 368. Tum vero ſic explicat: Cum videatur altior, circumiacet fluctibus retro fluentibus, unde eius tantum latera et ripae cernuntur. At quoties pelagi fluctus intumuit, operitur inſula non aquis, ſed increſcente fluctu propter eius tumorem tegi videtur, et tanto fit depreſſior, quanto antea refluente aqua videbatur altior; et propterea ab incolis pendere exiſtimatur. Neque, ut prius, tantum inſulam ambit, ſed eam duntaxat partem, ubi aeſtus furit; reliqua non videtur. Et ideo ſunt perſpicua, quae inſunt in inſula ex loco ſuperiore, i. e. ex increſcentibus fluctibus, cum antea, remeantibus, quo minus cernerentur, favebant ripae et colles. Ergo altior apparet, cum aquis circumdatur, fluctibus refluentibus, et tunc eius tantum ripae et colles cernuntur. Pendet, cum fluctus

intumuit, et ubi fertur, ibi maxime eam ambit, et ideo, cum altior ipsa insula sit fluctus, omnia eius plena et manifesta videntur, tamquam si ex superiori loco, i. e. ex intumescente fluctu, ea contemplaretur aliquis navi vectus, cum antea ripae et colles impedimento essent fluctibus iam refluentibus, et Oceano tranquilliori. Haec fere Stella, quae parum satisfaciunt. Schottus duplici nomine incolis insulam natare visam esse putat, cum, quod aucto mari, ubi altiora, quae obiacent, aquis fluctibus operiantur, in insulae tamen ora nihil altius solito aqua excreverit, unde una cum aqua attolli et deprimi insulam opinio nata. Deinde quod, quae antea obiectu aggerum videri non poterant, tunc facile sub adspectum cadant. Addam explicationem Vossii. Simile quid narrat Plinius 5, 1. de aestuario ad amnem Lixum: *amplectitur intra insulas, quam solam e vicino tractu aliquanto excelsiore, non tamen aestus maris inundant.* Pintianus et alii hic ad aquas διάφανον recurrunt, quae efficit, ut iam mersa denuo sub adspectum cadant. Verum non hoc, sed istud probandum erat, quare cum obiacentia huic insulae litora altiora videantur, attamen ab aestu inundentur, cum ipsa insula supra mare exstet. Alia itaque huius rei excogitanda est ratio. Ego sic existimo, litora illa, quae Aptio insulae obiacent, et ista, quae in Tingitano aestuario esse diximus, insulis adsitis esse depressiora, quamvis altiora appareant propter situm loci. Demonstratur hoc ratione optica, etiam nulla adhibita refractione. Sit enim aut vallis, aut alveus aestuarii, aut quicunque terrae tractus medio depressus, semper crepido ulterior, illo, cui insistimus, excelsior apparebit. Norunt hoc topiarii, qui tali commento solent oculos fallere. Sit A E ambulacrum a medio C in molles utrimque clivos adsurgens. Qui ex A in B descendunt, in plano se ambulare existimant.



itaque oculos intendentes in latus C E montem, aut arduum collem ſe videre putant. Ubi ad C pervenerunt, mons ille disparet. Ubi vero ad D ventum eſt, montem a tergo videbunt, ſi oculos retro flectant. Idem in vacuis aut modica aqua praeditis fluminum alveis contingere poteſt. Uti enim in praemiſſa linea illi, qui in A verſantur, punctum D ſupra ſe exſtare credunt; ita quoque, qui ex memoratis inſulis ulteriorem ripam adſpiciebant, altiorem eam putabant, quam tamen, cum aeſtu obrueretur, facile colligere erat, minus editam fuiſſe ſuperficie inſularum. Ita vossius. Senſus verborum eſt: Cum, quae obiecta ſunt inſulae loca, excelſiora videantur, acceſſu maris illa operiantur aquis, inſula, ut antea, tantum ambitur, hac tamen mutatione, ut tunc ultra ripas fluminis ex inſula, tamquam ex editiori loco proſpectare liceat. Quod cum unice ſic explicare et intelligere liceret, ſi inſula nataret, obiecta loca firma ſede ſtarent, inſulam natare incolae putaverunt. An ita vere fuerit, et, ſin aliter, quomodo fieri potuerit iudicari, exponere tentavit Voſſius. Ad verbum *editiora* I. Gronovius MStus locum ex Livio 27, 47. ſ. notaverat, ubi haec leguntur: *Quantum mare absoedebat, tanto altioribus coercentibus amnem ripis* etc.

§. 7. *procurrentis)* Sic Plinius paſſim, nec minus alii, v. c. Lucanus 2, 427. ubi tuetur Oudendorpius, cum plerique libri habeant *percurrit*. Cf. Duker. ad Flor. 2, 2, 19.

aliis populis) Ut *Pictonibus*, *Samnitis*, *Venetis*; Ptolem. 2, 8.

Santonis) De ſcribendi varietate dictum eſt in not. crit. p. 79. ſ. unde intelligitur etiam *Santonos* dictos fuiſſe et *Santones*, diverſa etiam penultima. Strabo 4. p. 131. ſ. 190. ad oſtia Garumnae locat. Ptolemaeus 2, 7. verſus meridiem progrediens, recenſet ordine *Pictones*,

Santones, *Bituriges*, poſtremos etiam deinceps Santonibus ſubiungit Plin. 4, 33. ſ. 19. Non igitur in tanto auctorum conſenſu proprie et geographice intelligendus videtur Iul. Caeſ. de B. G. 1, 10. in. ubi dicit, *non longe a Toloſatium finibus abeſſe*, quae civitas eſt in Provincia, nec opus eſt explicatione, quam adfert d'Anville p. 576. c. l. qua probare nititur, pagum Alanenſem ad Santones olim in rebus eccleſiaſticis pertinuiſſe, Valeſius pag. 502. ita Caeſarem tuetur, ut *non longe* apud illum ſignificet idem, quod *non ita longe*. Plinius c. l. *liberos* vocat. Commemorant autem nunc in hoc tractu pontem Romani operis egregium. Inde vero *Santonicus* derivatur, quod paſſim occurrit, ut apud Auſon. epiſt. 14. in. Iuvenal. 8, 145. *o* correpto, etſi producit etiam Auſon. in Parental. 21. f.

Oſismios) De ſcribendi varietate cf. not. crit. p. 80. Vulgo illis tribuunt ſeptemtrionale litus Britanniae inferioris. At contra d'Anville p. 508. contendit, totum illud litus, qua patet, tenuiſſe, ita ut dioeceſes urbium Quimper et Leon ad Oſismios referri debeant. Oppidum illorum *Vorganium*, quod memorat Ptolem. 2, 8. d'Anville nunc eſſe arbitratur *Carhaix*. Atque ita evaneſcere dicit dubitationem, quae occupaverat Valeſium in not. Gall. p. 395. (ubi de urbis varia ſcriptura multa adfernntur) qui Mela infra (3, 6, 3.) Senam Oſiſmicis litoribus adverſam dicat, cum traetus urbis Quimper in mare faſtigio excedat et canali angusto *du Raz* ab illa ſeparatus ſit. Plinius 4, 32. ſ. 18. hic habet paene inſulam ſpectatiorem, excurrentem in Oceanum a fine Oſismiorum circuitu 625 M. P. cervice in latitudinem 125 M. P. Quod ſi cum tabulis noſtris comparatus, menſuram Plinii excedere videtur, et aliquanto magis, ſi cogites inter Santones et Oſismios alios populos interiectos fuiſſe, quod repugnat cum iis, quae de ambitu illorum protulit d'Anville. Nec ſuperius tam longe fuiſſe extenſos, videtur,

innuere vox *deflexa*, cui subiecit *Ab illis — ad Morinos*, qui sic exceperunt Osismios in septemtrionis ora.

Morinos) Ut *Armorici*, dicti a Celtica voce *Mor* i. e. mare, quasi maritimi, vel, ut vult Alting. in notit. German. infer. P. 1. p. 97. reiecto priori etymo, a *Moeren*, quia illorum regio frequens fuerit paludibus. Vid. Iul. Caes. de B. G. 4. f. Hinc quasi *Moerenos* dictos fuisse ipsorum maiores putat Iac. Nic. Loensis in miscell. epiphyll. 6, 21. ubi in eodem etymo consentit, et Cluverius in Germ. ant. 2, 28. p. 439 sq. ubi de iis veterum loca conlegit, apud Dionem 39, 44. pro ὁρῶν, quae ibi non sint, ex Iulio Caesare mavult ἑλῶν. Sub Iul. Caesare urbes non habuerunt, sed in tuguriis habitarunt, ut tradit Dio 39, 44. etsi ipse Caesar de B. G. 4, 22. *pagos* eorum commemorat, urbem adeo *Taruannam* in mediterraneis Ptolemaeus 2, 9. Caesar etiam ut seditiosos et rebelles passim describit, quos tandem domuit C. Carinas sub Augusto. (Dio 51, 21.) Habitarunt autem in extrema Gallia ad mare contra Britanniam, in quam inde proximus erat et brevissimus transitus, ut dicit Orosius 6, 9. in. cum ipso Caesare de B. G. 4, 21. ut auctores alii tradunt 56 M. P. (Dio 39, 50.) vel 50 M. P. (Plin. 4, 30. f. 16.) vel 320 stadiorum i. e. 40 M. P. (Strabo 4. p. 139. f. 199.) quae quidem intervalla nimis longa esse docuit d'Anville p. 389. c. l. Hinc *freta Morinum* apud Grat. Falisc. in Cyneg. v. 174. cui alia adiecit I. Nic. Loensis c. l. ipsi *extremi hominum* a Virgilio Aen. 8, 727. adpellantur. TZSCHVCKE. Mela sic voluit imitari Virgilium in fine libri 8. ubi dicuntur *extremi hominum*, ut auctor Noster transfert ad Gallicas gentes, si modo in hoc ei constitit ratio, cum recte sic scribat Virgilius respectu Oceani; sed post Morinos potuit aliquid interfuisse, quo separarentur a Belgis Morini. I. GRONOVIVS *MS.* Finitimos habuisse versus Belgium ad mare Menapios adparet ex Caesare 4, 20. et diserte adfirmant Strabo c. l.

et Dio 39, 44. *Colonia Morinorum* legitur in inſcriptione apud Gruter. p. 80, 6. D'Anville p. 466. iis aſſignat tractum urbium *Boulogne*, St. Omer, Ipre, unde tamen eximit tractum Tournai, quem Nerviis dandum putat. H. fere, ubi *Flandria*. Cf. de eorum finibus Alting. p. 98. c. l. et omnino de Morinorum rebus qui ſcripſit Malbranq, Tornaci 1639. 4.

Geſoriacum) De ſcriptura cf. not. crit. p. 81. Celebratur a multis propter traiectum inde in Britanniam, de cuius ſpatio ante dixi. Ἐπίνειον vocat Ptolem. 2, 9. in. Cum prope eſſet promontorium Ἰτιον, ut intelligitur ex Ptolemaeo 2, 9. videtur idem dictus etiam eſſe *portus Itius*, uti eſt apud Iul. Caeſ. de B. G. 5, 5. in. ubi Metaphraſtes prave reddidit Ἰκτιος. Strabo 4. p. 138. f. 199. vocat etiam Ἰτιον, quae varietas ex promiſcua pronuntiandi ratione reddita eſt. Ex eo portu ſolviſſe Iul. Caeſarem indicat locus notatus, et confirmat Strabo c. l. *Morinum portum* omnino vocat Flor. 3, 10, 16. Neque vero id tantum ſuadet vicinia, ſed et variatio auctorum, qui Itium modo promontorium, modo portum vocant, et quod Claudius Imperator a Geſoriaco in Britanniam transmiſit, auctore Suetonio cap. 17. Sed id pluribus evincere ſtudoit Cluverius in Germ. ant. 2, 28. p. 442. Cf. etiam Sommer in treatiſe of the Roman porte and forts in Kent cap. 8. Non male arbitratur d'Anville p. 554. eundem eſſe portum, in quo Caligula ſec. Suetonium cap. 46. altiſſimam turrim excitavit, ex qua, ut ex Pharo, noctibus ad regendos navium curſus ignes emicarent, quia non ſolum ineunte ſaec. 17. ibi fuit, ſed et diſerte Eginhartus in vita Caroli ſcribit: *ad navigantium curſus dirigendos* (Pharum) *antiquitus conſtitutam reparavit*. Depicta conſpicitur illa Pharus in Montfaucon ſupplément — de l'antiquité expliquée T. 4. tab. 50. Idem vero portus Geſoriacus Conſtantini aetate *Bononiae* nomen accepit, et in auctoribus tenuit, qui paſſim eum ita commemo-

rant, ut tab. Peutinger. 1. A. Cf. d'Anville p. 355. c. l. Wesseling. ad Antonini itin. p. 363. I. Nic. Loensis in miscell. epiphyll. 5. 25. Montfaucon sur le Phare de l'Alexandrie in Memoires — de Paris T. 9. p. 293 sq. (ed. Hag.) At diserte id adfirmat auctor anonymus in excerptis de Constantio et Constantino M. ad calcem Ammiani in ed. Gronov. pag. 504. his verbis: *venit apud Bononiam, quam Galli prius Geſoriacum vocabant.* Et sic in numis *Bononia Ocean.* s. *Oceanen.* occurrit, quibus Constantis traiectus hinc in Britanniam an. 343. designatur. Vid. Raschii Lex. num. T. 1. P. 1. p. 1567. De ipso traiectu cf. Eumen. in panegyr. ad Constantium Caes. cap. 14. qui et *Bononienſe* oppidum de illa expeditione commemorat in Panegyr. ad Constantin. Aug. cap. 5. H. *Boulogne.* Qui *Calais* esse putant, non perpendunt, nullum illo tempore portum ibi fuisse, nec ante Philippum, comitem Bononiensem, urbem moenibus certe cinctam. Vid. Archaeologia (Lond. 1792. 4.) T. 10. n. 1. Attamen d'Anville p. 389 sq. portum Itium notatis aliorum opinionibus contendit esse litus *Wissan*, et Caesarem egressum, ubi h. *Hyth*, quia sic numerus conveniat in brevissimo traiectu. Sic et Cambdenus putat. Nempe Geſoriacum et Itium s. Iccium, uti scribunt posteriores, discernunt, ut diversos. Plura dabunt Fontenu in diss. sur les camps de Cesar in Memoires — de Paris T. 20. p. 185. (Hag.) Chifletius in libro: Portus Iccius Iul. Caesaris demonstratus, Valesius in notit. Gall. p. 231 sqq. et in primis d'Anville in Memoire sur le portus Itius in Memoires — de Paris T. 28. p. 397 sqq. ubi plurimum conlegit de eo opiniones. Ceterum *pagum Geſoriacum* commemorat Plin. 4, 31. s. 17. unde adparet, vicinum tractum inde nomen tulisse.

§. 8. *Rhenus)* Gr. Ῥῆνος. Latini etiam passim dicunt *Rhenum flumen*, ut Horat. de arte poet. v. 18. Oros. 1, 2. ut *flumen Rhodanum* Iul. Caesar de

B. G. 1, 8. et familia. Alio nomine *Bicornium* dictum fuiſſe, quod tamen proprie eſt eius epitheton, et *Arurin*, falſo affirmat Aethicus in Coſmogr. p. 714. (in ed. Melae Gronov.) et ex tribus alveis et oſtiis tria nomina commiſcitur, exploſus a Cluverio in Germ. ant. 3, 17. p. 567. Rhenum a ῥεῖν forſitan dictum eſſe, exiſtimat Relandus in Palaeſtina 1, 43. in. quia in regionibus, ubi eſt unus fluvius, aut certe unus eximius, communi ille nomine *fluvius* dici ſolent, ut *Nilus*, (הַיְאֹר) *Araxes*, *Baetis*, *Cyrus*. Alii nomen derivant a *rennen* ſ. *rinnen* ob velocem curſum. Alii a *Rein* ab aquis limpidiſſimis. Vid. Taubmann. ad Virgil. 9, 603. Spener in not. Germ. ant. 3, 4, 1. p. 119. Locum, ubi originem capit, Noſter indicat ipſe. Iul. Caeſ. de B. G. 4, 10. ex Lepontiis, qui Alpes incolunt, eum oriri ſcribit; Lepontios vero in Cotiis Alpibus ponit Ptolem. 3, 1. At Plinius 3, 24. ſ. 20. in Lepontiis, qui Viberi vocantur, Rhodani fontem ponit, et Vennonetes Sarunetesque ortus Rheni accolere ſcribit, Strabo Nantuates 4. pag. 133. ſ. 192. in Adula monte. Tacitus in Germ. c. 1. ex Rhaeticarum Alpium inacceſſo ac praecipiti vertice deducit, Agathemer. 2, 4. ex montibus Transalpinis. Propius Ptolemaeus 2, 12. fontes iuxta urbes Paxgaetium et Brigantium monſtrat. Inde per medias Alpes decurrit. (Dionyſ. v. 296. ubi plura de eo Euſtathius.) Subiicit Noſter: *prope a capite duos lacus, Venetum et Acronium*, qui quidem nusquam alibi hoc nomine occurrunt. Quodſi ordinem ſpectes, ad lacum illa pertinent, qui nunc vocatur *Bodenſee*, et optime an. 1795. deſcriptus eſt ab Hartmanno. Cellarius in Geogr. ant. 2, 3, 46. *Venetum* de longiori illo explicat, qui a Brigantia incipit, et longe procurrit ad Conſtantiam et ulterius ad oppidum, quod hodie eſt, *Bedmen* vocatur, unde eundem lacum eſſe putat *Venetum*, *Brigantinum*, *Conſtantienſem* et *Bodamicum*; *Acronium* de minori et inferiori, quem Rhenus invadit, quum praeter Conſtantiam, elapſus iam e maiore, in occidentem ſupra Hel-

vetios, defertur ad Rauracos, qui nunc proximi ſuccedunt Helvetiis. Sic Cluver. in Germ. ant. 2, 40. pag. 506. et d'Anville p. 546. c. l. Acronium putant eſſe nunc *Unter-See*; Valeſius p. 472. *Acronium* et *Brigantinum* eundem. Tſchudi (Hauptſchlüſſel zu verſchied. Alterthümern) pag. 123. ita lacum dividit, ut ſuperior pars ſit *Brigantinus*, media *Acronius*, inferior *Bodamicus* lacus. Sine dubio Mela, quod et exiſtimat Mannert (Geographie) T. 3. p. 663. utroque lacu unius et eiusdem duplicem diviſionem intelligit. Plinius 9, 29. ſ. 17. primus uſitato poſt nomine eum vocat *lacum Raetiae Brigantinum*, quia et Raetos adtingit, quos Tacitus Annal. 2, 17. coniungit cum Vindelicis. Horum autem fuiſſe Brigantios tradit Strabo 4. p. 142. ſ. 206. illorumque urbem *Brigantium* apud Ptolem. 2, 12. circa fontem Rheni ponitur, quamvis, ſi eadem urbs eſt, aliquantum idem 3, 1. variat, ubi adparet in Graiis Alpibus. *Lacus Brigantiae* vocatur ab Ammiano 15, 6. ubi et deſcribitur. Unde nomina *Venetus* et *Acronius* ducta ſint, ignoratur. Müllerus tamen ad Guthrie Welt-Geſch. Vol. 17. T. 1. pag. 41. a populo *Venetum* adpellatum eſſe ſuſpicatur, ſi *Wendi*, homines vagi, illa loca tranſierint, vel Raetos accolas ita vocaſſe. De curſu ulteriore Rheni et populis, quos tranſit, vid. Iul. Caeſ. de B. G. 4, 10. Tacit. Annal. 2, 6. Plin. 4, 29. ſ. 15. Strabo 4. p. 133. ſ. 192. Quidam aurum vehere tradiderunt, de quo vid. quos memorat Henninius ad Tollii epiſt. itiner. 1. p. 28 ſq. Eleganti Rhenum carmine elegiaco deſcripſit libris 6 Moller, Colon. 1570. 8. Ceterum Rhenus limes olim erat Romani imperii, uti nunc factus eſt Franco-Gallici.

haud procul a mari) Falſo Plinius a mari removet 100 fere M. P. Caeſar 88: ille ex curſu amnis, hic recta linea forte metitur.

huc et illuc) I. e. in 2 alveos diſpeſcitur. Sed de Rheni alveis ſ. foſſis, ut de eius oſtiis, adeo inter

auctores et viros doctos disceptatur, ut omnibus inter se conflictis multo incertiorem magisque dubium aliquem inde recedere, pronuntiaverit Valesius p. 472. c. l. Mela duos alveos memorat, vel veteres alios secutus, vel neglecta fossa Drusiana. Cum eo consentit Tacit. Ann. 2, 6. qui, *apud principium*, inquit, *agri Batavi volut in duos amnes dividitur, servatque nomen et violentiam cursus, qua Germaniam praetervehitur, donec Oceano misceatur.* Secundum Cluverium in Germ. ant. 2, 40. p. 508. Drusi fossam ab una parte intellexit, quam Drusus inter Rhenum et Isalam egessit, sic ut per hunc amnem Rheni partem in Oceanum emitteret; ab altera medium Rheni alveum, qui nomen Rheni omni aevo servavit; Vahalem autem in Mosam effluentem ignorasse videtur. Cf. etiam Junius in Batavia cap. 9. p. 63 sq. Asinius apud Strabonem 4. p. 133. f. 193. δίστομον, reprehensis iis, qui plura ostia statuerent, dixit. Consentit Tacitus c. l. et in primis poetae, qui *bicornem* vocant, ut Virgil. Aen. 8, 727. Auson. in Mosella v. 436. quod imitatus est Eumenius in Panegyr. ad Constantin. Aug. cap. 11. et hinc Claudian. de B. Get. v. 336. illi *bifidum meatum* tribuit; quod tamen quidam de temporibus ante Drusum verius dici putant. V. Freher. ad Ausonii Mosel. v. 288. Iul. Caesar in B. G. 4, 10. in. sic: *Mosa profluit ex monte Vogeso — et parte quadam Rheni accepta, quae adpellatur Walis,* (Βάαλες interpres Gr.) *insulam efficit Batavorum.* Et sic Eumen. cap. 6, 4. c. l. *insula, quam divortio sui amplectitur.* De *Wali* eiusque nominis variatione multa dabit Alting. P. 1. p. 128. c. l. Cf. etiam Spener in not. Germ. ant. 2, 2, 4. p. 64. Neque tamen hoc brachium Rheni a Mela indicari putat d'Anville p. 547. quippe qui intelligat alveum sinistrum eum, cui nomen ad mare neque manet Rhenus, quique dexter sit respectu Walis; dextrum autem esse Drusi fossam, ab Rheno ad Isalam ductam, et per lacum in Oceanum egestam, cuius mentio a Tacito facta non sit, qui naturales, non arte factos

qui hodie inter Enchuſana brevia et Taconis catarractas hoc lacu continuetur, recentem eſſe et intra annos quingentos proximos demum ab irrumpente Oceano natum. Tum etiam Iul. Caeſ. de B. G. 4, 10. cum Servio ad Virgil. Aen. 8, 727. ad Walim *Batavorum inſulam* ponunt, quae ab hac noſtra plane eſt diverſa. Nempe Walis ſ. Vahalis, (nam variatur) a Rheno divergens, inſulae facit initium, et poſt 80 M. P. uti eſt apud Caeſarem, Oceano receptus, finem. Igitur alter divergii alveus, qui nomen Rheni ſervat, claudit adverſum latus, frontem Oceanus. Vid. Tacitus Ann. 2, 6. Hiſtor. 4, 12. Quae quidem inſula ſine dubio eſt *Batavia* Dioni Caſſio 55, 24. et *inſula Batavorum* Plinio 4, 29. ſ. 15. et antea Dioni 54, 32. Apud Tacitum in Germ. c. 29. eſt *inſula Rheni amnis, quam Batavi colunt*, et *inſula inter vada ſita* Hiſtor. 4, 12. ubi item eam Batavis tribuit. Plura dabit Alting in not. Germ. infer. P. 1. p. 16 ſq. et pag. 128. Adtingit eandem etiam Eumenius in panegyr. ad Conſtantin. Aug. c. 6. his verbis: *inſula, quam divortio ſui Rhenus amplectitur.* Ceterum in hac noſtra inſula Tacitus Ann. 4, 72. videtur ponere caſtellum nomine *Flevum*, quod idem eſt, ut multa, quae in *o* deſinunt, etiam in *us* efferuntur, prout erat *Alizo* et *Alizus*.

CAP. III.

GERMANIA.

§. 1. *Germania)* Latini ut Graeci. De etymo nominis alii alia adferunt, ex quorum copia tantum aliqua delibare hic licet. Multi a *gerre* i. e. bellum deriuant, cuius vocis veſtigia in multis linguis adhuc ſuperſunt. Vid. Cluver. Germ. ant. 2, 20. p. 420. Wachter in gloſſar. pag. 566. Alii a *geren*, teli genere peculiari, ut *ſariſſa* fuit phalangis, ipſum legionis, cuius indicia

dat der Nibelungen Lied. Vid. Müller ad Guthrie — Allgem. Welt-Gesch. Vol. 17. T. 1. p. 83. Ab *Hermionibus* alii, quod commune fuerit nomen Suevorum, Hermundurorum, Chattorum et Cheruscorum, idemque, quod Germani, significaverit; esse igitur quasi *Hermänner*, *Wehrmänner*, et Romanos inde finxisse Germanos, quasi fratres. Vid. Leibnit. in scriptorr. rer. Brunsvicens. T. 1. p. 9. et ad Tacit. in Germ. cap. 2. itemque Heinrich in Teutschen Reichs-Gesch. T. 1. p. m. 27. De fratribus praeivit Strabo lib. 7. pag. 200. s. 290. Sic Eustath. ad Dionys. v. 285. γνήσιοι κατὰ Ῥωμαίων γλῶσσαν οἱ Γερμανοὶ ἑρμηνεύονται, ὡς ἂν γνήσιοι Γαλάταις, οἷς ἐσίκασιν ἐν μορφαῖς, καὶ βίοις, καὶ ἤθεσι, et addit quosdam etiam ἀδελφοὺς explicare. Cf. et Glarean. ad Lucan. 6, 259. Τὸ *man* arcessunt ex lingua Germanica. Alting. tamen in descr. agri Batavi P. 1. pag. 76. primum hominem s. Mannum putat omnes gentes et suae et aliarum auctorem habuisse. Mihi quidem adridet, si quid est eligendum, sententia eorum, qui ex neglecta Romanorum lingua et vetere nostra originem ducunt. Melius enim id, cum teste Tacito in Germ. c. 2. f. ob metum a victoribus sic nominati fuerint, convenit. Idem vero c. l. recens esse nomen monet, et *nuper additum*, ut plurimi ex nexu rectius legere videntur, ita ut, quae primum adpellatio erat, in nomen gentis proprium transiret. Leibnitius quidem c. l. Hannibalis tempore notum fuisse putat ex fastis Capitolinis, (cf. Gruter. T. 1. p. 297.) quamquam alii propter recentiorem eorum aetatem dubitant. Vid. Schoening in der Allgem. Welt-Gesch. Neuerer Zeiten Vol. 13. p. 22. not. x. Tacitus c. l. indigenas credit, quia omnes, qui sedes mutarint, classibus advecti venissent, immensus vero hic interiaceat Oceanus, quae quidem ratio non undique valet et infirma est. Idem post cap. 2. eos primum sic dictos, qui in Galliam irruperint, tutius adfirmat. Terminos Germaniae, quos Noster constituit, satis declarat, quamvis diverso tempore fuerunt

diverſi; quod ad enarrationes hiſtoricas Geographias melius relegatur. A meridie tamen Noſter longius porrigit, quam ceteri, ad Alpes, cum alias Danubius terminus ponatur. Secutus tamen videtur Agrippam, qui teſte Plinio 4. 28. ſ. 14. adiecta Raetia et Norico Germaniae longitudinem indicavit 696 M. P. ut latitudinem 148. Vid. Cluver. in Germ. ant. 1, 11. p. 76 ſq. De Rheno omnia ſunt nota. In Viſtula conſentiunt Plinius 4. 25. ſ. 12. Ptolem. 2, 11. idemque in Oceano, quem vocat *Germanicum* Tacit. c. l. Noſter poſt ſtrictiori limite, vel parte eius Oceani poſita, *ſinum Codanum*, alii *mare Suevicum* et *Oceanum Septentrionalem* vario uſu et ſenſu adpellant. De Plinio conſtat ex lib. 4. 33. ſ. 19. Vid. omnino de finibus Spener in notit. Germ. Vol. 1. p. 24. Alting in not. Germ. infer. P. 1. pag. 107. qui et ſuperiorem adtingit. Reliqua vel Noſter narravit, vel quae praeteriit, (multa enim ignoraſſe videtur, quae ex Caeſare poterat diſcere) data opera in primis conlegit Cluverius. Cf. etiam Meiners über die Natur der Germaniſchen und Celtiſchen Völker in Götting. hiſtor. Magazin Vol. 8. p. 1. et quos laudat. Ceterum hoc Melae caput editioni Taciti de Germania adpendit, adſperſis quibusdam in margine coniecturis, Comingius.

Sarmatiearum) Quomodo haec Mela intelligi velit, mox cap. 4. Viſtula amne declarat. Idem Plin. 4. 25. ſ. 12. et Ptolem. 2, 11. Sed poſt Agrippam et Melae aetatem ultra Viſtulam terminos prolatos fuiſſe, operoſe adſtruere tentat Cluver. in Germ. ant. 3. 42. p. 671. in eademque ſententia Plinium etiam c. l. fuiſſe putat propter Baſternas, quos olim ad Danubium et Pontum permiſſos fuiſſe ex aliis conſtet. Contra tuetur Spener. in notit. Germ. ant. 1, 2. 2. p. 10. Tacitum et Plinium reſpexiſſe gentem Germanicam, Melam et Ptolemaeum terram. Omnino auctores ab hac parte terminos conſtituunt Germaniae vel Viſtulam, vel Sarmatiam, uti praeter

ſuperiores Tacit. in Germ. cap. 1. Marcian. p. 51. Hudſ. Agathemer. 2, 4. Solin. cap. 23. ſ. 20.

obducta) Spectat hoc loco finium deſcriptionem et extremitatem Germaniae verſus ſeptemtrionem. Eſt igitur *includere, circumdare*, ut in Virgil. Georg 2, 411. *ſegetem denſis obducunt ſentibus herbae*, vel, quod huc propius facit, in Mela 3, 6, 46. *Britannia perpetuo margine directi litoris ab tergore obducta.* Vid. de hoc uſu particulae *ob* in hac voce et aliis Cerda ad Virgil. Aen. 2, 604. Kappius in indice explicat *terminare*, quod quidem ex nexu conſequitur. Mela tamen ſic finium modum indicat. Pro eo Tacitus in Germ. cap. 1. *Cetera Oceanus ambit.* De re Cluver. in Germ. ant. 3, 37. p. 646 ſqq. Omnino intelligitur Oceanus ſeptemtrionalis, qui, ubi Germaniae partes adtigit, mare *Germanicum*, *Suevicum*, in quo ſunt ſinus *Codanus* et *Venedus*, appellatur. Sic Plin. 4, 27. ſ. 13. ad Germaniam habet inſulam *Burchanam* ſ. *Fabariam*, ut idem 18, 30. ſ. 12. eandem ponit in ſeptemtrionalis Oceani inſulis, cum quo conferri poſſunt, quae de Gleſſariarum ſitu ita refert 4, 27. ſ. 13. conf. 4, 30. ſ. 16.

immanes) Elegans repetitio ad notandam utriuſque et animi et corporis aequalitatem. Ad ſenſum idem de Cimbris adfirmat Quinctil. declam. 3, 4. *gens non minis animorum immanitate, quam corporum beluis ſuis proxima.* In corporibus poteſt explicari de proceritate, quae iuſtum ſolitumque modum excedit. Ita enim Iul. Caeſ. de B. G. 1, 39. *ingenti magnitudine* corpora eis tribuit, et Suevis 4, 1. ſ. *immanem corporum magnitudinem.* Cf. etiam de Teutonis et Cimbris Plutarch. in Mario c. 11. et de Germanis Tacitus in Germ. cap. 4. Strabo lib. 7. in. πλεονασμὸν ἀγριότητος καὶ τοῦ μεγέθους, utrumque etiam ſic complexus, memorat, fere ut Florus 2, 4. in. de Gallis Inſubribus et Alpium accolis *animi feraruin, cor-*

pora plus quam humana erant, et, ſi ſententiam ſpectes, de Britannis Strabo 4. pag. 138. l. 200. Vid. Savaro ad Sidon. Apollin. carm. 5. 244. p. 50. Keysler in antiquit. Septemtrion. p. 221. ubi plures de Germanorum proceritate notantur. Romanorum brevitati illam properitatem obponit Veget. 1, 1. et alii, quos memorat Meiners p. 2. c. 1. et Longol. ad Taciti Germ. cap. 4. Cum apud Romanos 5 pedes et ſemis ſufficerent legendo militi, ut obſervavit Cuiac. obſerv. 2, 5. eam menſuram egrediebantur Germani. Omnino autem, quod forte terror auxit, gentes ſub ſeptemtrionibus nutritae immanibus corporibus fuiſſe dicit Vitruv. 6, 1. Cf. Keysler p. 220. c. l. De animorum immanitate Vellei. 2, 106, 2. *gens Germana feritate ferocior*; Frontin. 1, 1, 8. *immanium ferocia nationum* de Germanis.

vaſte) Non ex lege et diſciplina, quae homines deceret, ſed incondite et potius ferarum more, prout *vaſti* et *agreſtes* iunguntur a Cicerone de orat. 1, 25. 1. GRONOVIVS *MS.* Paullo poſt Cicero coniungit *vaſtus* et *foedus*, et 3, 42. *vaſte* et *ruſtice*.

bellando) Addi poteſt ex Caeſare de B. G. 4, 1. 6, 21. *venando*, etſi repugnare videtur Tacit. in Germ. cap. 15. qui, *non multum*, inquit, *venatibus, plus per otium transigunt*, ubi vero eiecta recte negatione pacem componit Lipſius, probante etiam Erneſtio. Animos autem bellando in primis exercent, uti monet I. Gronovius MS. ut dematur omnis terror, ac in ferrum et periculum libentius ire poſſint. De *laboribus* Caeſar 6, 21. *ab parvulis labori ac duritiae ſtudent*. Tacitus tamen in Germ. cap. 4. et de eo: *Laboris atque operum non eadem patientia*.

nudi) Iul. Caeſ. c. l. *magna corporis parte nuda*, cum antea dixerit, *pellibus aut parvis renonum tegu-*

membris; uti Noſter pueritiam in hoc ab adultiori aetate vel veſtitu, vel nuditate diſtinguit. Tacitus omnino de Germ. cap. 17. *tegumen omnibus ſagum — Cetera intecti totos dies iuxta focum atque ignem agunt.* Ibidem etiam veſtitum femineum deſcribit. Nudus quidem etiam eſt Latinis male veſtitus, aut pannoſus, ut apud Senecam de benef. 5, 13. vel etiam, qui tunica incedit indutus ſine pallio, vel toga, ut Davides dicitur 2 Sam. 6, 14. 20. Equidem cum Cluverio proprie vocem intelligo, ex oppoſitione cum virorum ſagis.

pueritia) Non prout Romani eam vocabant et definiebant, ut oſtendit adpellatio *praetextati*, ſed prout Germani exiſtimabant, de quibus dicit Iul. Caeſ. de B. G. 6, 21. pubeſcere illos tarde. *Qui*, inquit, *puberes permanſerunt, maximam inter ſuos ferunt laudem; hoc alii ſtaturam, alii hoc vires nervosque confirmari putant.* Tacit. c. 20. c. l. *ſera iuvenum Venus, eoque inexhauſta pubertas.* 1. GRONOVIVS *MS.* Intelligunt igitur ἀναφροδισίαν, et Iul. Caeſar 6, 21. diſerte addit: *intra annum vero 20 feminae notitiam habuiſſe, in turpiſſimis habent rebus.* Interpres Gr. reddit voce ἄγαμος. Hinc recte Cuper. in obſerv. 4, 12. p. 453. Lipſ. de anno 20. *longiſſima pueritia* in Noſtro explicat. Idem olim antea praecipiebant Pythagorei, teſte Iamblicho in vita Pythag. cap. 31. p. 172. ed. Küſt. ita puerum educandum, ut intra annum 20 de commercio Veneteo non cogitaret. Omnino autem hoc de borealibus populis, ſecus atque in auſtralibus obſervari conſtat, de quo cf. conlecta in Krünitz. Encyklopädie ſ. v. Klima T. 40. p. 485 ſq.

ſagis) Sic Tacit. in Germ. cap. 17. *tegumen omnibus ſagum, fibula, aut, ſi deſit, ſpina conſertum; cetera intecti — Locupletiſſimi veſte diſtinguuntur.* — Iul. Caeſ. c. l. habet *pelles* et *renones*. *Sagum* autem, ut *renonem*, peregrinis vocabulis adnumerant Varro de L. L.

4, 35. et Iſidor. Origin. 19, 24. hic diſerte Gallicis. Contendit tamen Cluver. in Germ. ant. 1, 16. pag. 110. ita, ut non ſolum Gallis, ſed omnibus Celtis aliisque etiam vetuſtis populis tribuat, Gallicum vero nomen etiam cum Iſidoro cenſeat. Gallos illis uſos fuiſſe, docet Torrentius ad Sueton. Caeſ. cap. 48. quibus Caſaubonus addit Hiſpanos. Mela 1, 8. 3. primoribus, Cyrenaicorum tribuit, quamvis hoc ex accommodatione verbi factum videtur. Brevem utique, ut militarem et viatoriam veſtem fuiſſe, et ex craſſioribus villis et pellibus contextam, qualis hodie eſt Hungarorum, et velitum equitum, docent veterum de Germanorum veſtitu loca, et probavit copioſe Cluverius c. l. Quam vero ſagi formam expreſſam tunc deſiderabat, reperitur in Montfaucon antiquité expliquée T. 3. P. 1. tab. 47. Cf. plura in Explications de divers monumens ſinguliers — Paris. 1739. 4. p. 294 ſqq. Quod vero longum, undique clauſum et manicatum dicitur, dubitationem aliqua ex parte movet, nec ſic commode quidam interpretentur *Filzmäntel*, cum ſagum apud Romanos togae obponatur, eoque cincti fuerint milites. Cf. Tacit. cap. 17. in. et quae notavi ad 1, 8, 3. Cetetum Strabo 4. p. 135. ſ. 196. dicit σαγηφορεῖν.

§. 2. *libris*) *Baſt.* Inde vero veſtes olim confectas fuiſſe, narrat etiam omnino Plin. 12. in. Producuntur etiam populi hoc veſtitu uſi, ut Indi ab Herodoto 7, 65. (εἵματα ἀπὸ ξύλων πεποιημένα, quamvis hoc ex Plinio 19, 1. de goſſipio ſ. lino recte poteſt explicari) Solino cap. 55. ſ. 52. (ubi cum *lineis flexibilis libri* coniunguntur) *Maſſagetae* a Strabone 11. p. 353. ſ. 513. ubi ſunt δένδρων φλοιοί. Cf. Cluver. in Germ. ant. 1, 16. p. 113.

ſaeva hieme) Ut Frontin. 2, 5, 23. et *fera* Ovid. Triſt. 1, 1, 42. *acris* Horat. 1. od. 4, 1. *Saevitia hiemis* Tacit. hiſt. 1, 79. *Frigus* autem in Germania

multi notant, quos indicavit Spener in not. Germ. ant. 2, 1, 2. p. 50.

nandi) Iul. Caes. de B. G. 4, 1. f. *lavantur in fluminibus*, et 6, 21. *promiscue in fluminibus perluuntur.* Herodian. 7, 2, 11. πρὸς τὸ νήχεσθαι γεγυμνασμένοι, ἅτε μόνῳ λουτρῷ τοῖς ποταμοῖς χρώμενοι. Plura dabit Cluver. 1, 18. p. 132. Tacitus tamen in Germ. cap. 22. ita: *statim e somno lavantur, saepius calida, ut apud quos plurimum hiems occupat.* TZSCHVCKE. Id Romani admirabantur apud Tacit. Ann. 1, 8. 1. GRONOVIVS *MS.*

Bella) Tacit. de Germ. cap. 15. *oderunt quietem.* Hinc ἀρειμανεῖς vocat Dionys. v. 285. Cf. in primis Seneca de ira 1, 11. et de feminis Caesar 1, 51. Tacit. cap. 8. Flor. 3, 3, 16.

libidine) Sic Chardin voyages T. 2. p. 125. *Tous les divers peuples, qui habitent le mont Caucase, sont toujours en guerre ensemble, et on ne vient à bout de faire la paix, ou des traités avec eux.* Cic. de offic. 1, 12. *Cum Celtiberis et Cimbris bellum, ut cum inimicis, gerebatur, uter esset, non uter imperaret.* Contra Britannos Nostev 3, 6, 5. *imperitandi cupidine bella gessisse* refert. *Libido imperitandi* dixit etiam Sallust. de B. I. 81, 1.

enixe colunt) Causas explicat Caesar de B. G. 6, 22. in. Plura conlegit Cluver. 1, 18. p. 132. Conferri etiam potest Tacit. cap. 14. et 15. et de Thracibus in primis Herodot. 5, 6.

vasta) Hinc Caesar de B. G. 4, 3. in. *publice maximum putant esse laudem, quam latissime a suis finibus vacare agros;* et 6, 23. in. *Civitatibus maxima laus est, quam latissime circa se vastatis finibus solitudines*

habere. Idem etiam passim narrat, agriculturae minime studuisse. Cf. 6, 22. et 29. et Tacit. cap. 24.

ius) Χειροδικους appellat Hesiodus. Lactantius Epit. cap. 59, 7. *ius in viribus computare*, ubi vid. Bünemann. Nos: *das Faustrecht ausüben.* KAPPIUS *in indice s. v. ius.* Ammian. 17, 12. *barbaris omne ius in viribus.* Lucan. 10, 408. *ibi ius, ubi plurima merces.* Sic Galli apud Liv. 5, 36, 5. Romanis respondent: *se ius in armis ferre, et omnia fortium virorum esse.* Sil. Ital. 2, 594. *vis colitur iurisque locum sibi vindicat ensis.* Cf. 11, 183. Idem hodie de barbaris populis valet. Cf. Chardin voyages P. 1. p. 138. P. 2. p. 134. s. de Mingreliis et Georgis. TZSCHVCKE. Idem de Tataris narrat Hanway in Reise-Beschr. p. 257. et 275. Loci huius inlustratio ex iure petita exhibetur in Duisburgischen Gelehrten Anzeigen. GEISSLER *MS.*

latrocinii) Iul. Caes. 6, 23. *latrocinia nullam habent infamiam, quae extra fines cuiusque ciuitatis fiunt, atque ea iuuentutis exercendae ac desidiae minuendae causa fieri praedicant.* Piraticam etiam exercuisse, qui ad mare habitabant, ut Francos, Saxones, in auctoribus notatur. Cf. Eutrop. 4, 21. s. 23. et quae habet Agntzen. ad Aurel. Victor. de Caesar. 39, 21. Idem olim valuit apud Cilices, (Sextus Empir. adverss. Math. 3, 24. pag. 181. Fabr.) Lusitanos, (Strabo 3. p. 106. s. 154.) Etruscos (idem p. 152. s. 219.) aliosque. Et sic hodie agunt Arabes et maritimi Africae populi. Vid. quos laudat Iselin Gesch. der Menschheit T. 1. p. 220 sq. edit. 5.

hospitibus) Caes. 6, 23. s. *hospites violare fas non putant, qui quaque de causa ad eos venerunt, ab iniuria prohibent, sanctosque habent.* Consentit Tacitus cap. 21. *conuictibus et hospitiis non alia gens magis*

indulget. Vid. sequ. Et sic de Celtis Nicolaus Damascen. de moribus Gr. p. 144. ed. Orell. μείζω ἐστὶν ἐπιτίμια κατὰ τοῦ ξένον ἀνελόντος, ἢ πολίτην. Diodor. Sic. 5, 34. in de Celtiberis feris: πρὸς τοὺς ξένους ἐπιεικεῖς καὶ φιλάνθρωποι. Omnino autem et olim et hodie ferae alioquin gentes hoc nomine laudantur. Exempla plurima congessit Krünitz in Encyklopädie Vol. 16. p. 441 sqq.

victu) Quod hîc Mela refert de carne cruda, vix apud alios veterum reperias, immo refutatur ille testimoniis Graecorum et Romanorum, quae conlegerunt Pelloutier in histor. Celtar. et Germanor. 1. p. 248 sq. et Cluver. 1, 17. pag. 122. uti monet Meiners p. 16. c. l. qui putat Melam pernas et farcimina huc transtulisse. At Cluver. c. l. non adversatur, sed potius Taciti cap. 23. *recentem feram* huc bene adcommodat. Idem vero Tacitus cum aliis poma et in primis lac vel liquidum, vel concretum commemorat, pro quo Iul. Caes. de B. G. 6, 22. habet caseum. Cf. idem 4, in. et Strabo 4. p. 156. f. 196. Plura loca indicat Cluver. 1, 17. pag. 121. ubi et de potu disserit, cuius intemperantem usum notat Tacitus cap. 23. *Pecudes* et *feras* distinguunt et alii.

renovarunt) Mollierunt, ut fuit, quum macta retur. 1. GRONOVIVS *MS.* Patet hoc ex verbo *tigentem* et, quod obponit, *recentem.*

§. 3. *multis fluminibus)* Caput hoc notabile est, dum nullas memorat Germaniae urbes, cui rei inservit Tacitus cap. 16. *Nullas*, inquit, *Germanorum populis urbes habitari satis notum est.* 1. GRONOVIVS *MS.* Qui igitur credibile est, tot urbes, quot in Ptolemaeo producuntur, in tantis bellorum concussionibus intra annos circiter 50 condi potuisse? Nempe, opinor, multae a male fidelis manibus post insertae sunt. Suevorum tamen oppida commemorat Caesar de B. G. 4, 19. sed

vici, villaeque potius fuiſſe videantur, certe oppida ex gentis more et ſenſu. Vid. Spener in notit. Germ. ant. praef. p. 13. Silvas paludesque habes etiam apud Tacitum hiſt. 4, 73. f. quas migrationum cauſas fecit. Plin. 16, 2. ſ. 1. *ſilvae totam Germaniam replent.*

impeditae) Tene, quam apte diſtinctequo de ſingulis Mela hic loquatur. Sic fere Tacitus cap. 5. *terra — ſilvis horrida, aut paludibus foeda.*

paludum) Certi nihil adferri poteſt, nec tanti ſunt paludes, ut inquiras. De *Eſtiis* monet contra Voſſium (vid. not. crit. p. 91.) Bayerus in opuſc. p. 420. (ed. Klotz.) neminem Romanorum de ſuccino, quod omnes e mari eiici tradunt, in eo unquam errore fuiſſe.

Hercynia) Silva, ut multis aliis dicitur, *Hercynius* etiam *ſaltus*. Utrumque legitur apud Tacitum in Germ. c. 28. et 30. *Hercynii ſaltus* dixit Livius 5, 34, 4. *Germanici ſaltus* idem 9, 36, in. *Hercyniae ſilvae* Florus 3, 10, 14. *Hercynius ſaltus* 1, 11, 8. et paſſim. Strabo 7. p. 202. f. 292. aliquoties Ἑρκύνιος δρυμός, ut Dionyſ. v. 286. Iulian. pag. 104. ed. Pariſ. 1583. et in plurali Ariſtoteles in mirab. auſcult. cap. 112. in. et Diodor. Sic. 5, 21. Eius mentio exſtat etiam in Apollonii Argon. 4, 640. ubi vocatur σκόπελος Ἑρκύνιας, et a Scholiaſte explicatur ὄρος Κελτῶν, ἢ δρυμός. At Ptolemaeus 2, 11. per o initio effert Ὀρκύνιος δρυμὸς, et diſerte Iul. Caeſar 6, 24. adfirmat, ita ab Eratoſthene et aliis quibusdam Graecis proditum fuiſſe. Cf. de duplici hac ſcriptura d'Orville ad Chariton. 4, 7. p. 424. Solus per α, ſi ſanus eſt locus, ſcribit Ariſtotel. in Meteorol. 1, 13. ubi Ἀρκύνια ὄρη, ut Ἑρκύνιον ὄρος Stephanus h. v. quamquam falſo cum auctore Etymol. M. in Italia ponit, Ἑρκύνιον ὄρος ante Weſſeling. apud Diodor. 5, 21. qui maxime Europae dicit, notatus tunc quidem recte a Cluverio. *Hercyniam*

iugum commemorat etiam Plin. 4, 28. f. 14. Tò γ corripiunt poetae, ut Claudian. de 4. conſul. Hon. v. 451. et alii. Spener. 2, 3, 2. pag. 83. q. l. cum Cluverio 3. 47. p. 702. ab *Harz* i. e. bitumine, nomen derivant. Anton in Geſch. der Teutſchen Nation T. 1. p. 52. cum Schilttero et Wenkio etymon praefert *Hert*; quod eſt locus montoſus, ſilvis obſitus. Maximam et vaſtiſſimam fuiſſe, omnes uno ore praedicant, Noſter 60 dierum iter occupare ſcribit, pro quo Iul. Caeſar c. l. *latitudo*, inquit, 9 *dierum iter expedito patet*; ſed idem poſt 60 dierum eius longitudinem adſirmat, unde diſcitur, utram menſuram Mela hic poſuerit. De finibus et ambitu Caeſar porro haec 6. 25. *Oritur ab Helvetiorum, et Nemetum, et Rauracorum finibus, rectaque fluminis Danubii regione pertinet ad fines Daciorum et Anartium; hinc ſe flectit ſinistrorſus, diverſis ab flumine regionibus, multarumque gentium fines propter magnitudinem adtingit.* Initium igitur eius ducit a Rheno. Sic Claudianus c. l. *aevoſa ſilvae Bructerus Hercyniae.* Bructeri enim ad Rhenum prope Confluentes urbem conlocantur in tab. Peut. 2. A. ſub vitiato nomine *Burcturi*, et eis ultraque extenſus eos fuiſſe, docet Alting. in notit. Germ. infer. P. 1. pag. 19. et alii. Prope Nicrum ponit et Hercyniam ſilvam Sidon. Apoll. carm. 7, 325. f. Ibi igitur *Odenwald*, *Speſshart*. Danubium adtigiſſe multi alii tradunt, eiusque fontes in vicinia aperiunt Ariſtotel. de mirab. auſcult. c. l. Rhenique ſimul Strabo c. l. Ammianus tamen 21, 8. ad Danubium habet *Martianas ſilvas*, h. *Schwarzwald*, et in eodem ſitu tab. Peutinger. 3. A. *Marcianam ſilvam*. Ad Cimbros usque pertinuiſſe, indicat Plutarch. in Mario cap. 11. Britanniae obponit Diodor. c. l. et ſic vel coartatur, vel profertur, prout partes eius faciunt alias ſilvas, ut pluribus docet Cluver. 3. 47. c. l. qui tamen recte dubitare videtur, (cf. et Spener. 2, 3, 2. p. 84. c. l.) an eius tractus in Sarmatiam usque promotus hoc nomen antiquitus geſſerit. Sic et Ptolemaeus 2, 11. nem. ultra

Sarmaticos montes porrigit, ſed intra ponit, ſenſu tamen artiori, ambitu prope Quados, non procul a *Gabreta ſilva*, quam etiam in Strabone Hercynius ſaltus excipit. Inde vero adparet, latius aliquantum patere, quam h. Schwarzwald et Harzwald, et multas alias ſilvas complexam eſſe. Reliquiae eius igitur nunc habendae *Schwarz- Anſpacher- Steiger- Odenwald*, *Speſshart*, *Harz- Thüringer- Böhmiſchen Wald*. Cf. Gatterer Synchroniſt. Univerſ. Hiſt. pag. 692. et Mannert in Geogr. T. 3. p. 510 ſqq. Roborum vaſtitatem in ea notat Plin. 16, 2. et ferarum mira genera Caeſ. 6, 26.

aliquot) Ut apud Ptolemaeum 2, 11. *Gabrita*, (Γαβρίτα, in Strabone 7. p. 292. f. 292. Γαύβρητα, pro quo repoſui Γαβρῆτα) *Semana*. *Gabreta* a Cluverio c. l. et Spenero 2, 3, 6. p. 90. in Thuringia quaeritur, ab hoc etiam ad *Piniferum montem* h. *Fichtelberg* extenditur, a quibus diſſentio, quia Ptolemaeus in vicinia ponit Sudetos montes, Strabo Suevos, ſic ut potius Moraviam occupaverit. *Semanam* Cluverius putat eſſe eam, quae Caeſari de B. G. 6, 10. f. eſt *Bacenis* in extrema Suevorum finibus, uti quidem exploratores a Caeſare miſſi retulerant. Quare dubium eſt. Ex ſitu apud Ptolemaeum, ſi eadem vere eſt Semana, prope montem Melibocum in Thuringia fuiſſe videtur. Alii Salam inter et Vierram amnes eam conſtituunt, et a Baceni diſtinguunt. Vid. Spener p. 89. c. l. Ulterius eſt *Luna* in Ptolemaeo, verſus Pannoniam. Spenerus p. 91. ponit in Moravia, Mannert p. 515. c. l. in confinio Auſtriae et Moraviae. *Martiana* ſupra eſt commemorata, fuitque in Suevia verſus Helvetiam, uti intelligitur ex tab. Peuting. 3. A. h. *Schwarzwald*, unde etiam nomen derivat Cluverius, poſt a Romanis corruptum. Idem tamen in introductione in Geogr. ex ed. Bunonis 3, 5. p. 161. *Hartianam* forte rectius dici putat. Tum *ſilva Caeſia* h. *Hoſerwald* in Clivenſi Ducatu commemoratur a Tacito Ann. 1, 50. unde etiam Lipſius

cohilcit *ſilva Heſia*. Cf. Spener pag. 88. ubi ſimul alios refutat, qui longius removerunt. Ipſe extendit ad Monaſterienſem terram. Fuerunt etiam minores aliquae, quas cum ſuperioribus recenſent Cluver. in Germ. ant. 2. 47. pag. 702 ſqq. et Spener. p. 82 ſqq. c. l. Omnes paſſim ad Hercyniam retulerunt veteres.

nomen) Nempe diſtinctum ab Hercynia, qualis occurrit apud Tacit. Ann. 1, 50. *ſilva Caeſia*. I. GRONOVIVS *MS*. Sed cum iam ante Melam earum diſtincta nomina ferantur, comparate videtur ad Hercyniam dixiſſe, cuius maior fuit fama et celebritas, niſi mavis, earum nomina Melae non innotuiſſe.

Taunus) Commemoratur etiam a Tacito Ann. 1, 56. 12, 28. unde ſitus aliquo modo cognoſcitur, in Cattis prope flumen *Adranam* h. *Eder*, quamvis non plane conſtat. Cluver. in Germ. ant. 3, 48. p. 711. et 3. 7. p. 533. ex adverſo Moguntiaci putat fuiſſe, h. der *Heyrich* et die *Höhe*, in quo conſentiunt Cellarius in Geogr. ant. 2, 5, 26. Mannert p. 518. Anton in Geſch. der Teutſchen Nazion T. 1. p. 271. quia *Tan* antiquitus ſignificet *altum*, forte olim *Tannberg*. Cf. de monte *Heyrich* acta acad. Palatinae T. 3. p. 178. Aliis tamen videtur eſſe *Dnysberg* prope Gieſam in Haſſia, ut peculiaribus libellis contendunt Ayrmannus et Mogen. in Martini theſauro diſſertatt. P. 2. T. 1. n. 2. et 7. Iuncker in Geographie mittlerer Zeiten P. 2. cap. 2. pag. 150. propter vocis quidem ſimilitudinem, cui tamen opinioni id obſtare iudicat Spener in not. Germ. ant. 2, 3. p. 87. quod ex Taciti deſcriptione expeditionis Germanici in Cattos Druſus potius videatur propius ad Rhenum praeſidium conlocaſſe, ut tutiorem redderet receſſum. Nec iis adquievit Glanburgius, ſed *Feldberg* eſſe putavit in Wetteravia. Vid. Schelhorns Ergötzlichkeiten aus der Kirchen-Hiſtorie T. 21 P. 5. n. 45. pag. 459 ſqq.

Cf. etiam de hoc monte Gmelin Beyträge zur Geſch. des deutſchen Bergbaues pag. 33 ſq. Contra Voſſius ad Iul. Caeſ. 6, 17. non anxie inquirendum cenſet cum Lipſio ad Tacit. c. l. quis fuerit mons ille. Ipſe nihil aliud exiſtimat, quam *Duynen*, ſic ut ex adpellativo proprium fecerit Tacitus, vel ne minus adcurate adcuratus Tacitus dixiſſe videatur, poſtea vult altiores iis locis colles per excellentiam nomen habuiſſe *duynen*. Sic enim de loco edito vocem explicant, ut Celticam *dunum*, de qua ſupra dixi ad 3, 2, 4. In illo monte Druſi caſtellum, a Germanico reparatum, fuiſſe refert Tacit. Ann. 1, 56. Cf. 12, 28. A Traiano illud rurſus reſtitutum et a Iuliano reparatum, putat Cluverius 3, 7. p. 533. quod tamen impugnat Spener. 4, 2, 8. p. 171.

Rhetico) E regione Bonnae ſtatuit Cluver. 3, 48. p. 711. ut nunc ſit *Siebengebürge*, et 3, 8. p. 536. errare eos docet, qui ad confinia Helvetiorum removeant, cum non veriſimile ſit, etſi ad Alpes usque Germaniae fines protulerit, voluiſſe eum Alpium partem intimam inter altiſſimos Germaniae montes numerare, cum praeſertim alii omnes Italiae Alpes tribuant. Utique Alpes Raeticae nimis hinc diſtant, ex quibus tranſitus erat ex Italia in Vindelicium et Noricum, uti etiam patet ex Tacito Hiſtor. 1, 70. An tamen recte ſic Cluverius eum poſuerit, quis ſine certiori aut propiori indicio contendat? Iuncker in Geographie mittlerer Zeiten p. 140. de altiori tractu comitatus Weſtphalici *Riesberg* intelligit ob vocis ſimilitudinem. Contra vero monet Spener in not. Germ. ant. 2, 3, 3. p. 87. ſe in illa terra nusquam tam egregium montium iugum deprehendiſſe, quod Romanis ſic innoteſcere potueris. Mannert in Geographie T. 3. pag. 518. etſi nihil certi ſtatui poſſe exiſtimat, ultra Rhenum tamen quaerendum ſuſpicatur. Alios praeterea fuiſſe in Germania montes Romanis haud incognitos, Noſter deinceps diſerte innuit, quorum nomina, tamquam ab ore Romano

alienis, ipſe ſubpreſſit, alii tamen adferunt. Ita Ptolemaeus Μηλίβοκον ὄρος prope Semanam ſilvam, de quâ antea dictum, memorat. Cluverio videtur eſſe h. *Blocksberg*, Mannerto p. 517. *Harz*. Idem porro indicat *Sudetos* ſ. *Sudetes* (nam inconſtans fertur inter ι et η lectio) montes, qui et hodie iuxta Bohemiam, Moraviam et Sileſiam hoc nomine celebrantur. Tum recenſet alios etiam montes, ut *Aſciburgium*, *Sarmaticos*, de quibus diſquirit Cluver. 3, 48. pag. 708 ſqq. *Abnobae* autem praeter Ptolemaeum alii etiam mentionem faciunt, ut Plin. 4, 24. ſ. 12. et circa Danubii fontes ponunt, qui inde ſcaturire dicuntur. Longius tamen verſus ſeptemtrionem longeque producit Ptolemaeus, quem probat Mannert p. 513. Cf. Spener 2, 3, 5. p. 85.

eſt eloqui) Graecismus notus, quem et Latini frequentant. Vid. Drakenb. ad Sil. Ital. 9, 451. Oudendorp. ad Iul. Caeſ. 7, 73. in. et quos ibi indicat, in primis Vechner, in Hellenol. p. m. 364 ſq. *Ore* autem ſic dicit Solinus cap. 27. ſ. 30. *Phoenicum* ſ. ut alii *Punico ore*; ad ſenſum idem alii aliter. Sic Plin. lib. 5. in. de Mauretania: *Populorum oppidorumque nomina vel maxime ſunt ineffabilia, praeterquam ipſorum linguis.* Strabo 3, pag. 107. ſ. 155. de obſcuris Luſitaniae populis: Ὀκνεῖ τοῖς ὀνόμασι πλεονάζειν, φεύγων τὸ ἀηδὲς τῆς γραφῆς. Urbes in ora Hadriatici maris Abulfeda vocat barbara nomina, eademque de cauſa in occidentali ora Africae Maurorum oppida et ſedes commemorare non vult. Vid. Büſching in Magazin T. 4. p. 147. T. 5. pag. 383. Hinc Noſter 1, 5, 1. Ampeluſiae nomen vernaculum omiſit.

gentes) Pro regionibus gentium aliquoties apud Noſtrum in ſimili nexu. Loca ſunt obvia. Sic 2, 1, 4. et 7. et alibi.

Danubius) De eo vid. ad 2, 1, 8. de *Rheno* ad 3, 2, 8. de *Rhodano* vid. not. crit. ad h. l. pag. 95.

Moenis) Aliis *Moenus*, Ammiano 17, 2. *Menus*. Cf. not. crit. pag. 96. Primus eius meminit Mela. Poſt Plinius 9, 17. ſ. 15. Tacit. de Germ. cap. 28. A poſterioribus auctoribus vocatur *Mogonus* ſ. *Moganus*, quamvis renuit Cluverius, qui de eo diſſeruit 3, 49. p. 714. Sed cf. Spener. in not. Germ. ant. 2, 2, 6. p. 69. *Mogus* etiam legitur apud Günther. Ligur. 1, 384. *Nomen ab infuſo recipit Moguntia Mogo.* H. *Mayn.*

Lupiae) Primam eius mentionem fecit Velleius 2, 105. ubi ſcilicet pro *Iuliae* legendum eſt cum Cluverio c. l. et doctis editoribus *Lupiae*. A Strabone 7. pag. 201. ſ. 291. vocatur Λουπίας, ut a Dione 54, 33. a Tacito Ann. 1, 60. et paſſim *Luppia*. Strabo a Rheno diſtare dicit 60 ſtadiis, et ibi Bructeros τοὺς ἐλάττονας ponit, Tacitus c. l. *ultimos Bructerorum*. In Ptolemaeo 2, 11. deſideratur flumen, pro quo adparet urbs Λουπία, vel, ut lib. 8. in Europae tab. 4. Λουπία, quae videtur in Tacito Ann. 2, 7. eſſe caſtellum Lupiae fl. adpoſitum. Quod Strabo ἐπὶ ταὐτὰ φέρεσθαι τῷ Ἀμασίᾳ dicit c. l. ſcriter illum reprehendit Cluver. c. l. qui errorem etiam de diſtantia a Rheno ab urbe Lupia ortum putat. Quod idem eum in Oceanum deducit, cum in Rhenum excurrat, non niſi eius ignoratione excuſari poteſt. Hodie *Lippe*. Quod vero Menſo Alting. in expoſitione tabulae de Germania magna in Ptolemaeo c. 4. p. 8. tuto credit, urbem a Ptolemaeo commemoratam, eſſe h. *Barnewitz* inter Stendaliam et Spandoviam, etſi id ex tropaeis Druſi evincere videtur, parum eſt probabile.

Amiſius) Sic Plin. 4, 28. ſ. 14. *Amiſia* Tacit. Ann. 1, 60. 63. 2, 23. Aventin. in annal. Boior. 2, 2. Straboni eſt Ἀμασίας, de quibus dixi in not. crit. p. 97. Geographo Ravennati 4, 17. *Lamizon*, pro quo Porcheron leg. conlicit, *Amiſen.* Fluvius h. *Ems*. Ptolemaeus c. l. commemorat urbem, quae vocatur Ἀμάσεια, vel *Amiſia*

in Europae tab. 4. in Tacito Ann. 2, 8. ex ſententia doctorum virorum, *Aviſia* h. *Emden*, ut putat Cluver. c. l. At Menſo Alting in expoſitione tabulae Ptolemaei de Germania Magna cap. 4. 6. loco 51′, 30° in Ptolemaeo corrigit 52, 0. et urbem ad Amaſii fontes ponit, quaſi ſit *Embs-ſpring*, unde Ptolemaeus nomen Amaſia fecerit, de quo prolixius diſſerit in not. Germ. infer. P. 1. p. 4 ſqq. cui adſentitur Spener. in not. Germ. ant. 4, 4, 3. p. 309. ſic ut putet, olim fortaſſe ad fontes fluvii fuiſſe villam *Embs-ſpring* dictam. Nempe ex Taciti narratione intelligitur eis Amiſium ſ. laeva ripa fuiſſe ſitam. Nec tamen villam, ſed locum celebrem ex Emmio praedicat Alting c. l. qui etiam P. 1. p. 107. de oſtio fluminis expoſuit. Ipſum Noſter cum Tacito male in Oceanum educit.

Viſurgis) De ſcriptura variata v. not. crit. p. 98. Contra *Viſurgim* apud Tacitum Annal. 1, 70. f. ex narrationis ſerie recte corruptum cenſent, ubi *Vidrum* Lipſius ſubſtituebat ex Ptolemaeo c. l. quem refutat Alting. in not. Germ. infer. P. 1. pag. 130. ubi docte tuetur *Unſingis* h. *Hunſe*, et propoſita literarum forma corruptionis modum explicat. Secutus eum eſt Brotierius, qui eam lectionem tuetur Vol. 1. p. 358. Poſterioris aevi nomina recenſent Cluver. p. 715. c. l. et Spener. 2, 2, 9. p. 74. c. l. Quod tamen Ortelius in theſ. Geogr. h. v. ex Hadr. Iunio et Turnebo repetit, a Sidonio Apoll. carm. 23, 243. dici *Veſatim*, refutat ibi p. 189. Savaro, cum omnes codd. et vulgatae edd. exhibeant *Viſurgin*. *Amnem Rom. clade nobilem* vocat Vellei. 2, 105. H. *Weſer*. Quod Ptolemaeus ex Meliboco monte, de quo ſupra, originem ducit, nunc facile poteſt iudicari.

Albis) Sic et Graeci vocant praeter Dionem 55, 1. in quo legitur Ἄλβιος, quod librarii vitium videtur. Idem tamen 77, 14. Ἄλβις, ιδος adfert. Poſteriores dixerunt etiam *Alba*, ut Vopiſcus in Probo cap. 13. et

ſic codd. quidam in Mamertini genethl. Maximiniani cap. 16. f. ubi eſt: *horridus Albis ſecat Germaniam.* Cf. Salmaſ. ad Spartiani Didium Iulian. c. 1. Inde *Germanicus* vocatur in incerti panegyr. ad Conſtantin. Aug. cap. 21. f. Tacitus de Germ. cap. 41. *flumen*, inquit, *inclitum et notum olim, nunc tantum auditur.* Originem hic ponit in Hermunduris, quod prolixius impugnat Cluverius 3, 28. p. 608 ſq. et, ut Ptolemaeum, Moldaviam pro Albi habuiſſe exiſtimat, quia Hermunduri verſus eam conſederint. Spenerus 2, 2, 10. pag. 75. et 5, 6, 3. p. 124. *Egram* cum *Albi* commiſcuiſſe putat. Pro Tacito tamen pugnatur in den Hannöveriſchen Gel. Anzeig. an. 1750. p. 64. Inferius vero ad Albim habitaſſe docet Velleius 2, 106. ubi ita: *flumen Albis, qui Semnonum Hermundurorumque fines praeterfluit*, et poſt Vibius Sequ. p. 5. *Sueves a Cheruſcis dividit; mergitur in Oceanum.* Et ſic Strabo 7. p. 201. f. 290. in Oceanum deducit, et trans eum Hermunduros conlocat. Chattos etiam adtigiſſe, diſcitur ex Sidonii Apoll. carm. 7, 392. Medio aevo, ut in annal. Caroli M. in verſibus ad ann. 798. *Albia* nominatur. H. *Elbe*, de quo omnia ſunt nota. De nomine cf. Longolius ad Tacit. de Germ. cap. 41.

§. 4. *Codanus ſinus)* Quis fere ſit, et quam late pateat, diſceptatur. Primus Mela eius mentionem fecit, quem excepit Plinius 4, 27. f. 13. plura iam edoctus. Ita vero ille, dum a ſeptemtrionali Oceano progreſſus ad Codanum ſinum pervenit: *Suevo monti*, inquit, *ibi immenſus, nec Rhipaeis iugis minor, immanem ad Cimbrorum usque promontorium efficit ſinum, qui Codanus dicitur, refertus inſulis, quarum clariſſima Scandinavia eſt.* Solinus cap. 23. f. 20. Sevonem montem initium Germaniae facit a ſeptemtrione, ubi erant Cimbri et Teutoni, nec Rhipaeis collibus minorem eſſe adfirmat. Diverſo curſu Noſter infra 3, 6, 7. a Britannia ad Haemodas inde ad Codani ſinus inſulas, ad Sarmaticas et ſic

porro ad Caſpium mare procedit. Ex quo non ſolum adparet, pervium falſo hunc ſinum ad mare Caſpium putaſſe, ſed et Sarmaticas inſulas ab iis ſeparaſſe, quae erant in ſinu Codano. Cum vero Sarmatiam ab Viſtula amne incipiat, ſinus Codanus non poteſt ultra Sarmatiam extendi, quod facit Wedel in Abhandlung über die älteſte Scandinaviſche Geſch. p. 39. et 81. etſi ſibi non conſtat, et aeſtuarium Mentonomon etiam dictum putat. Cf. ſimul tabula adpenſa. Tum nec totum mare Balticum intelligi poteſt, ſed eius tantum principium. Ultra Albim enim terra parum cognita erat Romanis, quam adeo vetuerat Auguſtus milites transgredi, teſte Strabone 7. pag. 201. f. 291. et in primis p. 203. f. 294. Et ſic Plinius 2, 67. auſpiciis Auguſti ad Cimbrorum tantum promontorium in ſeptemtrionali Oceano claſſem navigaſſe ſcribit. Sub finem tamen imperii Tiberiani Domitius cum exercitu Albim tranſcendit, et longius Germaniam penetravit, ut narrat Tacitus Ann. 4, 44. etſi ex ſueto Romanis itinere a Rheno ad Viſurgim ab hac etiam parte factum videtur. Tempeſtate tamen multi abrepti, eodem imperante, in illum ſinum fuiſſe videntur ex Taciti Ann. 2, 23. Cum *Sevonis* montis excurſus apud Plinium et Solinum eius ſinus principium ſtatuatur, prope Chriſtianiam, Tonsberg — quaerendus videtur. *Sevonem* deſcripſit Wimmannus in navigationis maris Arctoi i. e. Baltici et ſinus Codani deſcriptione Baſil. 1573. non longe a pr. Cluverius in Germ. ant. 3, 37. p. 650. h. putat eſſe *Skars-Sula*, *Doffrafield*, Büſching. *Langfield*, Mannert in Geogr. T. 3. pag. 356. *Kiölen* inter Suediam et Norwegiam. Mela ſinum Codanum prope Norwegiam ponere videtur, et ſic recte et ſine ſaltu per terram facto dicit *ſuper Albim*. Interiorem tamen eius cognitionem nondum habuiſſe, docet deſcriptio. Non enim undique anguſtum eſt illud mare et par freto, ſed ſatis etiam late inter Suediam et Boruſſiam patet. Vid. Cluver. pag. 649. c. l. et quae prolixius dis-

putat Schoening, von den Begriffen der alten Griechen und Römer von den Nördlichen Ländern. (Vid. Allgem. Welt-Geſch. der neuern Zeiten T. 13. pag. 51 ſq.) Sed quod inde a Cattegat ad Friſiam complectitur, adſentiri ideo non poſſum, quod ſuper Albim relicto Viſurgi a Mela ponitur, ubi etiam omnia bene congruunt. *Super* enim eſt trans Albim; cum *ultra* pertinere debeat ad Cherſoneſum Cimbricam, niſi mavis Melam omnia miſcuiſſe, quod ſine iuſta cauſa ſuſtineri nequit. Tandem, ſi mare Germanicum intellexiſſet, temere haec compoſuiſſet: *in Oceanum — Albis* et *ſuper Albim Codanus ſinus*, quia per ſe apertum eſt, ſuper Albim hoc ſenſu eſſe Oceanum, ſeu mare Germanicum. Eſt igitur ſinus Codanus in Oceano quidem, ſed non ipſe Oceanus, pars maris Baltici prope Fioniam, Seelandiam. — Sic Longol. ad Taciti Germ. cap. 1. de ſinu Finnico et Bothnico intelligit. Ulterius qui progrediuntur, quod facere aliquos vidi, certe a Melae deſcriptione aberrant. Nec enim huc pertinet, ut idem ſit, *mare Suevicum* Taciti de Germ. cap. 45. quod Aeſtii docent accolae et ſuccini conlectio; nec *Venedicus ſinus* Ptolemaei 3, 5. quem in Sarmatico Oceano ponit. Vid. Cluver. in Germ. ant. 3. 37. p. 651. etſi id iterum repetunt etiam Spener. in notit. Germ. ant. 5, 2. p. 17. Ancherſen in Orig. Dan. P. 1. cap. 4. p. 68. Refertur huc porro alius Taciti locus de Germ. c. 37. in. ubi: *Eundem Germaniae ſinum proximi Oceano Cimbri tenent*, multi legunt, ſed fruſtra, quia ſinus alias praecedit, nec commode dixiſſet Tacitus, qui ſinum teneant, eosdem proximos eſſe Oceano, quippe quod per ſe intelligitur. Igitur *ſitum* pro *ſinum* melius alii tuentur, quidquid contra nitatur Ancherſen de valle Deae Herthae in Originn. Dan. P. 1. cap. 3. p. 49. Ceterum hunc Melae locum prolixius, ſuo quisque ſenſu, tractaverunt et explicarunt Cluver. pag. 650. c. l. Ancherſen P. 1. cap. 6. pag. 170 ſqq. Schoening p. 47. et 54. c. l. Pontanus in

chorogr. Daniae deſcr. p. 707. Wedel in Abhandlung über die ältere Scandinaviſche Geſch. p. 54 ſqq. Totum hunc Melae locum iisdem paene verbis reddidit Boccatius h. v.

nusquam late) In eo ſc. tractu, quem Mela adtingit. Latum enim eſt mare, ſi ultra proceſſeris.

transgreſſis) Ancherſen pag. 170. c. l. ſubplet *litora*. Equidem melius putem, ad inſulas referri, quarum multitudo et brevis diſtantia facit, ut mare hoc, diviſum ſaepe, amnis ſpeciem praebeat in iis partibus. Nec ad *gremium* poteſt pertinere, quod adiunctum eſt, ſed ad praecipuum, quod eſt *mare*. Illa etiam verba male cepit Cluver. p. 650. qui abſolute intellexit *acre mare gremio litorum accipi*, dixitque adeo, ſaepius emitti curſu acri, ut naves aegre contra tendere queant. Senſus omnino eſt: Igitur etiam mare verſus ſinum Codanum, quem facit illud mare, ſc. Germanicum, in eo ipſo ſinu propter inſulas parum diſtantes it divulſum et hinc anguſtum eſt, freti inſtar vel amnium.

facie) I. e. inſtar, ut ſaepe. Cf. 2, 1, 5. 2, 2, 8. et notata ad 1, 17, 3. Sic Salluſtius in fragm. hiſt. lib. 2. in. de ſitu Sardiniae: *facie veſtigii humani prominet*; aliique.

litora) Omnino bene monet Ancherſen p. 171. diſcernenda eſſe verba *litora* et *ripae*. Vid. ad 3, 9, 3. Ipſe ſic explicat: *Litora* ſunt humiliores orae inſularum Teutonum interlabentium atque interdum ſuperantium; *ripae* altiores et praeruptas earum crepidines ſecantium et interrumpentium. Equidem ſenſum hunc ſublicio: Qua terram adtingit, ubi ſunt proprie litora, in primis hoc accidit, ut coartetur. Inſulae enim ibi vicinae adiacent, quae propter altitudinem ripis ſuis illud mare continent

et coercent, ne dilatari et expandi poſſit. Litora igitur dat oris maritimis, ripas inſulis, quarum praeruptae ſolent eſſe orae, et explicat diſtinctius, quod antea omnino indicaverat.

curvansque) Cluver. pag. 650. ſic explicat: Veriſſime. Nam primum, ubi terrarum gremium intrat in proximum Norwegiae promontorium, quod vulgo *Lindesnes* adpellatur, et obiectum ei Daniae promontorium *Hanwith*, verſus orientem porrigitur, poſtquam Cimbrorum promontorium ſuperavit, quod nunc vocatur incolis *Skage*, in meridiem ad Meckleburgenſem Ducatum ſe extendit; inde in ortum vergit aequinoctionalem ad Pruſſiam usque — Sed et hoc et reliqua Mela non adtigit, qui in prima parte maris huius et Suecici conſiſtit. Attamen ne illa quidem huc pertinere, eumque terminos a Mela poſitos excedere puto, qui, dum ad ſupercilium procedit, infra illas curvaturas intelligit, quae et ibi ſunt.

ſupercilio) Graecorum more et uſu, quibus ὀφρῦς dicitur de verticibus et culminibus, quod deinde imitati ſunt Latini et ab Ammiano maxime in fluviis uſurpatur. Sic Strabo 12. p. 369. f. 536. ὀφρῦς ὑψηλὰς καὶ ὀρθίας de lacu, qui ſenſim decreſcit, uti poſt explicat. Sic ὀφρῦς ὄρους notat Euſtath. ad Homer. Il. 1, 44. p. m. 29. ubi ſimiles metaphoras ab hominum membris petitas recenſet. Cf. Suarti analecta lib. 2. cap. 8. p. 88. Hinc ὀφρύεις Κόρινθος Strabo 8. pag. 263. f. 382. Λευκόφρυς de Tenedo, de quo ad 2, 7, 4. ὀφρῦς αἰγιαλοῖο Apollon. Rhod. 1, 178. quod Valer. Flacc. 1, 365. reddit: *molle litus* i. e. leviter, molliter declive. Hinc *Orientis limes ad usque ſupercilia porrigitur Nili* Ammian. 14, 8. et Hirtius de B. Afr. cap. 58. in. *ſupercilium excelſum nacti*, ubi Daviſius explicat locum eminentiorem, ſummitatem, ut Servius in Virgil. Georg. 1, 108. ubi plura loca conlegit Cerda. Cf. etiam Ritterſhuſ. ad Oppiani Halieut. 4. pag. 303. Incurvam autem

esse eam eminentiam, verbo *inflexum* declarat, et hinc apte dixit *supercilium*, quod alias est cornu. Plinio 4, 27. s. 13. est promontorium Cimbrorum.

In eo) Non referendum est ad sinum, sed ad supercilium, ut Plin. 6, 5. dixit: *promontorium Crunoe, a quo supercilium arduum tenent Toretae.* Omnes vero in illa Chersoneso ponant Cimbros, quae inde post *Cimbrica* dicta est. Ex quo simul adparet, hic insulam *Codanoniam* s. *Scandinaviam* cum Schoeningio minime quaeri posse.

Cimbri) Gr. etiam Κίμβροι. Populum tamen peculiarem fuisse, item Chersonesum Cimbricam, negat Nicolai Reisen Vol. 11. adp. 1. p. 44 sqq. Proprie enim esse *Krieger*, Festi *latrones*. A Cimmeriis quidam deducunt, ut Misnios a Mysiis et porro, decepti nuda vocabulorum adfinitate et adlusione, quos irridet Cluver. in Germ. ant. 1, 3. pag. 29. et refutat Bayerus in diss. de Cimmeriis in opusc. p. 130 squ. Ita vero tradit ex veteribus Plutarch. in Mario cap. 11. ubi multa, incerta quamvis, referuntur. Contra Strabo 7. p. 203. s. 293. a Graecis *Cimmerios* vocatos pro *Cimbris* tradit, et inde nomen Bospori Cimmerii repetit. Cf. Stephanus s. v. Ἄβροι, et Diodor. 5, 32. Tum Plutarchus cum Festo sub h. v. notat, Germanis sic vocatos esse latrones. De illis fabulose multa referri, monet Strabo, et, quae certiora putat, ex Posidonio de variis illorum migrationibus commemorat. Plura dabit Bayer. pag. 133. c. l. quae tamen minus probabilia undique videntur, etsi Posidonium etiam omnia commiscuisse censet. In Gallia ante Marii aetatem commoratos esse, inde adparet, quod multi auctores Latini *Gallos*, Graeci Κέλτους s. Γαλάτας appellant, in primis Appianus in excerptis p. 73. ed. Schw. Aliorum loca congesserunt Spener. in not. Germ. ant. 3, 4. p. 127. et 5, 11. p. 2 sqq. Oberlin ad Vib. Sequ.

p. 420. Schweighaeuſer. ad Appian. Vol. 3. p. 171. et, qui id cupide adripit, Martin in hiſt. des Gaules T. 1. p. 104. Hinc etiam apud Ciceronem de provinc. conſul. cap. 8. *bellum Gallicum* a Mario geſtum dicitur, uti poſt et Tuſc. Qu. 5, 19. *victoria Cimbrica*. Nempe ex Gallia in Italiam irruperunt, et a Mario repreſſi ſunt, ut refert Cicero de provinc. conſ. cap. 13. Cauſa haec eſt, quod erant Galli ſ. Celtae Cimbricae originis. Priſcae eorum ſedes, Strabone teſte aliisque, fuerunt, ubi Noſter indicat, ille etiam, Auguſti aetate fuiſſe, certo indicio docet. Noſtro eſt *ſupercilium* ſinus Codani, Plinio 4, 27. ſ. 13. eſt *promontorium Cimbrorum*, quod longe in maria excurrens paene inſulam efficit, quae *Cartris* adpellatur; h. *Skage* a proximo pago. Paene inſula autem illa ſine dubio eſt *Cherſoneſus*, quam Strabo 7. p. 202. ſ. 293. et tantum non omnes alii vocant. Spenerus enim 5, 1. p. 5. c. l. extremam tantum paene inſulae partem intelligit. At promontorium illud paene inſulam facit, eamque hic finit. Primus autem Ptolemaeus 2, 11. Cherſoneſum illam vocavit *Cimbricam*, et, quod gradus docent, ſuper Albim ponit, Cimbros autem ipſos diſerte omnium facit ἀρκτικωτέρους. Quae cum optime cum Mela conſentiant, qui in ſupercilio ponit, non video, quomodo Martin in hiſt. des Gaules T. 1. p. 101. contendere recte poſſit, Cherſoneſum Cimbricam nunquam a veteribus in Germania fuiſſe poſitam, nec inde Cimbros in alia loca migraſſe, quia innotuerit ſaeculis fere demum 2 poſt expeditionem Cimbricam. Strabo enim c. l. diſerte memorat ſedes priſtinas eos tenuiſſe in Cherſoneſo; et, quamquam Cimbricam non adpellat, eadem tamen illa fuit. Neque tamen contendam, penitus illam noſſe et accuratius notaſſe, cum ultra Albim ſita Romanos adiiſſe neget 7. p. 203. ſ. 294. ubi, cum addit πρὸς τῷ Ὠκεανῷ, quia et Albis oſtium eſt ad Oceanum, alteram Oceani partem ultra Albim intelligere debet. Temere igitur Suffridus Petrus de orig. Friſor. 6, 6. negat, Cimbros ex

mente Strabonis Cherſoneſum tenuiſſe. Vid. Pontanus in Chorogr. Daniae deſcr. p. 644 ſqq. ubi de hac Cherſoneſo variorum narrationes exigit et inluſtrat. Diverſos tamen hos Cimbros ab iis, quos Marius fugavit, exiſtimat Schloezer ad Schoeningii diſſ. pag. 166. not. D. c. 1. Equidem ſic capio, alios inde migraſſe fuſosque a Mario, alios ſedes ſuas tenuiſſe. Quae diverſitas ſi concedatur, lubens conſentio. Cicero quidem de provinc. conſ. cap. 13. eorum ſedes et urbes in Gallia ponere videtur, quia dicit a Iul. Caeſare bellum Gallicum antea geſtum, tantummodo repulſum eſſe; Marium repreſſiſſe quidem maximas Gallorum copias, ſed ad eorum ſedes non penetraſſe, quod propter praecedentia pertinet ad Iul. Caeſaris laudem. Ita advorſum Gallos male pugnatum dicit Salluſt. de B. Iug. cap. 114. in. a Caepione et Manlio, quod ad Cimbros refert Florus 3, 3, 4. Cf. Oroſius 5, 16. Hinc *bellum Gallicum*, ut ſupra notavi. Florus c. l. ab extremis Galliae profugos dicit, Gallia Hiſpaniaque excluſos, in Italiam remigraſſe. (immo *demigraſſe.*) Extremas igitur Gallias dicit, quia, quae ultra erant, non ſatis cognita haberet, vel definire poſſet. At Caeſar de B. G. 1, 33. diſerte docet, primos fuiſſe Germanorum, qui Rhenum transgreſſi Galliam petere auſi eſſent. Poſt fugam a Mario inlatam, Gallia relicta, alio conceſſiſſe videntur, quia Critognatus, qui noſſe, ſummo loco in Arvernis natus, poſſet, apud Iul. Caeſ. de B. G. 7, 77. f. dicit, Cimbros aliquando finibus ſuis exceſſiſſe, depopulata Gallia, magnaque inlata calamitate. Igitur Iul. Caeſaris tempore Galliam reliquerant, et per Noricum, fruſtra licet, in Italiam irrumpere, auctore Floro 3, 3. aliisque, conati erant, cum iam antea ad aquas Sextias a Mario pulſi eſſent. Cf. Vellei. 2, 12. unde et Gallicum illud bellum vocatur. Iul. Caeſ. 2, 29. f. dicit, quosdam, cum reliqui in Galliam Narbonenſem et Italiam iter feciſſent, reſediſſe circa Rhenum, et tandem, pace facta, locum ſibi domicilio delegiſſe, vel potius eorum prognatos. In ipſam vero Cher-

ſoneſum illam ex Aſia veniſſe, populorum omnium migratio docet, et tunc ad Maeotida conſediſſe videntur, ubi κώμη Κιμβρικὴ commemoratur a Strabone 11. p. 340. ſ. 494. poſt a Scythis exacti Germaniam adiiſſe, unde a quibusdam Κελτοσκύθαι dicti ſunt. Cf. Plutarch. in Mario c. 1. Celtas enim vel Gallos gentes ad Scythiam usque vocatas eſſe olim, teſtatur Diodor. 5, 32. qui et eos Scythiae finitimos facit. Cimmerios eosdem dictos inde putat Spener. p. 5. c. l. quod in Cimmeriorum ſedes invaſerint, Cimmeriosque adeo Germanica ſtirpe fuiſſe Leibnitius ad Tacit. de Germ. cap. 37. Contra Spener. p. 35. c. l. ex Strabone coniicit, Cimbros et Teutonos in Sarmatiam et inde ad Maeotim progreſſos eſſe. Eo igitur ducit, ut reducat. Alia aliis discutienda relinquo. Ex omnibus minime audiendus eſt Rudbeck in Atlantica cap. 21. qui, ex more, Cherſoneſum Cimbricam Scandinaviae ſuae vindicare conatur. Sed de Cimbris vid. quae conlegerunt, aut diſeruerunt Cluver. in Germ. ant. 2, 4. p. 344 ſq. 3, 22. p. 590. Cellarius in ſylloge diſſertation. 5. et 6. quem vel repetit, vel emendat, vel ſubplet Ancherſen in Orig. Dan. P. 1. cap. 7. de valle Deae Herthae pag. 221 ſqq. de Cimbrica expeditione et bello Pontanus in hiſt. Dan. lib. 1. in. et in peculiari libello Müller, Turici 1772. qui 214 loca veterum de eo bello conlegit, nec tamen omnia exhauſit, ut docet Allgem. Welt-Geſch. Vol. 17. T. 1. p. 15. De Cherſoneſo Cimbrica conſuli poteſt, ſi quis plura cupit, Grammius ad Molleri Cimbriam literatam in praefat. ad f. et p. 34. ubi Tacitum eam noviſſe negat, Spener. pag. 5. c. l. Cimbri autem, ut hic, coniunguntur fere cum Teutonis, ut in Iul. Caeſ. de B. G. 1, 33. Oroſ. 5, 16. Cic. pro L. Manil. cap. 20. Tacito Hiſtor. 4, 73. ſed et ſeparantur, uti fit a Floro c. l. Iul. Caeſ. de B. G. 7, 77. Ille quidem alteram Marii in Cimbros irruptionem et cladem diſerte memorat.

Teutoni) De duplici terminatione cf. not. crit. p. 101 ſq. Quidam deducunt a Germanorum Deo *Thuiſto*, *Tuiſco* ſ. *Teut*; plerique a *Theut*, *Thiod* i. e. *Volk*. Cf. Leibnit. ad Tacit. cap. 2. Plerique a *Theuth*, quod dialectis variatum putat Cluver. in Germ. ant. 1, 26. p. 185. 3, 40. pag. 663. in *Theut*, *Dan*, *Codan*, *Gwodan* et *Wodan*. Cf. etiam Spener. in not. Germ. ant. 5) 2, 1. pag. 14 ſqq. Ptolemaeus 2, 11. eos Pharadenis et Suevis adſcribit. Cum Cimbris conſociari, antea notatum eſt, iidemque comites fuerunt irruptionis in Galliam, et calamitatis. Vid. Ciaccon. et Daviſ. ad Iul. Caeſ. de B. G. 1, 33. et quos laudant, praeter ſuperiores. Antiquitatem gentis docet facta eius mentio a Pythea apud Plin. 37, 2. An Codani iam primo aevo adpellati fuerint, quod adfirmat Spener 5, 2. pag. 15. c. l. incertum eſt perinde, atque id, quod addit, alibique repetit, Danos inde nomen traxiſſe, quod ſic invertit Schoening p. 56. c. l. ut a Danis derivet, praefixo *Co*, nomina *Codanus* et *Codanonia*, refragante tamen recte Schloezero ad c. l. not. H. Sedes prope Cimbros habuiſſe ex Mela ſatis intelligitur, ſed latius per inſulas vicinas diſperſos vixiſſe infra cap. 6, 7. docet.

ultra) Cum ultra ſupercilium ſinus Codani terra illa extendi non poſſit, porro Mela ab occidente verſus orientem hic progrediatur, et Sarmaticarum confinio gentium et Viſtula amne Germaniam terminet, in qua ultimi incolae fuerunt Hermiones, quaeri debent iuxta Sarmatiam, ut recte etiam docuit Schoening p. 58. c. l. Diſſentire quidem videntur alii, qui eorum meminerunt, quod ex migrationibus vagis et incertis ſedibus ortum eſſe videtur. Tacitus enim de Germ. cap. 2. *medios* facit Germaniae, et Plin. 4, 28. ſ. 14. in illorum populis etiam Suevos commemorat. Cum tamen Mela litora ſoleat legere, in Pomerania tunc potius habitaſſe ex mente Melae videntur.

Hermiones) Althamerus ad Tacit. de Germ. p. 90. derivat ab *Her* f. *Hert* i. e. terra, Germanorum ſeptemtrionalium lingua, quaſi qui mediterranea Germaniae incoluerint. Mavult tamen *Herduones* pr. dictos, et ſic inde corruptos, putatque fuiſſe Luſatos, Sileſios, Bohemos, Misnenſes, Thuringos, Saxones. Cf. Plin. 4, 14. ubi Suevos Hermionum partem fieri ad noſtrum locum putat Voſſius. Nodum ita ex Plinio 4, 59. ſolvere tentat Ancherſen c. l. P. 1. cap. 4. p. 103. ut dicat, eum proprio nomine Suevorum veteres Moraviae incolas ex Hermionum genere inſigniviſſe, et hinc artiori ſenſu ea voce uſum eſſe, cum ceteri communiter Suevorum vocabulum de Hermionibus adhibuerint. Sed vid. quae antea notavi.

CAP. IV.

DE SARMATIA.

§. 1. *Sarmatia)* Sic et Graece vocatur. Inde *Sarmatae* dicti utraque lingua, et *Sarmaticus*. Graeci tamen eos *Sauromatas* frequentius adpellaſſe, monet Plinius 4, 25. ſ. 12. et hinc, quae de Sauromatis narrat Herodotus 4, 117. Sarmatis tribuit Mela 1, 19, 19. Utrumque nomen adponit Stephanus. De Etymologia eius disquirit Iablonowsky in Empire des Sarmates ſect. 5. p. 63 ſq. Quod Stephanus Scythicam gentem vocat, confirmat Plinius c. l. qui Scytharum nomen usque quaque transiiſſe ait in Sarmatas et Germanos, de quo prolixius diſſerit Praetorius in orbe Gothico 1, 10. Hinc Sarmatiam Europaeam ad Scythiam refert Herodot. 4, 99. et Diodor. Sic. 2, 43. coloniam Scytharum ad Tanaim conlocat, eiusque populos Sauromatas nominatos eſſe ſcribit. Poſt commemorata feminarum eius gentis virtute, quam Scytharum reginae exemplo in expeditione et nece Cyri inluſtrat, Amazones inde coaluiſſe et magnam Aſiae

et Europae partem occupaſſe addit. Ex quo, opinor, intelligi poteſt Avienus v. 854. ubi, *trux Sarmata*, inquit, *bellica quondam Gentis Amazoniidum ſoboles*, cuius cauſam ſubminiſtrat Herodotus 4, 113. f. ex Amazonum cum Scythis commiſtione. Cf. ad Melam 1, 19, 19. Inde vero etiam intelligitur, cur Mela hic de Sarmatarum feminis narret, quae alias Sauromatis et Amazonibus tribuuntur. Poſterior etiam aetas Sauromatas vocavit, ut Vibius Sequ. p. 36. Geogr. Ravenn. 4, 4. qui per ipſos Viſtulam transire ſcribit. Fuit autem Sarmatia duplex, Aſiatica inter Tanaim et Rha, Europaea inter Pontum Euxinum et Tanaim ad Viſtulam usque. Utramque deſcripſit Ptolemaeus 3, 5. et 5, 5. De illa hic ad explicationem Melae. A ſeptemtrione igitur definit Oceano Sarmatico, iuxta ſinum Venedicum, et parte terrae incognitae, ad orientem Sarmatiae plagam prope Tanaim; ad occaſum Viſtula; ab auſtro Sarmaticis montibus, Iazygibus, Metanaſtis, Dacia, Boryſthene et Carcinite. Quae Ptolemaeus definitius deſignat, Noſter brevius omninoque indicat. Habet enim terminos nominibus ſuis notatos Viſtulam et Iſtrum, reliqua verbo *intus* complexus, in primis verſus orientem, ubi latior eſt iuxta Tanaim et Ixamatas, quam ad mare. Plures vero Ptolemaeus recenſet populos, in quibus aliqui etiam alibi Sarmatis diſerte adcenſentur, ut *Iazyges Sarmatae*. (Strabo 7. p. 212. f. 306. Plin. 4, 28. f. 12. Tacit. Ann. 12, 29. — de quo Harduinus ad Plin. c. l.) In illo tractu cum Ptolemaeo Strabo ponit etiam *Baſiarnas*, *Roxolanos*, aliosque praeterea. Sic aliquos Scythiae Europaeae adſcribit Mela 2, 1. qui in Sarmatia occurrunt apud Ptolemaeum, uti docet comparatio utriusque facta. Mela igitur vel male diviſit Sarmatiam, vel partem eam, quae adtingit paludem et Pontum, a Sarmatia diſtinxit, ita ut interiora definire non ſuſtinuerit, praeterquam a Viſtula ad Danubium. Hinc de Danubio 2, 1, 8. *At ille*, inquit, *qui Scythiae populos a ſequentibus dirimit*, et Sarmatia Melae tempore, vel ex eius opinione ad occaſum

Danubio adiacebat, dextra, vel ad orientem Scythia erat ad Thraciam usque; et tum Tyra erat Sarmatiae ab hac parte terminus. Vid. 2, 1, 7. et quae de Sarmatia ex Ptolemaeo docte et acute disseruit Gatterer in Comment. societ. Goetting. T. 12. et de Melae Sarmatia monuit Iordan in origin. Slavic. T. 2. p. 178.

Vistula) De scriptura varia dictum est in not. crit. p. 105 sq. Cf. etiam Cluver. de Germ. ant. 3, 49. p. 717. et Praetorius in orbe Gothico 1, 10, 5. p. 107. Veteres Eridanum putarunt, quia verus Eridanus s. Rhodanus prope Gedanum in Vistulam effunditur, sc. *Raddaune*. Vid. ad 2, 4, 4. Fontem verum ignoravit Ptolemaeus 2, 11. Quos enim secutus est peregrinantes, fl. *Pilcza* falso fontem putarunt. Vid. Gatterer c. l.

Parthicae) Quod non verum est, cum et Parthicam gentem et Sarmaticam constet fuisse coloniam Scythicam, unde istud utrique secum detulerunt. 1. GRONOVIVS *MS.* Ritus Parthicae gentis delineavit Iustin. 41, 2. 3. quorum quidem pauci tantum ad hoc referri possunt. Praedicantur tamen *equitare, sagittare, venari*. Cf. Herodian. 6, 5. et Sueton. in Calig. cap. 5. f. ubi summi luctus indicium narratur, abstinere a venandi exercitatione. Iustinus 41, 2. omnino notat in Parthis armorum patrium ac Scythicum morem; vestitum fluitantem, i. e. laxum, Parthis aeque ac Sarmatis tribuit Tacitus in Germ. cap. 17. in. *laxas Sarmatis bracas* Ovid. Trist. 5, 7, 49. quas Graeci ἀναξυρίδας adpellant, quibus etiam Persae et Celtae usi sunt. Ita vero Sarmatarum vestitum strictiori Germanorum Tacitus obponit, qui singulos artus exprimeret. Vid. Cluver. in Germ. ant. 1, 16. p. 115.

ingenii) Quod solet multum trahere ab aere, sub quo natum et educatum est. 1. GRONOVIVS *MS.* 1. Hoc quidem commode expressit Mela, dum utriusque artifi-

mum nexum una voce *asperioris* indicavit, ut alibi solet. De ipso connexu plures et ex veteribus Hippocrates de aeribus — in primis, quatenus Sarmatae spectantur c. 10.

urbibus) Tamquam quas potuerint tunc habere Sarmatae, licet ignoraverint Germaniam. Nimirum Sarmatae apud Scythas non viderant, aut noverant oppida, vel urbes Graecas in Scythia conditas ad Pontum Euxinum et Moeotida. 1. GRONOVIVS *MS.* Quod si est, ante Graecorum in illa loca adventum urbiumque aedificationem emigraverant. Addit Noster, ut augeat, *ne statis quidem sedibus*, hoc est ex interpretatione I. Gronovii in notis MSStis, stabilem domum non habent, qualis potest etiam esse in vicis et pagis; sed ne hanc quidem illis esse, innuit auctor. In silvis egisse et errasse declarat Avienus v. 858. *Longas exercet Sarmata silvas.* In castris autem bellicosam illam gentem conlectam fuisse, paullo post Noster indicat. Tempore vero etiam pacis, si quando fuit, vagatos esse, ex verbis efficitur, *ut invitavere pabula.* Nam sequentia belli tempora spectant. Cf. Hippocrates c. 1.

§. 2. *cum viris)* I. e. simul cum viris, aeque ac viri, Gr. ἅμα, ut Nepos in Chabria 3, 1. Nempe coniunctionem, consociationem saepe ea particula indicat, ut apud Liv. 38. 48. f. *negaretis hoc mihi cum Diis immortalibus*, i. e. mihi aeque ac Dils. De re sic Herodot. 4. 116. de Amazonibus: ἅμα τοῖς ἀνδράσιν ἐπὶ ϑήρην ἐπὶ ἵππων ἐκφοιτῶσι. Plato de legibus lib. 7. p. 355. Bipont. οἶδα, ὅτι μυριάδες ἀναρίθμητοι γυναικῶν εἰσι, τῶν περὶ τὸν Πόντον, ἃς Σαυροματίδας καλοῦσιν, αἷς οὐχ ἵππων μόνον, ἀλλὰ καὶ τόξων καὶ τῶν ἄλλων ὅπλων κοινωνία καὶ τοῖς ἀνδράσιν ἴση προστεταγμένη ἴσως ἀσκεῖται. Cf. Schol. Villoif. ad Homer. Il. 18. 515. Hippocrates c. l. μάχονται τοῖς πολεμίοις. Plura aliarum in aliis populis feminarum exempla dabit Bochart. de Gog et Magog.

adaritur.) Τῶν θηλυτερῶν τὸν δεξιὸν μαζὸν ἐπικαίειν, ἵνα μὴ κατὰ τὰς μάχας τῶν σωμάτων ἐπαιρόμενος ἐνοχλῇ de Amazonibus Diodor. Sic. 2, 45. m. Etymol. M. f. v. Ἀμαζόνες uſurpat verba κόπτειν et καίειν, Euſtath. ad Homer. Il. 3, 189. πηροῦν, Strabo 11. p. 347. f. 504. ἐπικαίειν —. Ipſa res ceteroquin eſt notiſſima, et, qui teſtimonia veterum deſiderat, adeat Petit in traité ſur les Amazones c. 22. Addi tamen poteſt, quod Euſtathius ad Homer. Il. 4, 118. p. m. 343. notat, ideo factum eſſe, quod ex vetuſto more nervum mammae admovebant, cum recentiores ad dextram usque aurem arcum intenderent, teſte Procopio in Perſicis 1, 1. Scythas ad humeros, Cretas ad mammas admoviſſe, ex Neotele refert Schol. Villoiſ. ad Homer. Il. 8, 323. Cf. etiam Euſtath. ad c. l. pag. 602. et Bayeri opuſc. p. 138. ed. Klotz. Hippocrates c. l. ideo factum eſſe ſcribit, ut ad dextrum humerum et brachium vis deferretur.

exſeritur) Profertur, eminet, ut conſpici poſſit et libere iactari, ut Corippus 1, 288. *addidit antiquam tendentem brachia Romam Exſerto et nudam geſtantem pectore mammam;* ubi alia loca de hac imagine adferuntur, in quibus ex Symmacho 2, 7. verba *exſerto et pleno ubere Roma.* Sic vero in dicendo *brachia* exferebant oratores et philoſophi, de quo habitu multa congeſit Savaro ad Sidon. Apollinar. 9. epiſt. 9. p. 586. ubi Ariſtoteles dicitur in Prytaneo pictus fuiſſe *exſerto brachio.* In primis autem hic geſtus notatur de bellantibus, in proelium ituris, aut ad pugnam ſe componentibus. Sic Frontinus 2, 1, 3. dicit: *depoſcentes pugnam humerosque exſerentes*, ubi male codd. quidam adferunt *exercentes.* Cf. Sil. Ital. 8, 587. Statius Theb. 4, 235. ubi vid. Barthius, Oudendorp. ad Frontin. c. l. idemque ad Lucan. 3, 693. Broukhuſ. ad Propert. 1, 20, 44. et quos laudant, omninoque de vi et uſu huius verbi viri docti ad Iul. Caeſ. de B. G. 7, 50. ubi Daviſius quidem et

Oudendorp. explicant *nudare, expedire, veſte liberare*, ut *brachia* Ovid. Metam. 2, 270. 9, 57. *mammam, latus* Virgil. Aen. 1, 492. 11, 649. Sic explicat de Amazonibus Ouwens in noctibus Hagan. 2, 17. pag. 309, ut dextram pectoris partem geſſerint exſertam i. e. nudam, et exemplis probat, laudat etiam Broukhuſ. ad Propert. c. l. et Burmann. ad Ovid. A. A. 3, 307. Certe ſic ceperunt *exſertas mammas* apud Virgil. Aen. 1, 492. Servius et alii interpretes. Nudaſſe mammas diſerte etiam dicit Propert. 3, 12, 15. aliique, probantque monumenta. At in eo videtur errare Ouwens, quod dextras nudatas ſcribit, cum diſerte tradat Curtius 6, 5, 27. *laeva pars ad pectus eſt nuda.* Si de mammis intellexit, quae non aderant, nudari etiam non poterant. Ita quidem auctores, diſſentientibus tamen monumentis. Fuerunt praeterea, teſte Arriano de exp. Alex. M. 7, 13. qui dicerent, dextras mammas minores habuiſſe, easque nudatas (ἔξω) ad proelio geſſiſſe. Hoc loco autem nihil aliud valet, quam *protrudere, proferre*, et ſic optime accommodari poſſunt, quae de Amazonibus tradita paſſim reperiuntur, et Melae verba adprime inluſtrat Oroſius 1, 15. *inuſtis infantibus dexterioribus mammis, ne ſagittarum ictus impedirentur, unde Amazones dictae;* quod duxit ex Iuſtino 2, 4, 11. Vult igitur Mela: *Virile fit pectus* i. e. non protuberet mammis. Poteſt tamen etiam referri ad Amazones, quas *Sauromatidas* vocarunt. Cf. Mela 3, 5, 4.

§. 3. *puellaria penſa)* Apud Sarmatas eo loco habentur, quo apud Graecos et Romanos lanificia, quibus deditas eſſe honeſtas et ſobrias feminas volebant, et quidem, ut certe partes quotidie abſolverent. Hoc enim erat penſum. 1. GRONOVIVS *MS.* 2. Idem omnino adfirmat Hippocrates c. l.

ſtipendium) H. e. debitum, quod tenentur patriae praeſtare, eodem plane modo, quo civis Romanus tot

ſtipendia, vel annuas expeditiones civitati cogebatur praeſtare. I. GRONOVIVS *MS.* 1.

ferire) Gr. πατάσσειν. Sic Hannibal in poeta apud Cicer. pro L. Corn. Balbo c. 22. *hoſtem qui feriet, erit mihi Karthagiuienſis;* Frontinus 4, 1, 4. obponit *ciuem ſervare.* Rem ipſam Noſter duxit ex Herodoto 4, 117. qui de Sauromatarum feminis id refert. Cf. ad 3, 19, 17.

CAP. V.

DE SCYTHIA.

§. 1, *inde)* Ex Sarmatia, quae Scythas adtingit. OLIVARIVS. Progreditur hic ultra Tanaim in Aſiam, et quae reliquerat lib. 2. cap. 19. et lib. 1. cap. 1. purſu per Tanaim relecto, verſus Aſiam ſeptemtrionalem et inde ad Eoum Oceanum converſus emetitur, perluſtratis iis, quae interiacent, ut ab hac parte Aſiae deſcriptionem conficiat. Magna enim, quod dicit Plin. 6, 14. §. 13. portio Aſiae ſeptemtrioni adpoſita eſt. Tanaim autem in illo tractu Aſiae et Europae terminum conſtituere, ex ſuperioribus conſtat.

ſedent) Eleganter ſuſtinet, vel adiuvat vocem *perpetuae. Sedere* enim, *haerere* et ſimilia de rebus dicuntur, quae firmiter ſuoque loco quaſi adfixae ſtant et manent. Sic Seneca in Hercule furente v. 704. *Immotus aër haeret, et pigro ſedet nox atra mundo.* Sic Solin. 20, 1. 15. *regio adſiduis obſeſſa nivibus* de hoc tractu. Sic *haſta ſedet in adverſo pectore* Ovid. Metam. 15, 162. *tela in ſcuto* Florus 4, 2, 41. ubi vid. Duker. et quos laudat. Contra Damaſtes ſ. v. Ὑπερβόρειοι, χιόνα αὐτὰ (Ῥιπαῖα ὄρη) μήποτε ἐλλείπειν dicit. Hinc de motioſis,

quietis, nihil agentibus uſitata eſt vis verbi et translatio, de quo uſu multa Arntzenius ad Aurel. Victor. de Caeſ. 16, 2. Klotzius ad Tyrtaeum p. m. 143. et quos laudant.

rigor) Auget hiemis atrocitatem. Sic Plin. 6, 14. ſ. 13. *iniuriam ſideris rigentis* in hac plaga commemorat. Dionyſ. v. 669. *αἰεί σφιν ψυχρή τε χιὼν, κρυμός τε δυσαής.* Priſcian. v. 732. *quos prope ſunt triſtes ventis et frigore terrae. Namque nives ſemper pulſant has grandine mixtae.*

Scythici —) Quos etiam Plin. c. l. ab extremo aquilone ad initium orientis aeſtivi habitare ſcribit, extra quos ultraque Aquilonis initia aliquos ponere Hyperboreos ſubiicit. In Scythis autem commemorat *Cimmerios, Ciſſianthos, Georgos* et *Amazonum gentem* ad Caſpium mare, poſt alios ad Scythicum mare. Cf. Mela 1, 2, 3. Late enim patuit olim Scytharum nomen, de quo aliqua ad 2, 1, 2. De noſtris Dionyſ. v. 728. Πρῶτοι μὲν Σκύθαι εἰσὶν, ὅσοι Κρονίης ἁλὸς ἄγχι Παῤῥαλίην ναίουσιν ἀνὰ στόμα Κασπίδος ἅλμης, cum νότιοι ſint prope Indum v. 1088. et apud Melam 3, 7, 1. Utrosque deſcribit Avienus v. 1288 ſqq. *flumen ad Indum Auroraeque latus Scytha miti proximus auſtro Accolit; auſtralis certe Scytha dicitur ille. Namque alii dura pulſantur deſuper arcto.* De noſtris cf. etiam Priſcian. v. 696. 731 ſq. praeter alios. At confinia Aſiae et Europae faciunt, ut Scythiae non eosdem terminos faciant, et Scythiae Aſiaticae dent populos, quos Mela ponit in Europaea. Sic Solinus cap. 20. ſ. 15. Idem adfirmat de Hyperboreis 21. ſ. 16. cum Plinio 4, 26. ſ. 12. qui tamen monet, a quibusdam in prima parte Aſiae litorum poni, non in Europa, cauſa ſubnexa, quia ſint ibi ſimili conſuetudine et ſitu, Attacorum nomine. Cf. 6, 20. ſ. 17. Pomponium autem Plinio de Aſiae Hyperboreis innui putat Salmaſ. ad Solin. 16. ſ. 21. p. m. 146. At Aſiam ſibi Hyperboreos vindicaſſe,

contendit Martian. Capella lib. 6. p. m. 214. Nempe gentes ſeptemtrionales Graeci communi Scytharum nomine deſignarunt, ut notat Strabo 11. p. 349. f. 507.

Belcae) De his dictum eſt in notis criticis, aut potius de lectione vocis. Quis praeter Melam commemoraverit, neſcio. *Bergos* inſula occurrit in Plinio 4, 30. f. 16. circa mare Cronium, cui ſubiicit Nerigon, ex qua in Thulen navigetur. Tum Mela, qui et Thulen 3, 6, 9. Belcarum litori obponit, turbavit Europae et Aſiae loca, et Scythici populi non de omni gente, ſed tantum de eius uno populo, qui *Belcae* dictus eſt, intelligi debet, et Sacae recte repudiatur cum Codicibus. Alio ſitu Thulen oſtendit Mela, quam prope Belcas in Aſiae confinio ponit, de quo ad 3, 6, 9. De Belgis ad Rhenum nemo hic temere cogitarit. *Belg* autem, ſi quidem huc pertineat, a Schloezero explicatur: *ein Fremder*. Cf. Neue allgem. Welt-Geſch. T. 13. p. 62.

Hyperborei) Stephanus Ὑπερβόρεοι cum aliis multis. Notat tamen Hellanicum ſcripſiſſe per ει Ὑπερβόρειοι. Sed et alii ſic efferunt, ut Maximus Tyrius diſſ. 17, 4. in. Schol. Apollonii ad 2, 677. Suidas h. v. Ptolem. 5, 9. Aelian. V. H. 2, 26. et alii quidam, niſi quis velit tunc adiectivum eſſe. Etſi etiam ſic per ε Apollon. 2, 675. Poetae tamen penultimam corripere ſolent, unde prior ſcriptura magis firmatur. Loca veterum, in quibus eorum mentio iniicitur, diligenter notavit Cerda ad Virgil. Georg. 3, 196. cui addi poteſt Martin in hiſt. des Gaules diſſ. 4. p. 50 ſq. etſi falſa et incerta admiſcuit. Veterum aliquas opiniones refert Schol. Apollonii ad 2, 677. Magna enim fuit olim et multiplex fama de Hyperboreis, quam etiam in libris ſeorſum et antiqui et recentiores expoſuerunt. Scripſit de iis olim Hecataeus, teſtibus Plinio 6, 20. f. 17. Diodoro 2, 47. Schol. Apollonii c. l. Eorum mentionem Homerum adtigiſſe in Epigonis,

adfirmat Herodot. 4, 32. etſi dubium auctorem eſſe Homerum ſubiicit. Ex recentioribus maxime hanc de iis quaeſtionem excuſſerunt Gedoyn in Memoires — de Paris Vol. 7. p. 113 ſqq. Banier c. l. p. 127 ſqq. Freret Memoires — de Paris Tom. 18. p. 192 ſqq. Penzelius in diſſert. Halae 1771. Bayerus diſſ. de Hyperboreis T. 11. commentar. Academ. Petropol. Spanhem. ad Callimach. in Delum v. 281. Geſnerus ad calcem Orphei p. 460 ſqq. Plures dabit Meuſelii bibl. hiſtor. Vol. 2. P. 2. p. 267 ſqq. Vagum fuit nomen, et ad diverſi ſitus populos translatum. Qui verbi etymon ſequuntur, quaſi ὑπὲρ τὸν ἄνεμον βορέαν οἰκοῦντας, uti explicat Pauſan. 5, 7. intelligunt, quo ſenſu etiam ὑπερνοτίους eſſe poſſe, dicit Herodot. 4, 36. quod verbum, etſi ille ridet, ponit tamen Dionyſ. v. 151. et ultra aquilonem eos ponunt, veluti Plin. 4, 26. ſ. 12. 6, 14. ſ. 13. Pauſan. 5, 7. Solin. cap. 21. ſ. 16. Diodor. 2, 47. Martianus Capella lib. 6. p. m. 214. Feſtus h. v. Suidas h. v. (ἔθνος ἀρκτικώτερον, κ. ἐνδότερον τ. Σκυθῶν.) Ita vero in primis ſolent poetae aquilonem commemorare, et oras Hyperboreas pro ſeptemtrionalibus dicere, veluti Pindarus Olymp. 3, 55. Callimach. in Del. v. 281. Virgil. Georg. 3, 196. ubi cf. Heyne, aliique. Cf. etiam Spener. in notitia Germ. antiqu. 2, 2, 4. pag. 61. Hinc Nili fontes et Hyperboreos obponit Pindar. Iſthm. 6, 34. Et ſic τοὺς βορειοτάτους dici ſcribit Eratoſthenes apud Strabon. 1. p. 42. ſ. 62. Nempe τὸ ὑπὲρ ſuperlativum, quem vocant, ſaepe indicat, ut ὑπέρπικρος i. e. πικρότατος, ὑπέρλαμπρος — Sic ὑπερνοτίην Carambin facit Dionyſ. v. 151. et βορειότερον Κριοῦ μέτωπον. Alii a populis aliis illorum ſedes deſignant. Sic verſus ſeptemtrionem ex Ariſteae narratione Herodotus 4, 13. ponit *Iſſedonas*, poſt *Arimaſpos*, inde *Grypas* et ſuper eos ad mare usque *Hyperboreos*, a quibus Scythas ſeparat 4, 33. quibus alii adtribuunt. Quod mare intelligat, ex populorum ſedibus intelligitur, etſi alios discrepare poſt dicam. Damaſtes

apud Stephanum c. l. hoc ordine recenſet, *Scythas*, *Iſſedonas*, *Arimaſpos*, *Rhipaeos* montes, et hinc *Hyperboreos* ad alterum usque mare, Antimachus apud Stephanum eosdem Arimaſpos dicit. Cf. Pherenicum apud Schol. Pindari ad Olymp. 3, 28. Secundum Strabonem 11. p. 349. f. 507. antiquiſſimi Graecorum Scythas ſic deſcripſerunt, ut, qui ſupra Iſtrum, Euxinum pontum et mare Hadriaticum habitarent, Hyperboreos, Sauromatas et Arimaſpos dicerent. Sic Scythas vocat Schol. Callimachi in Delum v. 292. Alii in Europa, alii in Aſia ſedes iis adſignant, uti refert Plin. 4, 26. f. 12. De Europa contendit Solinus cap. 16. f. 21. Ultra Sarmatiam eorum terram ad Oceanum Hyperboreum ponit Marcianus in periplo p. 56. (Hudſ.) ubi etiam commemorat Rhipaeos montes, et poſt p. 57. f. ſupra Hiberniam. Πρὸς τοῖς Ἀρκτῴους Hyperboreos ponit Schol. Pindari ad Pyth. 10, 72. Iuxta Sarmatiam Aſiaticam in terra incognita habitare ſcribit Ptolem. 5, 9. Sic de Sarmatica Domitiani expeditione Hyperboreos commemorat paſſim Martialis. Vid. in primis 7, 6. Ad Iſtri fontes Pindarus Olymp. 3, 25. ubi vid. Schol. Nec conſentiunt Argonauticae expeditionis ſcriptores, quod ſolet fieri in mythicis narrationibus, etſi inde Hyperboreorum fama maxime vulgata eſt. Verſus ſeptemtrionem habet Orpheus v. 1075. et 1080. ad Eridani ripas, ubi electrum, Apollon. Rhod. 4, 614. Sic notante Schol. ad 2, 677. Poſidonius ad Italiae Alpes eos habitare ſcripſerat, et Protarchus apud Stephanum Rhipaeos montes, ubi alii commemorant, de Alpibus intelligit. Cf. ad 2, 4, 10. Hyperboreos aliquorum in Hiſpaniae Libyaeve litore occidentali quaerendos eſſe multis probare nititur Geſnerus ad calcem Orphei pag. 474 ſqq. Gallos etiam, qui Romam expugnarunt, Hyperboreos dixit Heraclides Ponticus, teſte Plutarcho in Camillo cap. 22. de quo cf. ad 2, 4, 10. Contra Celticam antiquo ſenſu in Oceani inſula Arctis ſubiecta Hecataeus apud Diodor. Sic. 2, 47. in. ubi cf. Weſſeling, qui Cel-

ticam de maritima et in ſeptemtrionem porrecta Germaniae regione intelligit; Geſnerus ad calcem Orphei p. 468. de Hiſpania et Hyperboreis ad Atlanta inde litia. Prope Atlantem et Heſperidum hortos conlocat Apollodorus 2, 5, 11. ubi cf. Heyne. Incertas autem ferri Hyperboreorum ſedes, non mirum cenſet Geſnerus c. l. pag. 464. cum nec ipſe Boreas, vel Aquilo, ultra quem locantur, certas habeat in auctoribus, in quam rem aliqua adtulit. Vulgo et plerumque Thraciae tribui notum eſt. Eſſe talem populum omnino negat Herodot. 4, 72. quem tamen refutat Eratoſthenes apud Strabon. 1. p. 42. ſ. 61. Et ſic Plinius 4, 27. ſ. 13. propter tot auctorum teſtimonia negare non audet. Ex fabulis eos adierunt Argonautae, (Orpheus v. 1075. —) Medea, diſſimulata forma, (Diodor. Sic. 4, 51.) Perſeus, (Pindarus Pyth. 10, 48.) Hercules. (Pindar. Olymp. 3, 55. Apollodor. 2, 5, 11.) De illorum antiquis ſedibus non minus hodie variae proſtant virorum doctorum opiniones, quarum aliquae adferendae videntur. Sic Rudbeckius Atlant. P. 1. cap. 9. p. 366. a Suevonum gente et eorum antiquiſſimo rege *Borea* ſ. *Boreo* nomen arceſſit, ab eoque *Oferborne* dictos eſſe, quaſi celliſſima ſtirpe genitos. Rudbeckio ſuffragari videtur Hecataeus apud Diod. Sic. 2, 47. etſi repugnant, quos alii eis vicinos faciunt, Iſſedones, Arimaſpi. Sueoniam autem Rudbeckius Hyperboreorum inſulam eſſe contendit c. l. ubi plurima congeſſit. Eum ridet Perizon. ad Aelian. V. H. 2, 26. Ultra Thraciam ponit Banier c. l. pag. 130. quia ultra Aquilonem terrae veteribus incognitae fuerunt, et in Thracia Aquilonis ſedes ponitur. Cf. Ovid. Metam. 6. extr. et quae paullo ſuperius. Alii cum Strabone omnino ſeptemtrionales populos intelligunt, et quidem maxime colonos Graecorum in Ponti ſeptemtrionali litore, cuius cauſas petunt ex Graecis ritibus, Apollinis Delii cultu, et veſtigiis ſermonis in nominibus propriis. Vid. Weſſeling. ad Diodor. Sic. 2, 47. Herodot. 4, 32. Bayerus in diſſert. de Hyperboreis T. 11.

commentar. Petropolit. pag. 330 ſqq. (ubi et multa de ſacris in Delum miſſis) et in Chronol. Scyth. c. 1. T. 3. p. 345. Erneſti ad Callimach. in Delum v. 281. Commune omnium gentium Graecis ignotarum et in ſeptemtrionem remotiſſimarum nomen fuiſſe, probabiliter exiſtimat Perizon. ad Aelian. 2, 26. Et ſic Strabo 7. p. 204. f. 295. nomen Hyperboreorum et Rhipaeorum ignorationi illarum regionum deberi adfirmat. Freret (vid. Memoires — de Paris T. 18. p. 192 ſqq.) ita dictos videri putat, quoniam ultra montem *Boram*, quem Livius (45, 29, 8.) in Macedoniae et Paeoniae finibus ponit, incoluerint, de quo vid. Weſſeling. ad Herodot. c. 1. et de monte Drakenb. ad Liv. c. 1. TZSCHVCKE. Adparet hic, certe ultra Thraciam aquilōni datam fuiſſe ſedem, unde etiam pontus Euxinus 1, 19, 6. dicitur *vicinus aquilonibus*, non qui flarent ex Thracia, ſed ex ulteriore ſeptemtrione, quorum ſedem hic patet illos admoviſſe ipſi principio globi terreſtris. 1. GRONOVIVS *MS.*

Rhipaeos) De iis dictum ad 1, 19. extr. Ultra, vel ſuper eos montes etiam ab aliis poni, docuit Salmaſ. ad Solin. cap. 16. f. 21. p. m. 145. aliorumque fide refert Glycas Annal. P. 3. p. 181. (Ven.) Hinc Stephanus h. v. Ῥίπαια, ὄρος Ὑπερβορέων.

cardine) Ita refert ex noſtro, quod videtur, Boccatius de montibus h. v. Plinius 4, 26. f. 12. *Ibi creduntur eſſe cardines mundi, extremique ſiderum ambitus*, uti ex eo Solin. cap. 16. f. 21. Pro eo Martianus Capella lib. 6. p. 214. *apud quos axis continua motione torquetur.* Hinc *Hyperboreus ſeptemtrio* Virgil. Georg. 3, 381. et *finem habitationis humanae* illis adtribuit Martian. Capella lib. 6. pag. 214. TZSCHVCKE. Diximus ſupra [ad 1, 1.] ſub polo alterutro commodam habitationem eſſe non poſſe propter omnem illic naturae varietatem, vicibus rerum temporumque renaſcentem, abiectam.

Ideo non dubitarim falſum eſſe, quod Pomponius de ſitu tradidit. Nam ipſi etiam Ptolemaeo ultra 70 gradum declinationis ab aequatore non vergunt. Quamquam veriſſimum eſt, conſequens eſſe, ut 6 menſibus dies duret his, qui ſub polo agerent, ſi illic commodus locus habitationis foret, et e regione 6 menſium nox. Cauſa eſt, quod aequinoctialis horizon eſt polorum, hic autem per primum gradum arietis et obpoſitum primum gradum librae procurrit maximus parallelus cognominatus. Intelligo autem polos, ne quis obiter aliud ſentiat, duo illa in firmamento fixa immotaque puncta axem ſphaerae terminantia, ad quos circumagi mundum et ſiderum cardines eſſe eos, Aſtronomi tradidere, ne quis circulos me intelligere putet cum Varrone, qui, ut Gellius 3, 10. ſcribit, πόλου circulos vocavit, qui in ſphaera χρικωτῇ, hoc eſt pertuſa, ſive plana videri vix queant, velut hodie in aſtrolabiorum inſtrumentis minimi paralleli cernuntur circa punctum zenith, quos orbiculos Vitruvius quoque lib. 9. a Graecis πόλους nominari tradit; recentioribus non ipſa cardinum puncta, hoc eſt parallelorum centra intelligentibus. Plinius quoque [4, 26. ſ. 12.] in eandem ſententiam ſic habet: *Ibi creduntur eſſe cardines mundi extremique ſiderum ambitus, ſemeſtri luce et una die Solis averſi, ut non* (ita etiam verba invertit Harduinus; vulgo *non ut* —) *imperiti dixere, ab aequinoctio verno in auctumnum. Semel in anno ſolſtitio oriuntur iis Soles, brumaque ſemel occidunt.* Eum Solinus, [16. ſ. 21.] ut ſolet, ſecutus eſt. Per extremos ille ſiderum ambitus, circuitus extimarum ſtellarum in minimis parallelis intelligit, *una* vero *die* dixit, hoc eſt, continua, id quod Solini verba teſtantur. Quamquam non neſcio, maius eſſe id tempus aliquot diebus, quo ſolſtitialia, ſive aeſtiva ſigna ſol permeat, quam hoc ſit, quod ei per brumalia ſigna tranſeunti reſpondeat. Cauſa eius eſt *eccentricitas*. — Bene igitur verba Pomponii penſanda, ne quis putet parem omnino eſſe eius diei noctisque quanti-

tatem. Ceterum ſolſtitio latus ſolſtitii nimirum intellexit, ſicut bruma latus brumae, hoc eſt, hemicyclum brumalium ſignorum. A ſolſtitio enim ad usque maximum parallelum tota ſolis circumvolutio apud illos occaſu caret, ſicut e regione eius ambitus a brumalis ſolſtitii parallelo ad usque mediatorem ortu caret et e regione, ut 2, 77. [ſ. 79.] Plinius. Solſtitiales dies dixit eos, qui ab aequatore in ſolſtitium usque vergunt. Alioqui cum tantum unus ſit ſolſtitialis, unius lateris dies improprie ſolſtitiales dicerentur. *Averſum* vero doctiſſime dixit, [Plinius] quod illis propter maximam elongationem ſemper ad latera immineat, nunquam ad zenith, quemadmodum nobis inclinet. — VADIANVS. Plinius [c. l.] manifeſte erravit, et Hyperboreos cum Thulitis confudit, cum tamen Hyperborei ſub ipſo mundi cardine deſcribantur, hoc eſt, ſub polo mundi, Thule vero directe polo Zodiaci ſubſit, iuxta hypotheſin Melae. Recte vero de illis, qui in Thule habitant, hoc eſt, de Norwagis, Lapponibus et Islandis, ſub arctico ſitis circulo, dicitur, ſolſtitio iis ſolem ſemel oriri, bruma vero ſemel occidere. Cum enim per totum annum ſol iis quotidie oriatur et occidat, duobus tantum temporibus id non contingit, ſolſtitio nempe et bruma. Solſtitio quippe cum ſol 47 gradibus ſupra horizontem exſtat, tum non occidit, ſed toto ſuo circulo conſpicuus eſt, totusque quodammodo oritur ſimili atque fabuloſis Hyperboreis ortu, licet ad breve ſpatium. Bruma vero ſol iis occidit, quia tum non oritur; toto enim ſuo circulo ſub terram conditur. Itaque Thulitae uno tantum die ſolem averſum habebant, quod perperam Hyperboreis tribuit Plinius. VOSSIVS. Plinii loco ſuccurrere ſtuduit etiam Caelius Rhodiginus lection. antiqu. 16, 22. dum verbis transpoſitis ſic reſcribit: *Semeſtri luce et una die ab aequinoctio verno in auctumnum, non, ut imperiti dixere, ſolis averſi;* ſolſtitiales enim dies eſſe aeſtivos, brumamque pro hieme intelligendam. Alia illi ratione mederi ſtudet Salmaſ. in Solin.

16. I. 21. p. m. 146. dum reponit *adverſi*. Si enim ſemeſtrem habeant diem, ſolem iis eſſe debere adverſum, cum averſus noctem inferat. Poſt autem tacite reprehendit Melam, qui id tempus ſtatuat ab aequinoctio verno ad auctumnum, cum Plinius malit ab ſolſtitio ad brumam; ſolem igitur iis fuiſſe totos 6 menſes adverſum, totidemque averſum. Eius tamen explicationem nec probat ad Melam Voſſius, nec Rudbeckius in Atlantica P. 1. c. 9. §. 2. cui lux ſemeſtris eſt crepuſculum 6 menſium, cum ſit 72 gradus latitudinis, et Plinius recte dixiſſe videtur. Potiora etiam dabit Harduinus ad Plin. c. l.

iacent) De ſitu locorum non ſolum, ſed et de gentibus, ut hic. Sic Nepos 14, 4. in. 13, 2, 1.

verno) Sc. menſe Martio. Sed qui ex noſtris ultimum ſeptemtrionem navigarunt, quoad licuit, teſtantur, ſe amiſiſſe ſolem pridie nonas Novembris, nec recepiſſe niſi menſe Februario. I. GRONOVIVS *MS.* 1.

§. 2. *auguſta)* Non magna et ampla, ſed ſancta et venerabilis propter ſequentia. Nempe, quod Ovid. Faſtor. 1, 609. canit: *Sancta vocant Auguſta Patres, auguſta vocantur templa, Sacerdotum rite dicata manu.* Et ſic Dio Caſſius 53, 16. πάντα τὰ ἐντιμότατα καὶ τὰ ἱερώτατα αὔγουστα προσαγορεύεται. Sueton. in Aug. cap. 7. explicat *loca religioſa*, etſi haec, et in primis ſubiecta, a viris doctis recte cenſentur ex gloſſa irrepſiſſe. Plura dabunt de verbo, quos laudat Fabricius ad Dion. c. l. Ceterum hunc Melae locum fere reddit Boccatius de moribus l. v. Hyperboreus Oceanus.

aprica) Aut loci privata poſitione naturave, quemadmodum C. Caeſar [de B. G. 5, 12. extr.] Britanniae loca temperatiora eſſe ait, quam in Gallia, remiſſio-

ribus frigoribus, cum longe tamen amplius in ſeptentrionem abeant alicubi Britanniae; aut, quod verius duxero, fama pollicente, quod re ipſa non ſit. VADIANVS. Immo quamvis ſoli expoſita, non tamen aprica, cum ſol ibi ultra gradus 33 et 40 minuta appareat ſupra horizontem, unde radii eius, non nili leviter, eam perſtringunt, immo neque terrae vapores, aut nebulae illic ſeſe poſſint diſſipare. 1. GRONOVIVS *MS.* 1. Nec poſſit eam temperiem norunt. Plinius 4, 26. ſ. 12. cum augmento noſtrum reddidit: *Regio aprica, felici temperie, omni adflatu noxio carens.* Inde *clementiam coeli* praedicat Solinus c. l. vel *aëris* Martian. Capella lib. 6. p. m. 214. Εὔγειον καὶ πάμφορον, ἔτι δὲ εὐκρασίᾳ διαφέρουσαν eorum regionem vocat Hecataeus apud Diodor. 2, 47.

per ſe) Quod de aurea aetate praedicat Ovid. Metam. 1, 101. *ipſa quoque immunis raſtroque intacta, nec ullis Saucia vomeribus per ſe dabat omnia tellus.* Inde vero Hyperboreorum nomen felices indicare videtur, uti apud Aeſchyl. Choëphor. v. 371. ubi τύχης Ὑπερβορέου μείζων legitur. Nempe *per ſe* eleganter dicitur de illis, quae ſponte et ſine induſtria hominum, nullo cultore, ſed naturae dono proveniunt, uti docuit Burmannus ad Propert. 1, 2, 13. p. 27. et quos laudat Drakenb. ad Silium 11, 477. et viri docti ad Valer. Max. 5, 7, 1. Pro eo Noſter 3, 6, 10. *ſine cultu fertilis*, et, *profundere non ſata* 3, 10, 5. Si alias *per ſe* de factis, rebus geſtis, opibus, dicitur, eſt nullo adiuvante, de quo Scheffer ad Phaedr. 3, 10, 58. Graevius ad Cicer. pro Roſcio Comoedo c. 19. Cf. ad Eutrop. 3, 16. ſ. 10. Arborum fructibus et aqua Hyperboreos vivere, ex aliis refert Glycas Annal. P. 3. p. 181. (Venet.) De arboribus idem Plinius et Solinus cc. ll. qui tamen eos etiam ferere addunt et metere, quod bis anno fieri dicit Hecataeus apud Diodor. 2, 47. Μὴ κρεωφαγεῖν, ἀλλ' ἀκροδρύοις χρῆσθαι dicit Clemens Alex. Strom. 1. p. 396. (Potter.)

iuſtiſſimi) *Mores* omnino eorum laudat Martian. Capella 6. p. m. 214. Innocentiam Solinus c. l. Diſcordiam iis ignotam ſcribit Plin. c. l. δικαιοσύνην ἀσκεῖν aliorum fide Glycas Annal. P. 3. p. 181. (Ven.) δικαιοσύνην διδάσκεσθαι Clemens c. l. Iuſtiſſimos mores ſupra (1, 19, 20.) Arymphaeis tribuebat etiam Noſter, ut Seribus 3, 7, 1. omninoque Scytharum, innatam praedicat iuſtitiam et minime invidioſam libertatem Nicephorus Gregoras.

diutius) Mile annos vivere, teſte Strabone 15. p. 489. ſ. 711. ſcripſerunt Megaſthenes, Simonides, Pindarus aliique mythographi. *Prolixitatem vitae* iis etiam adtribuit Martianus Capella c. l. et Plin. 4, 26. ſ. 12. *gens annoſa degit aevo.* Idem alii de Seribus, (cf. ad 3, 7, 1.) et Noſter de Aethiopibus 3, 9, 1. Ceterum de hoc Melae loco expoſuit Geſnerus ad calcem Orphei in praeluſ. 2, 5. de veterum navigationibus extra columnas Herculis p. 467.

feſta) Sic *pax feſta* apud auctores. Vid. Burmann. ad Gratii Faliſci Cyneget. v. 487. Infert notionem laetitiae ſolemnioris et auguſtae, quare et *laetus* coniungit Tacitus hiſt. 5, 5. extr.

inrgia) Hinc Plin. c. l. *diſcordia ignota et aegritudo omnis.* Pherenicus apud Schol. Pindari Olymp. 3, 28. ἀπείρητοι πολέμοιο.

ſacris) Deorum cultum viritim gregatimque praedicant etiam Plinius et Martianus Capella cc. ll.

Apollinis) Ἀπόλλω μάλιστα τ. ἄλλων θεῶν παρ' αὐτοῖς τιμᾶσθαι etiam Diodor. 2, 47. Nempe Latonam ibi natam fabulabantur, unde Apollinis cultum arceſſit Diodor. Sic. 2, 47. Apollinem etiam tertium Iove tertio natum et Latona ex Hyperboreis Delum veniſſe,

fabulatum fide ſcribit Cicero de nat. Deor. 3, 23. Schol. Apollonii ad 2, 677. διὰ κ. ἐκεῖσε χωρῶν (Apollo) ὤφθη. Lucum, templum, urbem Apollinis apud eos commemorat Diodor. c. l. templum Pherenicus apud Schol. Pindari ad Olymp. 3, 28. et Tzetzes Chil. 7, 144. v. 677. Aelianus hiſt. an. 11, 1. ex Hecataeo, etiam de ſacrificio. Hinc Ἀπόλλωνος θεράποντα populum illum vocat Pindarus Olymp. 3, 29. Ex veterum Titanum ſanguine germinaſſe, tradit Pherenicus c. l. Titana autem de Apolline dici notum. Hinc Apollo undevigenis annis ſemel eorum inſulam adire, quo temporis ſpatio aſtra ad eundem ordinem redeant magnusque fiat annus, ſcribit ex Hecataeo Diod. c. l. item in ipſa adparitione Deum noctu cithara pſallere, choreasque agitare ab aequinoctio verno ad Pleiadum exordium, (de quo cf. Geſner. c. l. p. 469 ſq.) urbis autem imperium templique curam eſſe penes Boreadas, Boreae progeniem, qui ſucceſſione ſe excipiant. De Boreae filiis, Apollini ſacris, etiam Aelian. c. l. Antiquitatem fabulae de commeatu illo Apollinis adtigit etiam Apollon. Rhod. 2, 677. ubi et Schol. de cultu eius. Commemorantur autem in victimis praecipue aſini, veluti apud Pindar. Pyth. 10, 51. (ubi ὄνων ἑκατόμβαι) Callimach. fragm. 187. 188. (ubi ὀνοσφαγίαι) Euſtath. ad Homer. Il. 1, 40. pag. 27. Baſ. ex Pindaro, Antonin. Liberal. cap. 20. Clement. in Protreptico p. 8. et quae habet Geſnerus T. 2. commentar. Goetting. p. 33 ſq. etſi de eo dubitat Bochart. in Hierozoico 2, 19. 230. quod in Scythia, cuius populum cum aliis facit Hyperboreos, nec aſinus, nec mulus reperiatur, illaque animalia frigoris ſint impatientia. Cf. tamen Verheyk. ad Antonin. Lib. cap. 20. p. 129. et Geſnerus ad calcem Orphei pag. 477. qui et hac de cauſa Hyperboreos in Hiſpaniae, vel Libyae occidentali litore quaerit.

operati) Verbum de ſacrificiis ſolemne, ut Gr. ἔρδειν, ῥέζειν. Sic *operari ſacris* Liv. 1, 31. f. 21, 22, 6.

divis Horat. 3. od. 14, 6. *Deo* Tibull. 2, 1, 9. et 5, 95. *Cereri* Virgil. Georg. 1, 359. Sed praeter viros doctos ad c. l. plura dabunt Lipſius ad Taciti Annal. 2, 14. in. Barth. et Vlitius ad Gratii Cyneg. v. 42. Tennulius ad Frontin. 4, 7, 44. Oudend. ad Obſequ. cap. 71. p. 57. ubi et hic locus adfertur, Drakenb. ad Liv. 10, 39. 2. et quos laudat Bentleius ad Horat. odd. 3, 14, 6. ubi exempla ſat multa.

primitias) Frugum primitias vocat Plin. 4, 26. ſ. 12. Solin. 16. f. 21. At Mela de ſacris intellexit, ut ſint ſacrorum primitiae, quod tuetur Salmaſ. ad Solin. c. l. p. m. 147. Explicat autem θυμάτων, proſicias ex immolata hoſtia extorumque partes. Has enim innexas ſtipula frumenti Delum mittebant. Adparet ex Herodoto 4, 33. ubi vocantur ἱρὰ ἐνδεδεμένα (al. ἐνδεδυμένα) ἐν καλάμῳ πυρῶν. Sic Pauſan. 1, 31. τ. ἀπαρχὰς κεκρύφθαι ἐν καλάμῳ πυρῶν dicit, γινώσκεσθαι δὲ ὑπ' οὐδενῶν, et Servius ad Virgil. Aen. 11, 532. ſacra in inſulam Delum occultata in faſcibus mergitum pertuliſſe, qui ſic de involucris paullum discrepat. Callimachus in Delum v. 283. ἱερὰ δράγματα ἀσταχύων vocat. Inde vero Plinii errorem natum putat Salmaſius. Porphyr. de abſtinentia animal. 2, 19. Hyperboreos vocat ἀμαλλοφόρους, Servius ad Aen. 11, 858. οὐλοφόρους. Plura de iis ſacris dabit Spanhemius ad Callimachum c. l. qui ſimul impugnat Salmaſium, quod de proſiciis ex immolata hoſtia explicet, cum omnes auctores tantum commemorent ἱρὰ ſ. ἱερὰ aut ἀπαρχὰς ſimpliciter, aut ſacrorum primitias. Plinius etiam diſerte *frugum primitias* dicat, quo ſenſu ἱερὰ intelligi ex uſu linguae poſſe. Spanhemio adſentitur Valckenarius ad Herodot. c. l. Et iam ante Thomas Graevius ad Callim. c. l. monuerat, propter ὀνοσφαγίαν ferri non poſſe Salmaſii explicationem, et Melae ſacrorum primitias intelligit de primitiis ad ſacra facienda. Vid. etiam, quae contra Salmaſium disputavit Gedoyn in recherches

ſur les Hyperboréens in memoires — de Paris Vol. 7. p. 123. ubi et de primitiis frugum explicat *gerbes de blad* ſ. *javelles*. Ceterum praeter ſuperiores auctores de iis ſacris et ritu narrant etiam alii, quos recenſuit Spanhem. c. l. Vid. etiam Valckenar. ad Herod. 4, 33. Heraldus in animadverſ. ad Iamblichum p. 169 ſq. ubi plurima loca conlegit; et quos ſupra laudavi de Hyperboreis, Bayerus, Gedoyn, Banier, Freret, qui multa de his ſacrificiis eorumque ritu adtulerunt. Ceterum ex Callimacho ſua Mela hauſiſſe putat Stephanus in praefatione. Ita verò etiam Abaris Scytha a popularibus ſuis Athenas legatus cum ἀπαρχαῖς miſſus eſt, ut Cererem Athenienſes pro Scythis exorta per terrarum orbem ſterilitate et fame expiarent, quae ſacrificia Προηροσία dicta ſunt, uti narrant Suidas ſ. v. Ἄβαρις et Schol. Ariſtoph. ad Equit. v. 725. An in eadem cauſa quaeri poſſit origo eius ritus, ignoro.

virgines) Sic omnino cum Mela Plinius et Solinus. Alii earum nomina adferunt. Ab Herodoto 4, 33. duae commemorantur, quae primum tulerunt, *Hyperoche* et *Laodice*, quem ſecutus eſt Clemens c. l. Subiicit tamen aliam Deliorum narrationem Herodotus, qua antea id fecerint *Arge* et *Opis*. Pro *Opis* in Callimacho in Delum v. 292. eſt *Upis*, pro *Arge* eſt *Hecaerge*, quae et agnoſcunt alii, uti Pauſan. 5, 7. Servius ad Virgil. Aen. 11, 532. et 858. quae omnia pluribus exponuntur a Salmaſio ad duas inſcrr. Herodis — p. 17 ſq. et Spanhemio ad Callimach. v. 292. Opin ex Hyperboreis adveniſſe ſcribit et Apollodor. 1, 4, 4. in Deloque manſiſſe putat Heyne ad Virgil. Aen. 11, 532. Ab ipſo Callimacho additur tertia *Loxo*, omnes Boreae filiae. Virginibus autem iis comites fuerunt viri, de quibus deinde.

per populos) Ab Hyperboreis ad Scythas et inde ad finitimos transitu narrat Herodot. 4, 33. Arimaſpos

habet Paulan. 1, 312. hinc Iſſedones, quos ſequantur Scythae et deinceps alii. At pro Scythis omnino Arimaſpos ponit Callimach. in Del. v. 291. ad quem etiam de curſu hoc plura Spanhemius. Primum autem detulerunt virgines, additis quinque viae comitibus maribus, popularibus iisdem, qui cum non rediiſſent, inde per populos miſerunt, ut refert Herodot. 4, 33. Adhibitis autem tibiis, citharis et fiſtulis ſacra Delum miſiſſe, narrat Plutarch. de muſica p. 665. (Opp. Vol. 10. Lipſ.)

vitio) Plinius 4, 26. ſ. 12. *donec violata fide in proximis accolarum finibus deponere ſacra ea inſtituere, hique ad conterminos deferre, utque ita Delon usque.* Solinus 16. ſ. 21. *Virgines quoniam perfidia hoſpitum non illibatae reveniſſent, devotionis, quam peregre proſequebantur, pontificium mox intra fines ſuos receperunt.* Iuvenes illos non rediiſſe refert etiam Callimachus in Del. v. 294. At cum diu ſervatum illum morem per populos mittendi Noſter tradat, diſcedit ab Herodoto, quem ſequitur et Plinius. *Temerare* autem quorſum pertineat, ex Herodoto et Plinio intelligitur. Eſt enim h. l. violare res ſacras, iisque manus impias inferre, uti pluribus docuerunt viri docti, quos laudat ad Sil. Ital. 1, 11. Ruperti, et quae ipſe adfert ad 3, 499. Hinc etiam ex gloſſa cum *violare* commutatur, de quo Heinſ. ad Ovid. Amor. 1, 8, 19. Faſt. 1, 630. et alibi. Mox et hoc ipſum, quod per populos mittebant, excoleviſſe adfirmat Plinius c. l. idemque de ſuo tempore adfirmat Iamblichus c. l. TZSCH. Quod Apollodorus lib. 1. [c. 4. f.] ſcribit, contigiſſe per Orionem, unde patet non dicenda, non credenda antiquitas. 1. GRONOVIVS *MS.*

Habitant) Plin. 4, 26. ſ. 12. *domus iis nemora lucique*, et ex eo Solinus c. l. Idem de Arymphaeis Noſter 1, 19. extr. ubi vid. notata.

ſatietas) Plinius c. l. ſic: *Mors non niſi ſatietate vitae, epulatis delibutoque ſenio luxu ex quadam rupe in mare ſalientibus.* Solinus c. l. *quos ſatietas tenet vitae, epulati delibutique de rupe nota praecipitem caſum in mare profundum deſtinant.* Ita Ceos, ſenectute confectos, cicutam bibere narrat Aelian. V. H. 3, 37.

ſertis) Tamquam in re laeta, ſolemni et ſacra, ubi coronarum uſus valuit. Sic Cei apud Aelian. c. l. ubi vid. Perizon. et ad 3, 3.

§. 3. *mare Caſpium)* Gr. Κασπία θάλασσα, uti Herodot. 1, 203. Stephanus h. v. aliique. Poetae ex more varia mutatione pro mari alia ſubſtituunt, veluti Dionyſ. v. 53. 706. Κασπίη Ἀμφιτρίτη, Avienus in ora maritima v. 891. *Caſpia Tethys.* Sic Curtius 7, 3, 19. *Caſpium fretum.* ἅλς Κασπίη Dionyſ. v. 719. Sed haec uſitata et nota in adpellativo nomine. Κασπὶς etiam ſimpliciter eſt apud Dionyſ. v. 748, vel addito ἅλμη v. 729. A *Caſpius* autem Stephanus ducit Κασπιανὲς, quod et auctores probant. Et ſic Κασπιανὴ θάλασσα Eratoſthenes apud Schol. Apollonii ad 2, 1251. Κασπιὰς praeterea habet Dionyſ. v. 1064. Latini *Caſpiacus.* Modo late, modo auguſte dici, noſter ipſe monuit. Arabibus dicitur mare *Chozar*, ut adparet ex Geogr. Nub. clim. 5. part. 7. A Caſpiis accolis nomen ducit Euſtathius ad Dionyſ. v. 730. ubi etiam ſimul monet, ab Hyrcanis dici Τρκανίαν θάλατταν, quod praefert Ptolemaeus 5, 13. 6, 9. et de utroque adfirmat diſerte Strabo 2. p. 83. ſ. 121. et Agathemerus 1, 3. Dionyſ. v. 50. Ptolem. 5, 9. aliique. Latini *mare Hyrcanum*, ut Propert. 2, 30, 26. (ſ. 2, 23, 66.) vel *Hyrcanium*, uti mox. Noſter addit, *Scythicum*, et de ſingulorum nominum ratione et uſu exponit. Hinc Plinius 6, 14. ſ. 13. *Hyrcanium* et *Caſpium* mare diſtinguit. Poſt primum *ſinum* eius vocat *Scythicum*, ob Scythas accolas; *Albanum mare*,

urbi habitant Albani, quos ad Hyrcanum ponit Mela. Sinum Caſpium vocat etiam cum Noſtro Plin. 2, 68. qui inde a Cyro Caſpium mare vocari ſcribit 6, 15. f. 13. Κασπίη θάλασσα, etſi Κασπία eſſe videatur, apud Apollon. 4, 135. διὰ τὸ συνάπτειν τῇ Κασπίῃ, melius tamen ad Pontum Euxinum referri monuit etiam Scholiaſtes. Formam eius et ambitum variè deſcribunt veteres. Dionyſ. v. 718. eius σχῆμα facit περίδρομον ἀμφιέλικτον. Ptolemaeus, teſte ibi Euſtathio, σφενδόνῃ ἐοικυῖαν dixit. Agathemero 1, 3. eſt μηνοειδὴς, aliis, quod addit, πρωμήκης. Strabo 11. p. 349. f. 507. primo artum facit, unde ſenſim ad latitudinem 5000 ſtadiorum diſtendatur. Ibi etiam de ambitu ex Eratoſthenis ſententia, cuius et repetitionem habes in Plinio 4, 15. f. 13. Herodotus 1, 203. longius porrectum pro portione latitudinis prodit, probante Bayero in opuſculis (ed. Klotzii) p. 85. quod ita ſe habere a Ruſſis initio ſaeculi deprenſum ſit. Ante etiam magis ab occidente ad orientem, quam a ſeptemtrione ad meridiem extentum eſſe putabatur, donec de l'Isle veram formam ex Ruſſorum commentariis in tabula ſua exhiberet. Cf. hiſt. de l'academie — de Paris T. 12. p. 64. Computat autem dimenſionem Herodotus ex curſu navis, quae remis agatur, ut longitudo ſit dierum 15, latitudo 8. Plinius 6, 10. f. 13. ex Agrippa de longitudine adfert 490 M. P. de latitudine 290 M. P. Agathemer. 2, 14. ab oſtiis Cyri ad oſtia Iaxartis ſtadiorum facit 8200 i. e. 1025 M. P. ſeu ipſius calculo 1094. latitudinem non excedere vult ſtadia 2500 i. e. 312 M. P. (ipſe 334.) Quod trium menſium navigatione in eo luſtrando opus ſit, poetice adfirmat Dionyſ. v. 721. eiusque interpretes. Hodie putatur extendi in longitudinem a ſeptemtrione verſus auſtrum 140 miliaria Geographica, latitudinem, ubi maxime coartatur, 24. De eius emenſionibus et tabulis recentiora dabit Borhek Erdbeſchreibung von Aſien T. 1. p. 165 ſq. De eius ambitu teſtis αὐτόπτης Adam Olearius in Moſcovitiſchen und Perſi-

ſchen Reiſebeſchr. T. 4. cap. 16. p. 405 ſq. qui adſirmat, longitudinem a ſeptemtrione (*Aſtrakan*) ad meridiem (*Ferabath*) eſſe 8° ſ. 120 miliarium, latitudinem ab oriente ad occaſum ſ. a *Chureſm* ad *montes Circaſſios* 6° ſ. 90 miliarium. Veteres aliter. TZSCHUCKE. Quod Olearius ait, mare hoc extendi, non ab ortu in occaſum, ſed a meridie boream verſus, in eo omnino fallitur. Occiduam tantum maris Caſpii partem exploravit, nempe litus, quod ab oſtiis Volgae usque ad Ferabath oppidum dirigitur, ac ſummam maris latitudinem efficit. Intervallum hoc componit cum 120 leucis Germanicis. Haec menſura convenit ſatis bene cum illa Herodoti. Navigationem namque unius diei Graeci includunt ſtadiis quingentis. Octidui itaque navigatio efficit ſtadia quater mile, quae conficiunt leucas Germanicas 125. Convenit quoque Geographus Nubienſis, qui ſeptem dierum navigatione latitudinem huius maris emetiri ſcribit. Nempe ſpatium, quod eſt a promuntorio *Tabruſtan*, in exſtantiſſimum *Nagajae* promuntorium, ideoque unum diem abſtulit. Longitudinem maris non perluſtravit Olearius, ſed perluſtrarunt cum alii, tum quoque Antonius Ienkinſonus, Anglus, ante centum circiter annos, qui totum litus ſeptemtrionale, quod ab oſtiis Volgae ad Iaxartis oſtia extenditur, enavigavit. Scribit is, mare hoc porrigi ad 200 leucas Germanicas, cum Olearius non ultra 90 leucas numeret; adeo nempe ſpatia et intervalla omnia contraxit. Ab oſtiis *Volgae* ad *Baglatan* promuntorium numerat Ienkinſonus 74 leucas. At vero in tabulis Olearii ne dimidia quidem portio huius intervalli exprimitur, unde apparet, illum mediam partem maris Caſpii amputaſſe, et terris attribuiſſe. — Maneat igitur hoc mare porrectum ab ortu in occaſum, ſi non ad 15 dierum navigationem, ſaltem ne in tam arcta ſpatia, atque Olearius aut Scaliger fecere, conſtringatur eius longitudo. Non veteres tantum, ſed et Arabes in eo conveniunt. Quod autem in menſura non conveniant,

id eo evenit, quod minus exploratum habuerint latus ſeptemtrionale. Non displicet Eratoſthenis menſura, verum ita, uti eſt apud Strabonem, non apud Plinium, cuius numeri ex Strabone emendandi, alias ne ſibi quidem ipſi conſtaret Plinius. Eratoſthenes vero partis ſibi compertae menſuram prodit ſtadiorum 12600, ſive millium paſſuum 1575, ut habet Plinius. Verum hic deeſt ſpatium, quod ab oſtiis Volgae ſive Rha fluminis usque ad Iaxartem excurrit. Huic ſi iuxta Ienkinſonum tribueris 166 leucas Germanicas, habebis totum maris Caſpii ambitum leucarum quingentarum fere et ſexaginta. vossivs. Tum de eo duplex fertur auctorum narratio, utrum ſeparatum ſit mare, an cum aliis coniunctum. Prius exiſtimant Herodot. 1, 203. (*θάλασσα ἐπ' ἑωϋτῆς*) Ariſtoteles Meteorol. 2, 1. Diodor. 18, 5. Ptolemaeus apud Euſtathium ad Dionyſ. v. 48. et 718. Ceteri fere omnes ex Oceano ſeptemtrionali (*Κρονίαν ἅλα* etiam vocat Dionyſ. v. 48. *Scythicum Oceanum* Plin. 6, 15. ſ. 13.) derivant et ſinum eius faciunt. Cf. Mela 1, 1, 3. et Strabo 11. p. 349. ſ. 506. — Secundum Stephanum h. v. barbari *Oceanum* vocant, Aſiae populi *mare magnum*, Graeci *Atlanticum*. Hinc et Ariſtoteli falſo adſcribi iudicant librum de mundo, quippe in quo (cap. 3.) idem tradit, cum priorem ſententiam praeferat Meteorol. 2, 1. Cf. Kappius in excurſu 1. ad illum librum pag. 345. Hinc Oceanus eius *pater* vocatur ab Avieno v. 903. Utramque opinionem conciliare quidam ſic tentarunt, ut dicerent, ſubterraneis meatibus cum Oceano coniunctum eſſe hoc mare, uti diſcitur ex Euſtathio c. l. Anſam dedit illi opinioni Alexandri expeditio in Indiam, et in primis praefectus eius Patrocles, uti adparet ex Strabone 2. p. 51. ſ. 74. Plinio 6, 21. ſ. 17. Cf. Cluver. in Germ. ant. 1, 1. p. 15. Is nempe ad Indiam navigari poſſe adfirmaverat, eiusque auctoritatem et geographiae peritiam laudat Strabo lib. 2. in. et ſq. quam et cum Eratoſthene hic ſequi maluit, quam aliorum narrationes.

Poſt etiam partem, quae ex Indico mari in Caſpium vergit, Macedonum armis pernavigatam, Seleuco et Antiocho regnantibus, qui et Seleucida atque Antiochida ab ipſis adpellari voluere, refert Plin. 2, 67. At plus ille ſe vidiſſe iactabat, quam videre potuerat. Quod putat Harduinus ad Plin. 6, 15. f. 13. Volgae (Rha) fl. oſtium fretum anguſtum credidit, quo ſe Scythicum mare ſ. ſeptemtrionale in Caſpium effunderet. Diligentius hanc veterum opinionem eiusque originem excuſſit Penzel. ad Strabon. T. 1. pag. 342. Cum veteres utramque eius oram adierint, et ad Volgae oſtium certe penetrarint, diſerteque oſtium ſatis latum commemorent cum accolis, putat oſtium eos profecto vidiſſe. Si quis, quale illud ſit, quaerat, aut, ſic ille porro, orientis, inquit, hiberni latus cohaeſit olim cum lacu *Aral*, quem Oceani partem credebant, eiusque canalis nunc eſt exſiccatus, aut in exitu Volgae errarunt et pro parte maris habuerunt. Poſterius probat, cum priori ſententiae obſtent montanae inter Aral et mare Caſpium regiones. At adblanditur, quod veteres cum Mela Iaxarten (h. Sir Darja) in Scythicum huius maris ſinum educunt, unde in his terris rerum converſio accidiſſe videtur. Nec magis recentiores conſentiunt. Quidam enim commeatum eius cum aliis probant. Ita Pallas (Reiſe durch das Ruſſiſche Reich T. 3. p. 569 ſqq.) ſuſpicatur, cum Ponto Euxino coniunctum fuiſſe, idque pluribus evincere nititur. Tum vero Don et Volgam fluvios (Tanain et Rha) alia oſtia habuiſſe, hunc fere circa *Dmitrefsk*, illum in confluente *Donez*, quod adparere dicit ex hodierno ſitu excelſioris terrae. (Vid. p. 575.) Aliter Sauveboeuf, (Reiſen T. 1. p. 232.) qui putat per hiatum prope Aſtarabad in Maſanderan, Perſidis provincia, cum ſinu Perſico cohaerere, quod quidem credatur et videatur. De illo hiatu, in quem ſe praecipitet, unde ſubter montes abſorbeatur, ante eum iam retulit Olearius c. l. Denique, quod equidem cognovi,

per canalem, quem inchoaverat Petrus I. perfecerat Catharina II. prope *Wiſchnei-Wolotſchok* connectitur cum mari Baltico. Deſcribit eum prolixe teſtis αὐτόπτης Coxe. (Reiſen Vol. 2. p. 197 ſq.) At hinc apud veteres ſinus adpellatur, eiusque oſtium et os commemoratur. Ceterum adulatores Alex. M. paludem Maeotida iactarunt, ut ad Tanain adeo penetraſſe videretur, de quo vid. Strabo 11. p. 351. ſ. 509. et Curtius 6, 4, 18 ſq. qui ideo miſere miſcet. Melius Arrianus de exped. Alex. 7, 16. qui Alexandrum refert maris eius initia tum nondum cognita explorare voluiſſe. Cf. Salmaſ. ad Solin. cap. 38. ſ. 41. p. m. 560. Sec. Plutarch. in Alex. cap. 44. Alexander credidit ipſe, Maeotida lacum illuc reſtagnare. Minime tamen audiendus eſt Rudbeck in Atlantica P. 3. cap. 10. §. 18. p. 329. quippe qui putat, mare Balticum a Mela cum Caſpio confundi, quod non hoc, ſed illud 3 habeat ſinus. Nuper Caſpium mare in tabula propoſuit Zach. (in monatliche Correſpondenz T. 3.) Hodie dicitur Perſis *Kolſum*, Turcis *Bahri Gaſe*, Ruſſis *Chwaliuskoi Mora*, Georgiis *Sgwao*, Armeniis *Sooſ*. Alia etiam nomina traxit ab accolentibus. Cf. Borhek. Erdbeſchr. von Aſien T. 1. p. 103. In medio aevo *Deria Baku* ab urbe cum portu. Vid. Herbelot bibl. Orient. h. v.

irrumpit) Plinius 6, 15. ſ. 13. ſic etiam fert: *irrumpit artis faucibus, et in longitudinem ſpatioſis. At ubi coepit in latitudinem pandi, lunatis obliquatur cornibus.* Irrumpere autem uſitatum de maribus, quae ex Oceano terris infunduntur, ut exemplis docuit Salmaſ. ad Solin. 17. ſ. 21. p. m. 148.

atrox) Navigationem eſſe periculoſam, ſaxis moleſtam, et tempeſtatibus expoſitam, adfirmat etiam Sauveboeuf. (Reiſen T. 1. p. 232 ſq.) De ipſa navigatione olim in utramque partem narratum eſſe, adparet ex Strabone 11. p. 350 ſq. ſ. 509.

portubus) Salluſt. Iug. cap. 17, 5. *Mare ſaevum, importuoſum,* ubi Corte exponit *importuoſum,* quod procellis eſt expoſitum, et in litore nullos portus habet. Poſterius proprie huc pertinet, uti ſequentia in Noſtro docent, et priora aliunde arceſſuntur. Portus tamen hodie inveniri, adfirmant recentiores.

beluis) Curtius 6, 4, 18. Diodor. Sic. 17, 75. ingentis magnitudinis ſerpentes commemorant. At, quod iam monui, Curtius in hoc mari egregie erravit et hallucinatus eſt. Qui de illo hodie retulerunt, unum piſcem gravem eſſe et metuendum, *Nacke* i. e. abſorbentem, adeo vaſtum et validum, ut, cum caput in aquam immerſit, arrecta cauda, navigium, non navim quidem, evertere poſſit. Caues etiam marini conſpiciuntur. Ceterum etſi piſcoſum mare non ſit, capi tamen adfirmant in primis ſturiones, (Störe) huſones (Hauſen). Cf. Borhek. c. l, et Sauveboeuf. (Reiſen T. 1. p. 233.) Piſces tamen omnis generis in eo gigni narravit Diodor. Sic. 17, 75.

§. 4. *Scythae)* Ultra ſinum Scythas Nomadas habitare tunc incognitos, refert etiam Arrianus de exped. Alex. 7, 16. Magis expoſite Strabo 11. p. 349. ſ. 507. Εἰσπλέοντι ἐν δεξιᾷ μὲν τοῖς Εὐρωπαίοις οἱ συνεχεῖς Σκύθαι νέμονται καὶ Σαρμάται οἱ μεταξὺ τοῦ Τανάϊδος καὶ τῆς θαλάσσης ταύτης, νομάδες οἱ πλείους· ἐν ἀριστερᾷ δ' οἱ πρὸς ἕω Σκύθαι νομάδες, καὶ οὕτω μέχρι τῆς πρὸς ἕω θαλάττης καὶ τῆς Ἰνδικῆς παρατείνοντες. Tum monet, ſeptemtrionales populos omnes a priſcis Graecis vocatos eſſe Scythas et Celto-Scythas. Plinius 6, 15. ſ. 13. ab introitu dextra ponit Udinos, Scytharum populum. Adparet autem ex ſequentibus, ſitum horum populorum non ad Scythicum maris ſinum, vel partem referendum eſſe, quae eſt ad ſiniſtram, ſed ad aditum maris, vel oſtium. Ceterum de populis, qui ipſum mare accolunt, expoſuerunt Strabo c. l. et ſqq. Plin. 6, 15 ſq.

ſ. 13 ſq. Dionyſ. v. 728 ſqq. Ex ſcriptoribus Byzantinis recenſuit Stritterus in memoriis populorum.

freti litoribus) Hoc eſt, invitati et ſuſtentati litorum fertilitate et amoenitate ad paſtum pecorum. GOOYVS.

Caſpii) Gr. Κάσπιοι, ut Strabo 11. p. 354. ſ. 514. et alibi cum aliis. Κάσπιοι ἄνδρες Dionyſ. v. 730. *Caſpiadae* ſunt Valerio Flacco 6, 107. *Caſpiani* apud Noſtrum 1, 2, 4. ubi disputatur, an ſint iidem, qui Caſpii. Inde Κασπιανὴ de eorum regione, quam ad Albaniam refert Strabo 11. p. 346. ſ. 502. Ab his dictum eſſe Caſpium mare, Strabo notat c. l. aliique. Scythicam gentem facit Euſtathius ad Dionyſ. v. 730. et multa ex aliorum narrationibus adfert de fertilitate mellis, vitium et ficuum. Ipſi ſenes, in quibus etiam parentes, 70 annorum incluſos fame necabant. Strabo 11. p. 356. ſ. 517. et paullo inferius. In exercitu olim Xerxis militaſſe, ſcribit Herodot. 7, 67. et 87. At Strabonis aetate ἔθνος erat ἀφανὲς, uti adfirmat 11. p. 346. ſ. 502. Illorum antiqua ſedes ad Caſpium mare commemoratur a Mela, concinentibus aliis. Strabo c. l. ad Albaniam refert; ipſam gentem ſuo tempore obſcuram fuiſſe addit. Discedit Ptolemaeus 6, 2. qui Mediae occidentalem partem verſus Armeniam habitare dicit. Si Uphagenium in parergis hiſtoricis p. 120. audiamus, Caſpii ſ. Kapzakii olim magnam Aſiae partem tenuerunt. (Strabo 11. Stephanus p. 457.) Polybio (lib. 10.) ſunt Aſpaſiacae. Reliquiae poſt acceſſerunt partim Baſchkiriis, partim Kirgis-Kaiſakkis. Equidem ſententiae eius partes tuendas minime ſuſceperim. Nihil eiusmodi habent Strabo et Stephanus, et Polybii lib. 10. cap. 48. (Schweigh.) Aſpaſiacae habitarunt intra Oxum et Iaxarten, quem ille male pro Tanai habet, longe hinc remoti ad Scythicum, quem Noſter facit, ſinum.

Sauromatides) Sic adpellat cum Plinio 6, 15. ſ. 13. ut diſtinguat ab iis, quae ad Thermodontem in Ponto 1, 19. deſcripſerat. Simpliciter eas Amazonas vocat, ultra quas Hyperborei ſunt, 1, 2, 4. et ſic Plinius 6, 14. ſ. 13. qui cum aliis populis in hac etiam ſerie ponit. Cf. etiam 6, 15. ſ. 13. Ephorus apud Stephanum Amazones, quas tunc Sauromatides vocatas eſſe adfirmat, ad Thermodontem producit, ubi quidem olim habitaſſe multi auctores ſcribunt, de quo alibi dictum eſt. *Sauromatides* autem, quam vocem Scholiaſtae Iuvenalis ad 2. in. reſtituit Holſten. ad Stephanum pag. 29. dictae ſunt ex congreſſu cum Sauromatis, de quo Herodot. 4, 110 ſqq. Dionyſ. v. 657. et ibi Euſtathius, auctor anonym. in periplo Ponti Euxini ex Ephoro in. At iidem id factum eſſe narrant, relicta antiqua circa Thermodontem ſede, et Herodotus diſerte addit, peſtea traiecto Tanai, trium dierum itinere confecto, conceſſiſſe verſus orientem et trium a Maeotide verſus aquilonem. Ita Amazones ponuntur in montibus ultra Albaniam ſitis, vel ad Caucaſum, qua mare Hyrcanum ſpectat, interiectique iis et Albanis habitarunt Gelae et Leges. vid. Theophanes apud Strabon. 11, p. 347. ſ. 503. et Plutarch. in Pompeio cap. 35. Gelae autem, teſte Plinio 6, 18. ſ. 16. iidem ſunt, quos Graeci Caduſios adpellavere, et ſuper Caſpium ſinum ponit Mela 1, 2, 5. uti Caduſiam et Albaniam in ora maris Caſpii Plin. 6, 15. ſ. 13. Inferius verſus meridiem Gelae ponit, ut Caduſios, Ptolemaeus 6, 2. Sunt tamen, qui quaſi Σαυροπάτιδες dictas putent, uti Euſtath. ad Dionyſ. v. 828. quia non μάζαις, ſed carnibus (κρέασιν) veſcerentur. Atque ſic ipſum Amazonum nomen ortum volunt Etymol. M. et Euſtath. ad Homer. Il. 3, 189. p. m. 305. qui teſtudinibus, lacertis, ſerpentibus veſci ſolitas fuiſſe ſcribit. De ipſis Amazonibus, qui omnino ſcripſerunt, et veteres, et recentiores, cf. Fiſcher. ad Palaephat. cap. 33. et in indice h. v. quibus acceſſit nuper Lüne-

manu in deſcriptione Caucaſi pag. 39. qui putat faiſſe feminas bellatrices.

Albani) Gr. Ἀλβανοί. Ipſorum regio Ἀλβανία. Strabo 11. pag. 345. f. 501. de his ſic: τοῦ νομαδικοῦ γένους ἐγγυτέρω, πλὴν οὐκ ἀλλότριοι. Plinius 6, 15. f. 13. ab Iaſone ortos putat, ut Solinus cap. 15. f. 80. qui a capillorum colore genti nomen datum eſſe addit, quod refutat Salmaſ. ad c. l. p. m. 134. cum illorum populorum nullus habeat nomen Latinum, porro non omnes, ſed quidam tantum a pueritia ſtatim cani fiant, (Plin. 7, 2. Gellius 9, 4.) denique *album*, aut *albanum* pro cano Latinis non dicatur, ſed album magis de colore cutis. De origine Theſſalica ex Iaſone vid. etiam Tacit. Ann. 6, 34. Juſtin. 42, 3, 4. Herculem ex Italia ab Albano monte, cum, Geryone exſtincto, eius armenta per Italiam duceret, ſecutos eſſe ex quorundam opinione refert. *Alanos* eosdem poſt dictos eſſe putant quidam, uti et diſerte adfirmat Zonaras lib. 15. in. At Alani diverſo ſitu in auctoribus adparent, etſi in eo non omnes conſentiunt. Ponunt tamen plerique ad Maeotida paludem et Tanaim, velut Claudian. in Rufin. 1, 314. Ioſephus de B. Iud. 7, 27. (7,) 4. et quos produxit Cellarius in Geogr. ant. 2, 6, 22. Sic Alanos ad paludem Maeotida ponit Conſtantinus Porphyrog. de adminiſtr. imperii cap. 43. et infra ad Pontum Abaſgiam; prope Boan (Phalida) ad Caucaſum Procop. de bello Perſ. 2, 29. a Caucaſo ad portas Caſpias idem de B. Goth. 4, 3. quae ultitate inter Mediam et Parthiam ponuntur. Vid. Cellarius in Geogr. ant. 3, 18, 21. Finitimos eis facit Zonaras 15, 1. Abaſgos, quos ad oram Ponti et Caucaſum habitaſſe narrat Procop. de B. Goth. 4, 3. Quae ſi compararis inter ſe, addito Plinio 4, 25. f. 19. Alani a Danubio ulterius progreſſi ea loca occuparunt. Sic qui utrumque populum commemorant, in diverſis locis ponunt. Albanos quidem ad occidentem paludis Maeo-

tidos, ad orientem Albanos, veluti Plinius, Dionyſius, Ioſephus — At Ptolemaeus, qui utrumque populum agnoſcit, 6, 14. Alanos Scythas intra montem Imaum ponit. Neque tamen abnuerim, Alanos cum Albanis ſenſim coaluiſſe, cum ad illorum terras poſtea progreſſos eſſe ex ſitu eorum in auctoribus adpareat. Cf. quae de ſitu Alaniae veteris et novae conlegit Stritterus in memoriis populorum — Tom. 4. p. 232. et p. 395 ſqq. De Veſpaſiani tempore habes teſtimonium Ioſephi c. l. Quidam faciunt Maſſagetas, veluti Dio 69, 15. et ex eo Zonaras 11, 24. in. Ammian. Marcellin. 23, 5. ubi vid. Lindenbrogius et Valeſius, apud quem tamen locus ex Tzetze in Lycophronem (v. 174.) de Abaſgis (finitimis) Maſſagetis dubius eſt. At Maſſagetae ad orientem Caſpii maris, Albani ad occidentem habitarunt, uti pluribus auctorum locis docuit Cellarius in Geogr. ant. 3, 21, 29 ſq. Iungantur recte et uſitate cum Iberis et Caſpiis, uti apud Strabon. 11. p. 345. f. 501. Flor. 3, 5, 21. Spartian. in Hadriano cap. 21. f. Ioſeph. antiqu. Iud. 18, 4, 4. Dion. cuius loca notavit Reimarus ad Dionem 69, 15. et alios. Ad mare Caſpium ponit Zonaras 10, 4. ex Plutarcho, quod adparet, in Pompeio cap. 34. Agathemer. 2, 6. — pro quo mare Scythicum dicit Oroſ. 1, 2. pag. 19. (Haverc.) Inde vero Albanum mare Caſpii pars ſec. Plin. 6, 15. f. 13. Accuratius fines deſcribunt Strabo c. l. et Ptolemaeus 5, 12. Reges olim ſuos habuiſſe, diſcitur ex Ptolemaei expeditione apud Plutarch. in vita cap. 34. Appiano in Mithridat. c. 103. Spartiano in Hadriano c. 21. f. Floro 3, 5, 28. et in primis Strabone c. l. qui etiam, dum ibi Albaniam et incolas deſcribit, eos indigenas eſſe refert, alendis pecoribus deditos, et vagos, et μετρίως πολεμικοὺς, ſed μαχιμωτέρους τῶν ἑτέρων (vicinorum, Iberorum habet Zonaras 10, 4.) Plutarch. c. l. Cf. ad Pacatii panegyr. c. 22, 3. Ἀρηΐους vocat Dionyſ. v. 731. *feroces* Avien. v. 906. Terrae miram bonitatem et fertilitatem maxime laudat Strabo c. l. et ex eo Euſtath. ad Dionyſ.

v. 730. et de moribus incolarum copiose exponit. H. ibi *Candahar*. Secundum Bieberſteinium (Beſchr. der Länder zwiſchen Terek und Kur p. 45.) Georgiae hodiernae etiam partem a Cyro (Kur) ad Alazonium fl. (Alazan) complexa eſt.

Moſchi) Ipſorum regio ἡ Μοσχικὴ apud Strabon. 11. p. 344. f. 499. Eorum nomen derivat Stuckius ad Arriani periplum Ponti Euxini pag. 106. a *Moſcho*, Noachi nepote, Iapheti filio, eundemque forte fuiſſe putat, quem Strabo 16. p. 521. f. 757. ex Poſidonio philoſophum Sidonium ante Troiana tempora vixiſſe refert, qua de cauſa refutatur a Bocharto in Phaleg 3, 13. Immo a *Moſoch* Cappadoce derivat Ioſeph. ant. Iud. 1, 6, (7.) 1. qui olim dicti fuerint *Moſoscheni*, pro quo in Zonara 1, 5. eſt *Meſcheni*. Poſſunt huc referri forte *Moſcheni* Plinii 6, 10. quos in convallibus Armeniae proximis ponit. Latius enim huc patuiſſe Cappadociam, multis docuit Cellarius in Geogr. ant. 3, 8, 90. Hinc et Tibareni cum Moſchis iunguntur apud Herod. 3, 94. et alibi, uti Meſech et Tubal (Tibareni putantur) apud Hebraeos. Bochartus ipſe, etſi ex Hebraico *Meſech*, Iudaeis Alexandrinis Μοσὸχ, veluti Iſ. 66, 19. derivat, et nomen populi, vel terrae eſſe arbitratur a משך, longus tractus montium, at latius olim patuiſſe a Phaſi ad Pontum Cappadocium. Eandem derivationem etiam ſequitur Uphagen in parergis hiſtoricis pag. 73. Moſſynoecos eosdem eſſe, falſo credit Stuckius c. l. quippe qui diverſis ſedibus habitarunt. De ſitu Moſchorum auctores haec: Plinius 6, 4. in iis Phaſidis fontes ponit, quos habet in Armenia Strabo 11. p. 343. f. 498. (cf. ad Melam 1, 19, 12.) eorumque tractum 6, 11. f. 10. deſcribit ad Iberum amnem in Cyrum defluentem. Stephanus h. v. Colchorum populum facit Matianis finitimum. Accuratius deſcripſit Strabo 11. pag. 344. f. 499. qualis tunc erat. Nempe dividebatur Moſchica in 3 partes, quarum primam tenebant Colchi,

alteram Iberes, tertiam Armenii, unde patent eius fines et vicinia. Mela, dum ponit ad Hyrcanum mare, Iberas et Armenios, certe partem eorum in ora maritima complecti videtur, ut 1, 19, 13. Moſchos montes ad Caſpium mare altero latere vergi dicit. Lucanus 3, 270. *ſaevis adfinis Sarmata Moſchis, Colchorum qua rura ſecat ditiſſima Phaſis;* ſic ad alterum latus extendens.

Hyrcani) Gr. Ὑρκανοὶ, unde Ὑρκάνιος, Ὑρκανία et Ὑρκανὶς, teſte Stephano h. v. Populi tamen etiam Ὑρκάνιοι dicuntur ab Herodoto 7, 62. Diodoro Sic. 2, 2. Xenoph. Cyr. 4, 2, 6. et alibi, Dionyſio v. 733. qui v. 699. addit ἄνδρες. In Latinis *Hyrcanus* et *Hyrcanius*, uti ſupra monui, occurrunt in adiectivo. Regio *Hyrcania*. Habitabant olim ad mare, quod inde nomen traxit, Hyrcanium, cuius ſitum Noſter indicat. Ab occaſu contermina erat Mediae, a meridie Parthiae, (Agathemer. 2, 6.) ab oriente Margianae, de quo Ptolemaeus 6, 9. Terminabatur ad mare verſus ſeptemtrionem Oxi fluvii oſtiis, uti refert idem. Cf. Eratoſthenes apud Strabonem 11. p. 349. ſ. 507. Plin. 6, 15. ſ. 13. et quae disputat Salmaſ. ad Solin. 17, 11. p. m. 148. Inter Amardos et Paeſicas Oxum os aperire, infra Noſter ſcribit, ubi vid. notata. Ex aliis populis vicinis commemorantur *Tapyri* apud Strabon. 11. p. 358. ſ. 520. Dionyſ. v. 733. quos *Taporos* vel (uti Cod. Palat.) *Tapuros* in Margiana vocat Ptolemaeus 6, 10. Ab altera parte in maritimis erant *Mardi* ſ. *Amardi*, Dionyſ. c. l. Diodor. Sic. 17, 76. Curtius 6, 4, 11. Arrian. de exped. Alex. 3, 24. in. Diverſos tamen hos eſſe ab Amardis Noſter infra innuit. Hyrcania olim ſui iuris ſubacta eſt ab Aſſyriis, (Xenophon in Cyropaed. 1, 5, 2.) a quibus defecerunt ad Perſas ſub Cyro, (Xenoph. Cyrop. 4, 2, 19. 1, 1, 4.) in quorum exercitu etiam militaſſe eos refert Herodotus 7, 62. Poſt eos ſubegit Alex. M. uti ex multis conſtat. Quo mortuo cum regnum divideretur, Hyrcaniam tulit Philippus,

(Iuſtin. 13, 4, 23.) vel, quod refert Diodor. Sic. 18, 3. Phrataphernes, uti et vult Freinshem. ad Curt. 10, 10, 1. in Iuſtino, Dexippo apud Phot. in bibl. Cod. 82. pag. 199. Radapharnes, qui cum aliis Philippo alios populos tribuunt. Poſt cum aliis plurimis gentibus ſibi ſubegit Seleucus. (Appian. in Syriacis cap. 55.) Strabonis aetate in Parthorum fuit poteſtate. (11. p. 350. f. 509.) Ἐφίππους vocat Hyrcanos ex vulgari opinione Xenoph. Cyrop. 4, 2. in. Ex urbibus memoratu dignis a Strabone 11. pag. 350. f. 508. commemorantur *Talabroce*, *Samariane*, *Carta* et *Tape* regia, etſi in hoc nomine alii variant, et alias etiam urbes adferunt, de quibus Cellarius in Geogr. ant. 3, 20, 27. Miram eius fertilitatem praedicant Strabo c. l. Diodor. Sic. 17, 75. Plin. 15, 19. f. 18. in ficis maxime et vitibus, recidiva grana meſſem futuram parare, mel ex arboribus defluere, dolendumque eſſe, quod ſegniter colatur. De tigribus infra. H. *Tabareſtan*. Secundum Bieberſteinium p. 43. c. l. h. *Gilan* et *Maſanderan*.

Amardi) Mardi et Amardi iidem ſunt. Ad Oxum habitaſſe patet et ex allis, et ex hoc ipſo inferius. Sed non uno fuere loco Mardi aut Amardi. A Ptolemaeo (6, 2.) in Media et in Armenia maiori, (5, 13.) ab aliis etiam alibi collocantur. Puto omnes latrones et fugitivos montium incolas a Perſis ſic dictos fuiſſe. Tales omnium teſtimonio fuere Mardi, ubicunque eſſent. Sane מָרוֹד Hebraei exſulem et rebellem vocant, a radice מָרַד, vossius. Amardos et Mardos eosdem eſſe monet Strabo 11. p. 360. f. 523. ex emendatione quidem Caſauboni, uti non ſolum ſenſus ipſius ratio declarat, qui in repetita eadem voce nullus eſt, ſed et auctorum loca inter ſe comparata. Quos enim alii Mardos vocant, aliis ſunt Amardi. Hoc praeferre videtur Strabo, etſi paſſim Codd. variant, de quo Caſaubon. ad 11. p. 349. f. 507. Vid. de utraque forma etiam Freinshem. ad Curt. 6, 4, 25. ubi multa,

idemque et Snakenburg. in indice in. Sic *Aparni* et *Parni*, illud apud Strabon. 11. pag. 352. f. 511. hoc in Ptolemaeo 6, 10. Hoc amat Strabo, illud habet Diodorus, Dionyſius; utrumque Plinius. Sic utroque nomine Hyrcaniae tribuit, vel vicinos facit Stephanus, et licet idem ſine α Mardos ſcribi, qui ſunt in Perſide, notet ſ. v. Ἀμαρδοὶ, uti et hic nominat Plinius 6, 31. f. 27. Amardos tamen eosdem eſſe dicit Strabo c. l. Ponuntur autem Mardi vel Amardi 1) in Media. Sic diſferte Ptolemaeus 6, 2. et, quod ex ſerie populorum et ſitu adparet, Strabo 11. pag. 349 ſq. f. 507 ſq. Dionyſ. v. 732. et ex eo Priſcian. v. 942. et Avien. v. 1215. Diodor. 17, 76. Arrian. de exp. Alex. 3, 24. in. Plin. 6, 15. f. 13. Curt. 6, 4, 11. — Stephanus ſub utroque nomine vel Hyrcaniae vicinum facit populum, vel ipſi Hyrcaniae tribuit, ſed ut, ad quam partem referat, ignoretur. Nempe 2) alii cum noſtro in Margiana ponunt, uti Plin. 6, 18. f. 16. qui porrigit ad Bactros usque, et 6, 19. f. 17. ubi etiam cum Paeſicis coniungit. Forte ſunt Ptolemaei 6, 12. Mardyeni in Sogdiana, ubi etiam habet *Paeſeas* i. e. *Paeſicas*. In Margiana ab Alexandro M. victi narrantur. Vid. Bayerus de regn. Bactrian. p. 12. 3) in Perſide, vel eius vicinia, in Elymaide maxime Strabo 11. p. 360. f. 523. et poſt ex Nearcho Arrian. in Indicis cap. 40. Plin. 6, 31. f. 27. Sic Herodotus 1, 125. Perſicis gentibus adnumerat, quippe qui Perſarum regibus erant ſubiecti; (Strabo 11. p. 361. f. 524.) poſt domiti ſunt ab Alex. M. (idem c. l.) 4) in Armenia Strabo 11. p. 360. f. 523. Ptolem. 5, 13. 5) in Colchide Plin. 6, 5. Gentem omnino feram dicit Plin. 6, 18. f. 16. λῃστρικὴν Strabo 11. p. 360. f. 523. ἔθνος πολυάνθρωπον, τραχεῖαν γῆν ἐποικοῦντας, ἀνίππους καὶ πένητας Suidas ſ. v. Μάρδοι. Noſtros Amardos ſui iuris fuiſſe, de ſua aetate adfirmat Plin. 6, 18. f. 16. Vid. Duperron ſur les migrations des Mardes in Memoires — de Paris T. 35. p. 87 ſqq. ubi prolixe de hoc populo, eius ſedibus —

Paeſicae) Quos cum Amardis etiam confundit Plinius 6, 19. ſ. 17. Apud Ptolemaeum 6, 12. corrupte videntur adpellari Πάσκαι in Sogdiana, quam adluit Oxus ad Oxios montes. Eosdem *Apaſiacas* dictos etiam eſſe exiſtimat Harduinus ad Plin. c. l. uti ante Voſſius ad h. l. quos Maſſagetarum gentem fecit Stephanus inter Oxum. Eosdem inter Tanain et Oxum ponit etiam Polyb. 10, 48. ubi plura de iis. Tanais autem ex Macedonum corruptione eſt Iaxartes. Maſſagetas ad Oxum iuxta Bactrios ponit Eratoſthenes apud Strabon. 11. p. 354. ſ. 513. qui ipſe in eo tractu etiam Ios habet, etſi libri, ut in Polybio, nomen paullum depravant, de quo Caſaubonus et Schweighaeuſerus ad cc. ll. *Paſſitas* corrupte vocat Aethicus in Coſmogr. p. m. 710. et *Euſicas* p. 720. (ed. Gron.) et modo ad Oceanum orientalem, modo ad ſeptemtrionalem ponit.

Derbices) Varie efferuntur ab auctoribus. Δέρβικες Strabo 11. p. 358. ſ. 520. Diodor. 2, 2. Ptolemaeus 4, 6. (etſi ibi in Libya interiori ponit) Curtius 3, 2, 7. Plin. 5, 18. ſ. 16. pro quo Δέρβηκες ex nota confuſione apud Strabon. 11. p. 354. ſ. 514. *Dervicas* vocat Aethicus in Coſmogr. p. m. 710. et 720. (ed. Gron.) Δερβίκαι Ptolem. 6, 10. (de noſtris) ubi Δερκίβοι Cod. Palatin. Aelianus V. H. 4, 1. ex bonis Codd. Stephanus h. v. ubi ſequentia docent per ſimplex κ ipſum dediſſe, etſi monet Δερβίκαι per duplex κ Apollonium recte ſcripſiſſe. De utraque terminatione cf. etiam Leopardus emendat. 12, 22. Δερκίβιοι habet Dionyſ. v. 734. 738. pro quo Salmaſ. ad Solin. cap. 48. ſ. 51. vult Δερβίκιοι. Holſten. ad Stephan. pag. 95. Δερβίκιοι. Illud tamen etiam agnoſcunt Scholiaſtae et repetunt Priſcianus v. 713. 717. et Avien. v. 911. Ex Cteſia adfert Stephanus h. v. Δερβίους et Δερβίκιους. At, quod iam notavit Holſtenius, hodie in Cteſiae excerptis apud Photium p. m. 110. adpellantur Δέρβικες. Eosdem etiam Δυρβαίους apud

Stephanum h. v. vocari, exiſtimat Holſtenius pag. 95. atque, quod et ibi Cteſias in libro 10. Perſicorum laudatur, ſic emendat in Stephani priori loco. At nec hoc in Cteſiae excerptis hodie legitur. Vicinos Hyrcanis facit Derbices Stephanus et Strabo 11. p. 354. ſ. 514. ad oſtia Oxi in Margiana Ptolemaeus 6, 10. medios eorum fines Oxum ſecare ſcribit Plin. c. l. Dionyſius v. 734. cum ſuis eos et Bactros accolas facit Mardi fluvii, qui vel eſt Margos Ptolemaei 6, 10. quod nomen etiam quidam ſubſtituere tentarunt, vel Oxos ipſe, uti putat Wernsdorf. ad Priſcian. p. 368. Oceani modo orientalis, modo ſeptentrionalis gentem facit Aethicos cc. ll. Reges olim habuiſſe adparet ex Cteſia c. l. qui narrat a Cyro Perſarum ditioni fuiſſe ſubiectos. De ipſorum moribus diſerit Strabo 11. p. 358. ſ. 520. in iis mactatos fuiſſe, tamquam victimas, qui annum 70 exceſſiſſent, carnes reliquas a proximis genere fuiſſe abſumtas. Idem tradit Aelian. V. H. 4, 1. et Noſter infra 3, 7, 3. de Indis.

Caſiurs) Commemoratur a Plinio 6, 15. ſ. 13. qui per Albaniam eum deducit, et Ptolemaeo 6, 12. qui oſtia eius indicat. Quod enim antea legebatur *Rha*, tot adfert errores, ut in Melam cadere vix poſſint. Non enim famam illo tempore habere potuit, quia primum a Ptolemaeo 5, 9. adtingitur. Tum neo uno alveo deſcendit, nec duobus oſtiis excurrit. Cf. not. crit. p. 126 ſqq.

§. 5. *Araxes)* Gr. Ἀράξης, ου, ut diſerte monet Suidas h. v. Attamen in ſcriptoribus Byzantinis, veluti Zonara 18, 25. legitur etiam Ἄραξις, Ἀράξιδος. Cf. Stritter in memoriis populor. T. 3. p. 81. In Herodoto 4, 11. Ἀράξεα, ubi Codd. quidam habent formam vulgarem Ἀράξην. Inde *Araxeus* formavit Avien. v. 30. De cauſa nominis varia. Ab Araxo Pyli filio, qui ſe in eum miſerat, Cteſiphon de rebus Perſicis, teſte Plutarcho, de fluviis h. v. et ſic ab Araxo Stephanus ſ. v. Ἀσπείλων.

Euſtathius ad Dionyſ. v. 739. nomen explicat, *ὡς ἀπαράξας τὴν συνέχειαν τῶν ἐκεῖ ὀρῶν καὶ διεκδύς*. Sic etiam Strabo 11. pag. 365. ſ. 531. et Stephanus ſ. v. Ἀράξης, ſimilitudine ducta a Peneo, qui etiam olim Araxes fuerit vocatus, quia, Oſſa Olympoque montibus perruptis, Tempe effecerit. Sic Schol. Aeſchyli ad Prometh. vinctum v. 716. derivat *ἀπὸ τοῦ ἀράσσω*. Auctorem eius nominis facit Strabo Armenum, Iaſonis comitem. Plutarchus c. l. nomen etiam ab Araxe, Armeniorum rege, petit, qui ſe in eum proiecit, cum ante *Halimum* vocarint. Ante tamen etiam *Bactrum* vocatum eſſe dixerat. De eius fontibus et curſu in primis Plinius 6, 10. Oritur ex eodem monte, quo Euphrates, 6 M. P. intervallo. Oroſius 6, 4. ſ. addit *diverſis ſpecubus*. Cf. etiam Plutarch. in Pompeio cap. 33. Alii ſimpliciter ex Armenia delabi ſcribunt, uti Plutarch. ibid. cap. 34. Arrian. de exped. Alex. 7, 16. *Abum* eum eſſe montem diſerte refert Strabo 11. p. 363. ſ. 527. Cf. etiam Plin. 5, 20. ſ. 24. et quae ſupra de Euphrate notata ſunt. Prave Ἄκος nominatur ab Euſtathio ad Dionyſ. v. 988. De utriusque fontibus ex eodem monte cf. etiam Tournefort voyage T. 3. lettre 19. p. m. 245. (Lyon.) Initio deflectit orientem verſus ad fines Mediae Atropatenae, unde convertitur ad occaſum et ſeptemtrionem. (Strabo 11. p. 363. ſ. 527. Plutarch. in Pompeio cap. 35.) Hinc, quod Mediae aliqua parte adlabitur, Mediam et Armeniam diſterminari ab eo ſcribunt Plin. 6, 16. ſ. 13. Strabo 11. p. 360. ſ. 523. Plutarch. in Antonio c. 49. Inde fluit per Armeniam (Mela, Strabo 11. p. 359. ſ. 491. aliique) praeterfluitque eius oppida, Azaram, Artaxata, (Strabo 11. p. 363. ſ. 527. Plin. 6, 10.) et per Ἀραξηνὸν πεδίον effluit in mare Caſpium. Strabo 11. c. l. quod inde nomen traxiſſe poſt refert, quod Armenus, Tempe imitaturus, cavum meatum illi aperuerit. Solinus cap. 15. ſ. 20. male cepit Plinii locum 6, 10. dum ex Heniochorum montibus oriri ſcribit, et brevibus intervallis ab Euphratis ortu caput

tollere ſublicit. Plinius enim praemittit illud de Cyri fontibus. Magis turbat Herodotus 1, 202. qui in Media ex Matienis montibus defluere dicit, prope Scythas, quos et ibi ponit Diodor. 2, 43. Maſſagetas, Iſſedones, quae tamen in Mediae Araxen non conveniunt, Iſſedonibus minime adfinem, nec ea amplitudine, quam dicit Iſtro maiorem. Nec eſt in Media fluvius, qui per 40 ora in mare Caſpium effundatur. Quam difficultatem ut tollerent viri docti, alium fluvium quaeſiverunt, ad quem potiora indicia transferri poſſent, in primis cum de Mediae flumine propter accolas cogitari non poſſit. Voſſius ad h. l. de Oxo intelligit, quem ante victorias Alexandri Araxen adpellatum eſſe a Graecis exiſtimat, cum ad orientale maris Caſpii latus illum deſcribant. Quam ſententiam ut ſtabiliat, addit haec: „Quod Mela et alii Araxi adſcribunt, illud ipſum Polybius [10, 48.] Oxo tribuit, ut ſtatim oſtendemus. [Vid. mox ad verba *ſublimis.*] Dionyſius quoque Alexandrinus [v. 739.] Araxem Maſſagetarum facit terminum, ſed perperam ab Oxo diſtinguit. Iam vero, quod Herodotus c. l. ſcribit Araxem 40 oſtia, ſive potius ἐκβολὰς, habere, illud neſcio an cuiquam flumine in Caſpium exeunti poſſit adſcribi, praeterquam Volgae, vel Rha fluvio. Verum de hoc infra agemus. Quod autem Ariſtoteles ait [Meteor. 1, 13.] Tanain profluere ex Araxe, et hoc quoque verum eſſe non poteſt, niſi per Araxem fluvium Rha ſ. Volgam intelligamus. Hoc enim poſito, iam commodam verba Ariſtotelis interpretationem admittunt, nempe ut ea capiamus de foſſa illa, quae hodie quoque comparet, illic ubi Volga Tanai proximus eſt, quaeque utrumque hoc flumen committit. Neſcio quid barbari foſſae accolae de hac narrent; interim non dubito, quin antiquiſſimus ſit canalis iſte, ac is ipſe, ut puto, cuius meminit aliquoties Herodotus [4, 3. 20. 28. Vid. Weſſeling. ad 4, 3.] addens, a ſervis Scytharum eſſe effoſſam. Confluentis huius quoque meminit Theophanes in chronico ad annum mundi 6170. Apparet ex

bis, quam varie nomen Araxis a veteribus acceptum fuerit, et quam diverſis fluminibus attributum. Hinc procul dubio factum eſt, ut cetera flumina Cyrus, Cambyſes aliique loco ſuo mota ſint, alioque translata, et a Mela, et ab aliis, uti ex ſequentibus manifeſtum fiet. Hactenus vosmve, cuius ſententiam probant Cellarius in Geogr. ant. 3, 21, 6. et Wernedorf. ad Priſcian. periegeſ. pag. 369. Contra Bayerus in diſſert. de originibus et priſcis ſedibus Scytharum in Commentar. Petropolitan. T. 1. pag. 393. vel in eius opuſculis a Klotzio editis p. 69 ſqq. contendit, omnia, quae Herodotus de Araxe referat, ad Volgam tantum accommodari poſſe, cuius ſententiae acceſſit Walchius in commentat. de Cyri expeditione in Maſſagetas, Goetting. 1767. 4. Volgam enim olim Araxen etiam, ſive *Rus*, *Ros*, *Rhas* dictam eſſe, (pag. 69.) idque docere nititur ex iis, quae de Araxe auctores commemorant. Ariſtotelis (vid. ſupra) errorem ortum eſſe ex utriusque fluminis vicinitate; nec Oxum eſſe Araxem illum, quo traiecto Cyrus Maſſagetas petierit, uti putant Voſſius et Cellarius, quia Maſſagetae longius ab Oxo habitarint. (p. 72.) Vid. de hoc Volgae nomine etiam Bouherius in diſſ. Herodot. cap. 18. pag. 190. et quae notavit ad Herodot. 1, 202. et Diodor. Sic. 2, 43. Weſſeling. Miſcuiſſe Herodotum docent fontes et accolae. Sunt quidem, quae ad Volgam referri poſſint, in primis quae de oſtiis narrat, et Iſſedonibus, quippe qui habitarunt ad dextram Tanais ripam, quibus obpoſitos habitaſſe Maſſagetas ſcribit, Scythicum genus, notante ipſo 1, 201. aliisque. Hinc et quidam Bosporum in illa expeditione transgreſſum, vel Iſtrum, etſi prave, ſcribunt, in quibus Philoſtrat. Heroic. cap. 5. ubi Maſſagetas et Iſſedones coniungit, et Ammianus 23, 6. p. m. 283. Tum alii omnino hic Scythas commemorant, veluti Iuſtin. 1, 8. Scythiam autem ipſam 2, 2. ſic in Orientem porrigi ſcribit, ut includatur ab uno latere Ponto, ab altero monti-

bus Rhipaeis, a tergo Asia et Phasi flumine. Araxem tamen in expeditione contra Scythas Cyrum transiisse etiam hic scribit 1, 8, 5. Tum sit Volga, quam Scythae, a Massagetis expulsi, recte etiam transire potuerunt. Vid. Herodot. 4, 11. et quae disputat Bochart. in Phaleg 3, 13. At interpellat id ipsum Herodotus, quod scribit ad auroram solisque ortum habitasse Massagetas, cum Cyri respectu, qui ex Persida egressus est, in occasum potius et septemtrionem conlocare debuisset, si in situ conveniret. Porro cap. 204. ubi Caspii maris situm describit, eam partem, quae ad vesperam vergit, Caucaso disterminari, alteram, quae spectat auroram et orientem, planitie vasta excipi, cuius magnam partem Massagetae tenuerint. In quo quidem Massagetarum situ et alii consentiunt, quos commemorat Cellarius in Geogr. ant. 3, 21, 29. In primis huc facit Strabo 11. pag. 352. s. 512. qui eosdem Massagetas, contra quos Cyrus bellum gessit, prope Sacas ad ortum Caspii maris ponit, eorumque regioni tribuit Araxen, (Ἄραξον ibi quidem editur) qui in multa brachia findatur, reliquis ostiis exeat in mare septemtrionale, uno in Caspium. Pro Araxo Oxum fl. ex Eratosthene post adfert. Cf. de Massagetis ad 1, 2, 5. Atque ita de effluxu apud Herodot. 1, 202. ad Oxum unice pertinere putat d'Anville (vid. infra) p. 81. in hist. de l'academie — de Paris Tom. 36. Cf. etiam de la Nauze sur l'Araxe des Massagetes selon Herodote T. 36. p. 69. c. l. Sic Herodotus unum habet ostium, quo effluat, reliqua in paludes evolvi scribit. Quam Issedones obiiciunt difficultatem, ea forte sic tolli potest, si dixeris, supra mare Caspium Massagetas obpositos habuisse Issedonas, (ἀντίον Herod. 1, 201.) illos autem ex sedibus suis excitatos contra Cyrum ad Araxem progressos fuisse, quod quidem innuit cap. 207 sq. Cf. etiam quae disputarunt de la Nauze sur l'Araxe des Massagetes selon Herodote, in memoires de l'academie — de Paris T. 36. p. 69 sqq. et de Guignes sur l'erreur d'Herodote sur l'Araxe ib. p. 76 sqq. At apud

eundem Herodot. 4, 40. Armeniae Araxes debet intelligi, quod et iudicavit de Guignes c. l. quia contra solem orientem eum fluere narrat, quod secus est in Oxo, nec de Volga adfirmari potest. Omnino autem de Guignes putat, Herodotum 4, 40. et 1, 202. discrepare, et in posteriori loco Massagetas ad Volgam fl. h. pertinere, et vastam planitiem esse prope *Terki*. Priorem autem de Araxe narrationem supra commemoratam ad Oxum etiam retulisse Strabonem 11. p. 366. f. 531. inde adparet, quod eo Scythas a Bactrianis seiungi scribit, etsi Bactriani Herodoto adfinguntur. Herodotum, quem secutus erat Callisthenes, male retulisse monet, ob fontes, puto, in Matianis montibus, cum ipse Strabo Araxen s. Araxum in iis terris agnoscat. Sic Massagetis accolis, versus orientem fluisse tribuit Araxen etiam Dionys. v. 739. et ex eo Priscian. v. 718. et Avien. v. 917. Oxum tribuit Aspasiacis Polyb. 10, 48. (aliis sunt Paesitae, ut supra dictum) quos Massagetarum gentem facit Stephanus, unde quidem sedes eorum comprobantur. Oxum autem et Araxen eundem esse putavit etiam Stritter in memor. popul. Tom. 3. p. 81. Multa praeterea de hoc nomine dabit du Fresne ad Nicephorum Caesarem Bryennium in commentar. 1, 9. p. 17. (Ven.) Potest etiam huc referri Aristotelis locus Meteorol. 1, 13. ubi Tanain ex Araxe profluere adfirmat, etsi ea verba male transposita arbitratur Wesseling. ad Herodot. 1, 202. Nempe Παρνισὸς, uti apud Dionys. v. 737. est Paropanisus, Tanais vero Macedonum intelligi debet de Iaxarte, uti apud Polyb. 10, 48. aliosque. Cf. Relandus de Paradiso cap. 17. in ei. dissert. miscell. T. 1. p. 33 sq. Dudum enim, sed frustra, tentatum est Rha et Tanain alveo effosso coniungere, uti narrat Hermann Statistische Schilderung von Rußland p. 133. nec Scytharum fossa cum Vossio tuto huc referri potest, etsi adsentiuntur interpretes Avieni ad v. 30. De Iaxarte etiam explicat Aristotelis Tanain Salmas. ad Solin. 55. f. 59. p. m. 845. Fecit tamen utriusque commistio, ut de vero et proprio

Tanai idem adfirmaret auctor anonymus periipli Ponti Euxini pag. 14. Hudſ. Neque tamen magis conſentiunt, qui de oſtiis Armenii Araxis referunt, etſi Arriano teſte de exp. Alex. 7, 16. plerique eum in mare Caſpium deducunt. Alii enim in Cyrum eum influere et cum eo coniunctum evolvi ſcripſerunt, uti adparet ex Plutarcho in Pompeio cap. 34. Appian. in Mithrid. cap. 103. et in primis Plinio 6, 10. Cf. ex Geogr. Nubienſi Bochart. in Phaleg 3, 13. Seorſum tamen utrumque evolvi adfirmat Strabo 11. p. 339. f. 491. nec procul ab Araxe Cyrum 11. pag. 346. f. 502; ad extrema Albaniae 11. p. 363. f. 528. Cum Strabone conſentit Mela. Ptolemaeus 5, 13. eum partim in Hyrcanum mare educit, partim Cyro admiſcet. Hodie tamen Araxes (*Aras*) influit in Cyrum, (*Kur*) et ſic in mare Caſpium prope lavat emittitur, quod Zannoni tabula indicat de la partie ſeptentrionale de l'Empire Otoman, adfirmantque recentiores teſtes. Cf. d'Anville des fleuves du nom d'Araxe p. 81. (in Memoires — de Paris T. 36.) Bieberſtein Beſchr. der Länder zwiſchen den Flüſſen Terek und Kur am Caſpiſchen Meere p. 40. Reichardi liber zur Kunde der Völker P. 1. p. 192. et quos laudat Lünemann in deſcr. Caucaſi p. 25 ſq. At latius patuit Araxis nomen, unde turbae illae. Sic, quod nexus declarat, *Saocorum* (o) in Meſopotamia Ptolemaei 5, 18. qui in Euphraten influit, Araxen vocat Xenoph. de exped. Cyri 1, 4. extr. etſi Bayerus in opuscnlis (Klotz.) pag. 71. malit intelligere de Callirrhoe apud Edeſſam, Arabibus *al Chabor*. Cf. Cellar. in Geogr. ant. 3, 15, 15. Item Araxen [illegible]. Perſide oſtendunt auctores, veluti Strabo 15. p. 501. f. 729. Diodor. 17, 69. Curtius 5, 4, 7. et alibi, qui ex Paraetacenis defluit et per Mediam cum Medo fl. coniunctus prope Perſepolin decurrens in Perſicum ſinum egreditur; *Rhogomanin* eum eſſe Ptolemaei 6, 4. et *Rhogonin* Arriani in Indicis cap. 39. (ſ. Nearchi in paraplo pag. 34. Hudſ.) ex vocabuli ſono iudicat Salmaſ. ad Solin. cap. 55. f. 59.

Priori nomine idem commemoratur etiam a Marciano Heracleota in periplo p. 19. (Hudſ.) et Ammiano 23, 6. Adſentiuntur Salmaſio Cellarius in Geogr. ant. 3, 19, 6. et Bochartus in Phaleg 2, 2. Ille tamen apud Arrianum Aroſin eundem eſſe putat. Pontem, quem in eo feciſſe Alexandrum narrant auctores, poſt incremento fluvii ruptum et ab Auguſto inſtauratum innuere Virgilium Aen. 8, 728. (pontem *indignatus Araxes*) putat Servius, at male ibi eum Armeniae fluvium vocat. *Oxum* etiam et Araxen quidam eundem faciunt, vel commiſcent, (vid. infra ad 52.) quos tamen alii, velut Arrianus de exped. Alex. M. 5, 16. diſtinguunt. *Peneum* porro Araxen olim dictum eſſe, ſupra iam notavi ad 2, 3, 1. p. 164. Ponti etiam cognominem fluvium commemorant Orpheus Argon. v. 747. et Apollon. Rhod. 4, 133. ubi Scholiaſtes ex Metrodoro refert, ita *Thermodontem* fuiſſe vocatum, etſi auctores illi cum aliis coniungi narrant. Cf. ad 1, 19, 9. pag. 601. Nempe *Araxes* videtur non tam proprium et peculiare olim fluvii nomen fuiſſe, ſed adpellativum, omnibus tributum fluviis, qui cum ſtrepitu et fragore devolverentur. *Eras* enim ſ. *Aras* Perſice fluvium notat, unde tot Araxes exſtitiſſe bene explicat Relandus in differt. de paradiſo c. 17. et in Palaeſtina 1, 43. Cf. Weſſeling. ad Diodor. Sic. 14, 29. in. Geſner. ad Orpheum c. l. et qui data opera de eo quaeſivit d'Anville des fleuves du nom d'Araxe p. 79 ſq. (In memoires — de Paris Tom. 36.) Manſit et poſtea nomen *Erax* de Phaſide, uti adparet ex Conſtantino Porphyrog. de adminiſtratione imp. cap. 45. *Eras* de noſtro ſaec. 6. Vid. Theophylactus Simocatta p. 70. Theophanes p. 221. et Anaſtaſius pag. 74. Inde varia etiam, quae confuſionem obiiciunt in antiquis auctoribus, intelligi et explicari poſſunt. Hinc forte de Oxo Polyb. c. l. quae noſter de Araxe, narrat. Noſter h. *Araſſow* ſ. *Aras*.

Armeniae) Cf. ad 3, 8, 5.

demiſſus) Καταβὰς Strabo 11. p. 365. f. 531. Alias καταφέρεσθαι et ſimilia.

ſilens) Sic *tacitas undas* Virgil. Aen. 10, 227. dixit, et *undam ſilentem* Valer. Flacc. 5, 525. *tacitum liquorem* eodem, quo hic, ſenſu de Arare Sil. Ital. 3, 451. Infra noſter *tacitus.*

in utram) Eodem modo Caeſ. de B. G. 1, 12. in. de Arare: *in Rhodanum influit incredibili lenitate, ita ut oculis, in utram partem fluat, iudicari non poſſit.* Hinc *ſtanti ſimilem* eum dicit Sil. Ital. 3, 451. et Vibius Sequeſter h. v. *ita lene decurrit, ut vix intelligi poſſit eius decurſus.*

eat) De fluviis dicitur. Exempla conlegit Oudendorp. ad Lucan. 6, 372. in quibus et hic Melae locus indicatur. Sic noſter ſupra 2, 4, 4. *qua utrimque amnes eunt.* Plura dabunt Broukhuſ. ad Tibull. 1, 10, 36. et Barthius ad Statii Theb. 4, 778. quos laudat Burmann. ad Ovidii epiſt. 19, 81. Ita ſimilia, vel adfinia paſſim occurrunt, veluti apud Plin. 5, 21. f. 25. *Euphrates vadit — permeat.*

magis pernix) Sic ſolet in nexu comparativum variare, ut 1, 10. in. *Arabia magis laeta et ditior.* Cf. ad 1, 6. in.

frangit) De aquis, quae obiecto obice, vel vi inlata diffinduntur, et in diverſa diſtrahuntur. Vid. Drakenb. et Erneſti ad Sil. Ital. 3, 457. et Oudendorp. ad Lucan. 1, 222.

ſonansque) Μεγαβρεμέτης Orpheus v. 747. etſi de alio Araxe.

canalem) Alvei fundum, ductum inter montes inſtar canalis. IAC. GRONOVIVS *MS.*

ſublimis) Prodigioſum et incredibile prorſus videtur, quod hic Mela ſcribit de Araxe flumine. Dubito, an hoc de Araxe noſtro intelligendum ſit. Inſignem quidem is lapſum habet prope oppidum *Ordabat*, cuius fragor ad leucae et amplius ſpatium exaudiri poteſt, verum non id eſt aquarum ingenium, ut toto agmine reſiliant, ſed guttatim tantum. At videtur Mela hoc Araxis miraculum ex antiquioribus Graecis, qui Alexandri tempora praeceſſere, hauſiſſe. Illi vero per Araxem Oxum amnem intelligunt. Sic quoque Polybius, [10, 48.] qui miraculum hoc auget, et Oxo amni tribuit. Scribit enim, Oxum tanto impetu e ſublimi deorſum ferri, ut aqua eius plus ſtadio a ſaxo abſiliat. Aſpaſiacarum autem tam pedeſtres, quam equeſtres turmas per ſpatium rupi vicinum in Hyrcaniam transire, ac pendulas fluvii aquas ſine noxa ſubire et evadere. Verum Theophylactus in Oecumenica hiſtoria eandem ſcribens hiſtoriam, nec Araxis, nec Oxi facit mentionem, ſed maris Caſpii litorum. Verba eius, quia nondum lucem viderunt, adſcribam: Ἐν τῇ θαλάσσῃ Ὑρκανίᾳ, τῇ καὶ Κασπίᾳ καλουμένῃ, ἀκταὶ παρὰ τὸν αἰγιαλὸν ἀνέχουσαι ὑψηλαὶ ἄγαν καὶ ὕπαντροι ὀλίγῳ διαστήματι ἡμισταδιαίῳ τυχὸν ἢ καὶ τρίτῳ τοῦ σταδίου τῷ καὶ εἰς αἰγιαλὸν χρηματίζοντι, τῆς θαλάσσης ἀπέχουσι. Ὑπερθεν ποταμοὶ κατιόντες ἄνωθεν ἀπὸ ὑψηλοτέρων ὀρέων τοσαύτῃ καταφέρονται τῇ ῥύμῃ, ὥστε ἐν τῷ μέλλειν εἰσβάλλειν εἰς τὴν θάλασσαν, ἀπὸ τῶν ἄκρων τῶν ἀκτῶν, πρὸς αὐτὴν τὴν θάλασσαν τὸ ὕδωρ ἀκοντίζουσι, τὸν ἐν μέσῳ ὑποκείμενον χῶρον, ἤτοι τὸν αἰγιαλὸν ἄβροχον εἰσάπαν καταλιμπάνοντες· ὡς εἶναι βάσιμον αὐτὸν καὶ ὁδεύσιμον τοῖς ἐκεῖσε διερχομένοις, κἂν στρατὸς ὁλόκληρος εἴη, σκεπομένοις μᾶλλον ὑπὸ τῶν ῥεόντων ποταμῶν, καὶ ἀβρόχοις ἐν τῷ διέρχεσθαι συντηρουμένοις. Nihil verius hoc Theophylacti loco,

quem nuper confirmat Matthias a Michon lib. 1. cap. 7. de Sarmatia Aſiatica; agens enim de Caſpio mari dicit: *Fluere multa ac magna flumina in id mare, quae de ripis altis impetuoſe et quaſi per ſaltum ex alto in medium decidant, et iuxta ripas ſubtus transeuntibus iter praebeant. Unde fiat, ut ibi in aeſtate a Perſis et Medis refrigerium quaeratur.* Simile eſt, quod in Aethiopia fieri tradit Ioannes Barros, fide dignus auctor, qui Luſitanice complexus eſt navigationes ſuae gentis. Dicit is lib. 5. c. 8. decadis primae, Nigrum fluvium, qui vulgo *Zayaga* dicitur, circa regionem Huaba e rupe excelſa tam longe undas ſuas in ſubiectam planitiem eiaculari, ut ſub volantibus iſtis in aere aquis ſiccus ſemper pateat tranſitus, niſi quando adverſus ventus undam retroagat, et ad rupem allidat. Lapſum vero iſtum ait ab indigenis *Iurto* vocari, quod arcum ſignificat, quia arcuatim de ſummo labitur flumen, niſi potius exiſtimemus, ab arcu caeleſti ſic nominari. — Atque haec quidem certa eſſe exiſtimo; verum mera eſt fabula, quam narrat Chronici Hirſaugienſis auctor ad ann. 1117. nempe quod tantus fuerit terrae motus, *ut Padus, unus de quatuor Europae maioribus fluviis, e terra elevatus fuerit, in modum fornicis, ita ut inter terram et aquam via pateret transeuntibus.* Eadem habet Dodechinus in appendice ad Marianum Scotum. At vero Robertus Monteuſis ad an. 1118. longe aliter hoc miraculum narrat, et Moſae, non Pado, tribuit: *Moſa fluvius iuxta abbatiam, quae dicitur Suſtula,* (vulgo *Suſteren* appellatur) *quaſi pendens in aere fundum ſuum viſus eſt deſeruiſſe.* Idem habet Anſelmus Gemblacenſis in continuatione Sigeberti. Hoc poſtremum credo, cum multo etiam maiora miracula terrae motu contingant. Sed ut flumen aliquod tam diu ſupra alveum elevatum manſeat, ut ſubtus transeuntibus tranſitus pateat, calidum ſane videtur mendacium. vossius. Polybii locus ſic habet de Oxo: ἐξωθεῖ τὸ ῥεῦμα τῇ βίᾳ — ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε τῆς πέτρας ἐν τοῖς κάτω μέρεσι

πλεῖον ἢ στάδιον ἀφάλλεσθαι τὴν καταφορὰν αὐτοῦ. Διὰ δὴ τούτου τοῦ τόπου φασὶ τ. Ἀσπασιάνας παρ' αὐτὴν τὴν πέτραν ὑπὸ τὴν καταφορὰν τοῦ ποταμοῦ πεζεύειν μετὰ τῶν ἵππων εἰς τὴν Ὑρκανίαν. Ita nempe Araxes cum Oxo etiam a ſcriptoribus Byzantinis confundi videtur, uti docuit du Cange in notis ad Nicephorum Bryennium lib. 1. n. 7. pag. 201. ſq. et inde Strittar in memorr. populor. T. 3. pag. 80. not. At omnino id Strabo 11. p. 551. f. 510. de Hyrcaniae fluviis in mare effectis, unde ſua hauſiſſe videtur Theophylactus a Voſſio commemoratus. Ita vero illo: ἐκ τῶν ὑπερθεν κρημνῶν ποταμοὶ ῥέοντες τοσαύτην προσφέρονται βίαν, ὥστε ταῖς ἀκταῖς συνάψαντες ἐξακοντίζουσι τὸ ὕδωρ εἰς τὴν θάλατταν ἄῤῥαντον φυλάττοντες τὸν αἰγιαλόν. — Subiicit ſub iis fornicibus aquarum epulatum convenire, vel ſacrificatum accolas.

pendentibus) Sic Rutilius 1, 97. de R. aquae ductibus: *Quid loquar aerio pendentes fornice rivos, Quo vix imbriferas tollenet Iris aquas?* ubi ſimilia dedit Wernsdorf. Ceterum totum hunc locum, commutatis ſubinde verbis, reddidit Boccatius de fluminibus f. v. *Araxes.*

§. 6. *Cyrus)* Valde hic peccat Mela, cum amnes hos vicinis fontibus oriri, ac tamen tam vaſta divortia facere ſcribit, ut unus per Iberas, alter per Hyrcanos fluat, priusquam coniungantur. Nempe quia Araxis appellatio tam variis attributa fuit fluminibus, ideo quoque in ſitu et nomine Cyri et Cambyſis amnium variatum fuit. Sed ſi per Araxem illud flumen intelligamus, quod ſic Romani appellarunt, quodque etiamnum nomen ſervat, iam non erunt diſtinguenda oſtia Cyri et Cambyſis ab oſtiis Araxis; confluentem enim faciunt, non divortium. Araxes influit in Cyrum, uti non tantum Plutarchus et Appianus, [vid. ſupra] ſed et hodierna

docet experientia. VOSSIVS. Varie nomen fluvii sive librariorum vitio factum sit, sive usu parum constiterit, offertur. Cum nostro faciunt plures, et in Gr. est Κῦρος s. Κύρος. At Κύρνος habet Plutarch. in Pompeio c. 34. Dio 36, 36. et alibi. Κύρτος Appian. in Mithridat. cap. 103. ubi quidem Κῦρος reponendum censuerunt Reiskius et Schweighaeuserus. Κύῤῥος Ptolemaeus 5, 12. et 13. Idem habet quidem 6, 2. Κύρος, at quia huius ostia in Media commemorat, diversa fecit flumina. Porro et alia eiusdem vel similis nominis vocabula leguntur, uti Κάριος, vel potius cum Cod. Palatino Κόριος apud Ptolemaeum 6, 8. in Carmania, cui suffragatur Marcianus pag. 20. (Hudf.) Idem Κῦρος Persicus fluvius, qui in Persicum sinum effluit, notatur a Strabone 15. pag. 501. s. 729. Avieno v. 1214. qui Dionysio v. 1073. est Κόρος, uti Prisciano v. 974. quam formam praeferunt Casaubonus ad Strab. c. l. et Salmas. in Solin. c. 37. s. 40. p. m. 495. At quod hic Corium Carmaniae cum hoc componit, difficilius explicatu videtur. Nova tamen hic difficultas obiicitur. Strabo enim c. l. de Cyro Persidis sic: ἀντὶ Ἀγραδάτου μετονομασθεὶς Κύρος, auctore quidem Cyro rege. At Ammian. 23, 6. pag. 289. (Gron.) nostrum a Cyro nomen accepisse adfirmat ob impetum similem, quo in Caspium mare decurrat, ut rex in bello contra Scythas. Eustathius tamen ad Dionys. v. 1073. huius Κόρον in Persida postea Cyrum vocatum esse scribit, etsi et cognomina flumina eum miscere inde adparet, quod Κόρον Dionysii ex Armenia ducit, uti facit in Choaspe Persico et Indico. Rectius, unde sua hausit, Strabo 11. p. 344. s. 500. de nostro Cyro. Fontes in Coraxicis montibus ponit Mela, consentiente Plinio 6, 10. in. qui eosdem Heniochios etiam vocari addit. Cf. 6, 15. s. 13. et quae dicta sunt ad 1, 19, 13. Ibericos montes habet Plutarch. c. l. quorum narrationes inter se conciliat et verbis tantum discrepare docet Lünemann. in defer. Caucasi p. 23. Strabo c. l. fontes ponit omnino in

Armenia, unde in planitiem incidit, quae eſt inter Armeniam et Colchidem, tum per Albaniam fluit. Hinc vel in Armeniae et Albaniae confinio curſum notant auctores, veluti Dio 36, 36. et 37. 37, 3. Ptolemaeus 5, 12. 13. vel etiam Armeniae et Iberiae, uti Strabo lib. 1. p. 42. f. 61. 11. p. 339. f. 491. Plin. 6, 15. f. 13. Ptolem. 5, 12. In curſu excipit multos alios amnes, (Appianus Mithrid. cap. 103.) in quibus ſunt apud Strabonem 11. p. 344. f. 500. *Arrabon*, (Codd. *Arragon*, ipſe poſt *Araxus* habet de eodem) *Alazonius*, (Plinio 6, 11. f. 10. *Alazon*) *Sandobanes*, *Boetaces* et *Chanes*, omnes navigabiles, quibus ex Plinio c. l. addi poteſt *Iberus* et *Araxes*, de quo antea dixi. Labitur copioſis aquis per campos fertiles. (Strabo 11. p. 344. f. 500.) Oſtia eius omnino commemorat Ptolemaeus 5, 13. Alii, ut Strabo 11. p. 345. f. 501. Appianus c. l. 12 commemorant. Addit Strabo in poſteriori loco, tantum ſimul eum limi evolvere, ut aggeres litori praeſtruxerit et exiguas inſulas continenti adnexuerit. Hodie vocatur *Kur*, vel quod habet Strittorus in memoriis populorum in indice Geogr. ſub h. v. *Küur* ſ. *Gür*. De eius cum Araxe coniunctione ſupra. De ipſo Cyro etiam ex recentiorum narrationibus multa diligenter conlegit Lünemann p. 22. c. l.

Cambyſes) Gr. Καμβύσης. Commemorat etiam Plin. 6, 15. f. 13. in fluminibus, quae per Albaniam in mare decurrunt. Diverſos etiam facit fontes, Cambyſis, Caucaſios montes, Cyri Coraxicos. Harduinus ad c. l. ſuſpicatur a Ptolemaeo 5, 9. vocari Σοάνας, etſi nimis hic diſtat a curſu hic notato, et ſuo oſtio in mare evolvitur. Idem tamen 6, 2. in Media commemorat cum Cyro Cambyſen etiam, ſed qui ſuis oſtiis effluunt, nec huc referri poſſunt. Sic Strabonis epitome pag. 148. (edit. Hudſ.) περὶ τὸν Καμβύσην locat gentem Caſpiam citeriorem et Caduſiis proximam. Errare Melam iam Voſſius docuit, vid. mox. Ceterum paucis mutatis hanc Melae

narrationem de utroque fluvio reddidit Boccatius de fluminibus ſ. v. *Cambiſes* et *Cirus*. Quis ſit hodie, ſe neſcire fatetur Bieberſtein pag. 55. c. l. et cum Araxe miſtum putat a Mela.

Iberas) Hic ſi Codices recte habent, aliam ſecutus eſt terminationem, atque in libro 1. cap. 2. ubi dicuntur *Iberi*. Sic hoc habet Plin. 3, 3. ſ. 1. at *Iberes* 6, 11. ſ. 10. et alibi. Utrumque tamen omnino recte habet et uſu comprobatur. Ἴβηρ eſt apud Appian. in Mithridat. c. 117. a cuius genitivo Ἴβηρος in caſu recto ductum eſſe notat Stephanus ſ. v. Ἰβηρία. Graeci enim praeferunt Ἴβηρες, quod et habent poſteriores, ut Giron. Paſch. pag. 28. Ven. At Latini utrumque adhibent promiſcue, quorum uſum notavit Servius ad Virgil. Aen. 7, 605. exempla dedit Cellarius in Geogr. ant. 3, 10, 1. Sic qui Iberi vocantur in Livii epitome 101. et Eutrop. 8, 3. in eadem narratione Graecis, veluti Dioni 37. in. Appiano in Mithr. c. 103. 117. Plutarcho in Pompeio c. 35. extr. Zonarae 10, 5. ſunt Ἴβηρες. Ex Latinis ſimilia exempla, v. c. *elephantus*, *Arabus*, *delphinus*, *Titanus*, conlegit Pierius ad Virgil. c. l. Ipſa regio vocatur Iberia, Gr. Ἰβηρία, uti etiam Hiſpania, ad cuius differentiam quaedam ſolent adiici a plaga coeli, vel finitimis ducta. Sic de Hiſpania ἡ πρὸς ἑσπέραν Ἰβηρία Dioſcorides 2, 210. de noſtra Ἰβηρία ἡ ἐφ' ἡμᾶς Appian. in Mithrid. cap. 116. Sic Ἴβηρες ἑσπέριοι, uti Strabo 1. p. 42. ſ. 61. et alibi, et ἑωθινοὶ, Euſtathius ad Dionyſ. v. 695. qui ἑωθινὸν ἔθνος Ἰβήρων de noſtris dicit, pro quo Priſcian. v. 679. *orientis Iberes*. Sic Ἴβηρες οἱ ἐν Ἀσίᾳ et οἱ Εὐρωπαῖοι Appian. in Mithrid. cap. 101. Sic Ἰβηρία ἡ πρὸς ταῖς Ἡρακλείους στήλας et ἡ πρὸς Πέρσας Stephanus h. v. Terminabatur regio a ſeptemtrione Sarmatiae parte, ab occaſu Colchide, a meridie parte Armeniae maioris, ab oriente Albania. (Ptolemaeus 5, 11.) Pars eius Caucaſio montibus includebatur, (Strabo 11. p. 344. ſ. 500.) qui

verſus Pontum vocantur Moſchici apud Plutarch. in Pompeio cap. 34. Fertilitatem laudat Strabo c. l. oppida recenſet Plinius 6, 11. f. 10. et Ptolem. c. l. Eorum originem plerique repetunt ab Iberis Europaeis ſ. Hiſpanis, qui Pyrenaeis montibus relictis ultra Pontum et Colchidem huc commigrarunt. Vid. Strabo 1. pag. 42. f. 61. Dionyſ. v. 698. Priſcian. v. 679. Avienus v. 883. Varro apud Plin. 3, 3. f. 1. Appianus in Mithrid. c. 101. Cf. etiam Perizon. in originibus Aegypt. c. 24. p. 469 ſqq. At, quod notat Appianus, diſſenſerunt quidam, qui vel Europaeos ab Aſiaticis derivarunt, vel gentem utramque non niſi nomine communi cognatam fuiſſe propter linguae et morum diſſimilitudinem putarunt. De eorum moribus expoſuit Strabo 11. pag. 344 ſq. f. 500. et bellicoſos, laborioſos, agricolas fuiſſe, omninoque Medorum Armeniorumque cultu vixiſſe refert. Iberorum mores in feminarum penſis et operibus iudicandis memorat Nicolaus Damaſcenus h. v. Tum Strabo ad 4 claſſes, in quas deſcripti fuerunt, progreditur, ex quarum prima reges electi duo ſimul, unus dignitate et honore, alter officio et munere. Hinc reges eorum commemorantur paſſim, veluti *Artoces* Mithridatis tempore apud Appian. in Mithrid. c. 103. et 117. et Flor. 3, 5, 28. ſub Tiberio; *Mithridates* et *Pharaſmanes* apud Dion. 58, 26. Tacit. Annal. 6, 32 ſq. Cf. Ioſeph. antiqu. 18, 4, 4. f. 18, 6. Sub Hadriano apud Spartian. in vita cap. 21. extr. H. ibi *Giurgiſtan* ſ. *Georgien*. Vid. Bieberſtein p. 43. c. l. aliique, quos comparatis veteribus auctoribus producit Lünemann. p. 51 ſqq.

Hyrcanos) De iis ſupra ad §. 4. Recte vero Cellarius in Geogr. ant. 3, 18, 10. hoc loco adpoſito exclamat: „Quot putas in his prodigia eſſe? Iberes et Hyrcani, (quanto intervallo ſeiuncti?) qui poſſunt ſua flumina per unum os emittere?“ Ceterum hic gentes,

ut alibi, pro regionibus poſuit. Sic Nepos in Hannib. 4, 2. *per Ligures Apenninum tranſit.* Et ſic alii.

Iaxartes) Gr. Ἰαξάρτης. Oritur, unde Oxus, de quo poſt, ex montibus Indicis (Strabo 11. pag. 351. f. 510.) et magis ad ſeptemtrionem currit. E Caucaſo monte ducit, ſc. Macedonico, Arrian. de exped. Alex. 3, 30. de quo alibi et infra de Oxo. Comedarum montes, qui Sugdii vocantur, in extrema Sugdiana habet Ptolemaeus 6, 12. Cf. et Ammian. 23, 6. p. m. 292. Quod recentiores narrant, oritur in monte *Ak-Tau* ſupra Taſchkent. Vid. Borhek Aſien T. 2. p. 269. In curſu admiſcentur alii fluvii, (Ptolemaeus 6, 14.) e quibus nominantur *Dymus* (Ptolem. 6, 12. pro quo *Dymas* Ammian. c. l.) et *Baſcatis.* (Ptolem. c. l.) Accolunt *Iaxartae, Caratae, Comari.* (Ptolem. 6, 13.) Diſterminabat *Sacas* et *Sogdianos* (Eratoſth. apud Strab. 11. pag. 354. f. 514.) item *Sogdianos* et *Scythas Nomadas* (idem 11. p. 356. f. 517.) *Sacas* accolas facit etiam Dionyſ. v. 750. Excurrit, ut plures tradunt, in mare Caſpium, eiusque oſtia, teſte Patrocle apud Strabon. 11. p. 357. f. 518. ab oſtiis Oxi diſtant 80 paraſangis, quarum menſuram quidem incertam dicit. Eratoſthenes tamen apud eundem 11. p. 349. f. 507. et Plinium 6, 15. f. 13. numerat 2400 ſtadia, ex quo paraſangae aequant 30 ſtadia. Oſtia autem in Scythia intra Imaum ponit Ptolemaeus 6, 14. Scythae eum vocarunt *Silin* teſte Plinio 6, 18. f. 16. uti *Tanain*, quod idem tradit 6, 7. et Euſtath. ad Dionyſ. v. 14. Nempe, quod Plinius in priori loco refert, Alexander militesque eius Iaxartem putaverunt Tanain. Vid. Martianus Capella lib. 6. p. m. 223. Solin. c. 52. f. 49. ex Plinio, aliique, quos ad Plinium laudat Harduinus notatis erroribus, qui inde in narrationes Geographicas invecti ſunt. Cf. et Salm. ad Solin. 38. (41.) p. m. 565. Weſſeling ad Diodor. 18, 5. et Schweighaeuſer. ad Polyb. 10, 48, 1.

Sic Tanais intelligi debet apud Polyb. 10, 48. quod et monuit Schweighaeuſerus. Curtius miſere miſcens eodem errore 7, 7, 2. Tanain Scythas Europaeos et Bactrianos dirimere eundemque Europam et Aſiam diſterminare ſcribit. Et ſic alibi. Duplicem illum Tanain diſerte igitur diſtinguit Arrian. de exped. Alex. M. 3, 30. ubi ex Ariſtobulo refert, noſtrum hunc a barbaris finitimis *Orxantem* vocari, quem Iaxartem eſſe viri docti conſentiunt, Iaxartem etiam reponi vult Blancardus ad c. l. p. 256. cum Salmaſio ad Solin. 38. f. 41. p. m. 555. et corruptum nomen cenſet Schweighaeuſer ad Polyb. c. l. etſi Gronovius vulgatam minime improbat. Idem in Arriano de exp. Alex. 7, 16. eſt *Oxyartes*, qui per Scythas in mare Caſpium fluit, et apud Plutarch. in Alex. cap. 45. extr. *Orexartes*, in Scythis, quem Alexander Tanaim eſſe credidit; *Araxates* apud Ammian. 23, 6. p. m. 292. (Gron.) quia cum *Dyma* (*Dymo* apud Ptol. c. l.) coniungitur. Hodie Arabes adpellant *Gi-hun*, Ruſſi *Daria*, vel, uti notat Stritter in indice Geogr. memorr. populor. h. v. *Sir-Darja*, vel *Syr-Darja*. Quidam etiam ſimpliciter *Sir*. Nempe *Darja* ſignificat fluvium.

Oxus) Gr. Ὄξος, uti Strabo, Polybius; alii Ὦξος, uti Dionyſius, Plutarchus, Ptolemaeus, Arrianus, etſi hic a ſe ipſe diſſidet in editis. Illud enim 3, 29. hoc 7, 16. Suidas tamen h. v. ubi Arrianum lib. 3. reddidit, habet ω, ut id praeferendum videatur. Huc etiam pertinet Ariſtot. de mirabil. auſcult. cap. 47. ubi male vulgo Ὦζος legitur. At in maſculino genere omnes conſentiunt, quare femininum librorum aliquorum reiecit Schweighaeuſer. in Polyb. T. 6. p. 703. An idem etiam Graecis dictus fuerit Ὄαξος et Ὦξος, ut Ὀαρίων et Ὠρίων, et huc referendus ſit Virgilii in eclog. 1, 66. *Oaxes*, prolixe diſputavit conteuditque Salmaſ. ad Solin. cap. 49. f. 52. p. m. 692. nulla tamen ſuffultus auctori-

ate certa. Hinc vero ad Vibium aliorum enatae ſunt diſputationes, quas notis intexuit Oberlinus p. 151 ſqq. Cf. etiam Barthius ad Claudian. de bello Gildonico v. 31. ubi tamen pro *Oaxes* Heinſius ex libris pluribus tuetur *Araxes*. Boccatius de fluminibus ſ. v. Oaxis vel Oxus, ubi Melam repetit, de noſtro Oxo narrat. *Oaxus* etiam eſt in Martiano Capella lib. 6. p. 223. ubi alii *Oxus*, et Grotius vult *Oaxis* ex MS. In lacu *Oxo* oriri tradit Plin. 6, 18. ſ. 16. et ex eo Solin. 52. ſ. 49. Ὠξιανὴ λίμνη Ptolemaeo 6, 12. in Sogdiana. At cum per ſe id vix ſit credibile, tum Ptolemaeus docet, illum lacum a fluvio effici, qui ex Sogdiis montibus deſcendat. Hinc fontes ulterius quaerendi, quo et alii ducunt. Caucaſum montem habent Polyb. 10, 48. et Arrian. de exp. Alex. 3, 29. Ptolem. 6, 12. Macedonicum nempe illum, quem diſerte a Pontico diſtinguit ipſe 5, 5. et diſerte 5, 3. per Paropamiſum explicat. Atque eo etiam ducit Ptolemaeus 6, 11. Cf. ad Melam 1, 15, 2. Ulterius ex Emodo monte ducit Dionyſ. v. 747. et cum eo Priſcian. v. 724. Procul tamen Emodo monte i. e. haud longe Avien. v. 926. Recentiores in fontibus notandis memorant montes *Belur - Tagler* primumque eius nomen adferunt *Harrat*. Vid. Borhek Aſien T. 2. pag. 279. In curſu dividit Sogdios (Dionyſ. v. 747. et cum eo Priſcian. et Avienus cc. ll.) vel potius dirimit Bactrianam et Sogdianam, (Strabo 2. p. 50. ſ. 73. 11. p. 354. ſ. 513. et alibi) Derbicum medios fines ſecat, (Plin. 6, 18. ſ. 16.) et iuxta Hyrcaniam in mare Caſpium influit, (Arrian. de exped. Alex. 3, 29. Solin. c. 21. ſ. 17.) ubi Noſter ponit poſt Amardos et Paeſicas, de quibus ante dictum eſt. Excipit plures fluvios, (*incurſu aliorum grandior Mela*) quos memorat Ptolemaeus in primis 6, 10. et 11. aliique paſſim. In iis ſunt *Ochus*, (Strabo 11. p. 351. ſ. 509. Ammian. 23, 6. p. 292. Gron.) etſi de confluentis loco disputatum eſt auctore Strabone 11. pag. 357. ſ. 518. *Zariaſpa*, (Strabo 11. p. 356. ſ. 516.) qui *Zariaſpis* eſt

Ptolemaeo 6, 11. Quidam Oxum cum Araxe, (Herod. 1, 201 ſq.) alii cum Ocho et Iaxarte permutarunt. (Strabo 11. p. 776 ſq. et 788.) Cf. Harduin. ad Plin. 6. p. m. 597. Aſiae fluviorum, exceptis Indicis, maximum habuerunt. (Strabo 11. pag. 351. ſ. 509. ex Ariſtobulo, Arrian. de exp. Alex. 3, 29.) Hinc *immania* eius *fluenta* dicit Ammian. 23, 6. pag. 292. (Gron.) et latitudo eius 6 — 7 ſtadiorum fertur. (Arrian. c. l. Strabo 11. p. 357. ſ. 518.) Curſus rapidus adeo, ut terrae infixa facile ſubvertat ſecumque rapiat, (Arrian. c. l. Priſcianus v. 723.) unde *ruere* recte de eo dicit Avien. deſcr. v. 926. Profundus porro et fabuloſus, (Arrian. c. l.) turbidus, quia limum ſemper vehit, et inſalubris potu; (Curt. 7, 10, 13.) molliſſima tamen aqua, et quae cutem lavantium pinguefaciat. (Plutarchus in Alex. cap. 57.) Auriferum etiam facit Ariſtoteles in mirabil. auſcult. c. 47. etſi ibi vulgo *Ozus*. De eius cum Araxe commiſtione ſupra dictum eſt. H. Arabibus *Gichon*, *Gihon* et *Ghajon*, uti quidam volunt, veluti Harduinus ad Plin. 6, 18. ſ. 16. Stritter in memorr. popul. Tom. 3. p. 81. not. *Giihun* h. forte a Bactriis Akſai. Vid. Bayer in hiſt. regni Graecor. Bactriani p. 11. qui ſic putat. d'Anville ſur l'Inde p. 202. Alii habent *Iihun*. Vid. deinceps. D'Anville in hiſt. de l'academie — de Paris T. 36. p. 82. Perſis eſt *Abi-Amu*, *Amu-Daria*. Allis etiam *Ulu* vel *Amu Daria*. Cf. Borhek Aſien T. 2. p. 270. et 279 ſq. ubi de curſu hodierno ex hiſtoria itinerum terra marique factorum p. 242 ſq. et *Iihun* Arabibus eſſe dicitur. Ceterum hunc Melae de Oxo locum paucis inverſis expreſſit Boccatius de fluminib. ſ. v. *Oaxis* ſ. *Oxus*.

Sugdianorum) Duplici modo, et fere ſaepius per *o* ſcribi, in notis crit. pag. 133. monitum eſt. Sed varie praeterea efferuntur a Graecis. In Herodoto ſunt Σογδοὶ 3, 93. 7, 66. uti et notat Stephanus. Σόγδιοι,

quod eſt apud eundem, habet Strabo 11. p. 356. ſ. 517. Idem tamen proxime poſt ſcribit Σογδιανοὶ, quod praefert Arrian. de exped. Alex. 4, 17. et alibi, Plutarch. in orat. 1. de fortitud. Alex. M. Vol. 7. p. 299. (ed. Lipſ.) Noſter 1, 2, 5. — Hinc ἡ τῶν Σογδιανῶν χώρα Arrian. de exped. Alex. 4, 16. vel ſimpliciter ſaepe ἡ Σογδιανὴ, cui vulgo additur in Arriano 3, 30. 4, 50. χώρα, (uti *regio* apud Curt. 8, 1, 35. et alibi) improbante quidem Gronovio ex bonis Codd. Eadem et Σογγδιὰς apud Dionyſ. v. 747. et ex eo apud Priſcian. v. 723. et Avien. v. 924. Incolae denique ſaepius, notante ad Stephanum Holſtenio p. 301. Σογδαῖται dicuntur apud Menandrum Protectorem in excerptis legat. pag. 106. Situm eius deſcribit Diodor. Sic. 18, 5. diligentius Ptolemaeus 6, 12. qui quidem fuit inter Iaxartem et Oxum, uti ex ſuperioribus patuit. Cf. Strabo 11. p. 356. ſ. 517. Hinc et περὶ τὴν Βακτριανὴν ponitur a Stephano h. v. Urbes recenſet Ptolemaeus c. l. in quibus *Alexandria* ab Alex. M. in extremis Sogdianae finibus condita. Plin. 6, 18. ſ. 16. ubi vid. Harduinus. Sed et praeterea commemorantur *Gabae*, (Arrianus 4, 17.) *Maracanda*, ubi fuit regia (idem 3, 30.) *Panda*. (Plin. c. l.) — Deſertam maiori ex parte regionem fuiſſe, tradit Curtius 7, 10. in. Paruit olim Perſis, (Herodot. 3, 93. —) ceſſit victa Alex. M. (plures) qui parentes interficiendi morem incolas dedocuit; (Plutarch. c. l.) quo mortuo in provinciarum ſortitione ceſſit Philippo cum Bactriana, (Diodor. 18, 3.) utramque Antipater in nova deſcriptione dedit Staſanori; (idem 18, 39.) Scythaeum habent Iuſtin. 13, 4, 23. ubi vid. Gronov. Oroſius 3, 23. p. 201. (Haverc.) unde ſibi vindicavit Seleucus. (Appian. in Syriac. c. 55.) Hodie, quod vult d'Anville antiquités geographiques de l'Inde p. 202. quia Oxo ſ. Gi-hon iaceat verſus ſeptemtrionem, eſt *Vaſh* et *Gill*; aliis *Buchareia* ſeptemtrionalis, ex parte terra Tatarorum Usbekorum, Arabibus *Maurennahr*, de quo vid. Borhek Aſien T. 2. p. 276 ſqq.

Dahas) Ita ſolent Latini; Graeci Δάαι, etſi in utriusque linguae auctoribus ſcriptura ſaepe variatur, ut docui in commentar. crit. p. 135 ſq. In Herodoto ſunt Δάοι 1, 125. f. Δάσας etiam dictos eſſe notat Stephanus h. v. Δαΐους, vel, quod volunt, Δάους, vocat Suidas ſ. v. Ἀγαθός. In Scytharum populis referendos eſſe, docent Strabo 11. p. 352. ſ. 511. Plin. 6, 19. ſ. 17. Servius ad Virgil. Aen. 8, 728. Stephanus h. v. qui cum Herodoto et Strabone Nomadas facit, quales fere erant omnes Scythae. Diſtributos fuiſſe in varios populos, *Aparnos*, (*Parni* Ptolem. 6, 10.) *Xanthios* et *Piſſuros*, ex quibus Aparni propius Hyrcaniam et Hyrcanum mare habitarunt, reliqui verſus Ariam, patet ex Strabone c. l. In ſitu tamen conſtituendo discrepant auctores, quod non mirum eſt in vagis populis. Sic coniunguntur, unde ſitus iudicetur, cum Choraſmiis, Sacis, Maſſagetis, a Plinio 6, 19. ſ. 17. 37, 33. ſ. 8. Curtio 7, 4, 6. 8, 1, 8. Iuſtin. 12, 6. extr. Ultra Sogdianos ponit Plin. 6, 19. ſ. 17. Inde a Caſpio mari, uti praecedentia docent, eorum ſedes incipit Strabo, ulterius verſus orientem ponit Maſſagetas et Dahas, Ptolemaeus 6, 10. in Margiana prope Parnos et Maſſagetas, Margianae ſcilicet etiam incolas. Ubi Mela ponat, ex adiunctis intelligitur, qui ſic maxime cum Strabone conſentit, ſecus ac Plinius. Cum talem faciat Oxi curſum Noſter, qualis commemoratur in hiſtoria itinerum terra marique factorum T. 7. p. 242. flectitur Oxus verſus orientem hibernum ad fines Bucharіae maioris, unde obliquo curſu mare verſus tranſit *Chareſm*, qua quidem in parte Dahas ſuos conlocavit Mela. Quidam Dahas poſuerunt ad paludem Maeotida, uti duplicem fecerunt Caucaſum et Tanain, et inde noſtros duxerunt, ut narrat Strabo 11. p. 355. ſ. 515. dubitatione quidem adnexa. Alii Aſiaticos ex Europaeis ad Iſtrum, qui uſitate Daci vocantur, traductos eſſe putarunt, de quo Strabo 7. p. 210. ſ. 304. quem refutat Salmaſ. ad Solin. 38. ſ. 41. p. m. 559. Dacosque eosdem, qui Dai, fuiſſe negat,

contra atque Holſten. ad Stephanum p. 89. Inde vero, ſi qua commiſtio in libris obiicitur, vera lectio diiudicari poteſt. Europaei enim *Daci* ſ. *Dacae* ſolent dici. Ad Pontum, neſcio quo iure, conlocant prope Chalybes Solin. c. 20. ſ. 15. et Ammian. 22, 8. p. m. 241. Innotuerunt maxime Alexandri expeditione, a quo victos et ſubactos fuiſſe, narrant plures. De illorum moribus aliqua notant auctores. *Indomitos* vocat Virgil. Aen. 8, 728. ἱπποτοξότας Appian. Syr. cap. 32. *equites ſagittarios* Liv. 37, 40, 8. *iaculatores peritos* Suidas ſ. v. ἀγαθὸς, binos ab equis in proeliis vectos eſſe, ſcribit Curtius 7, 7, 32.

os aperit) H. l. de oſtio, cum alias eandem locutionem 3, 8, 35. adhibeat de fonte fluvii, ut Curtius 6, 4, 7.

§. 7. *alia — verum et)* Vid. ad 2, 6, 6.

tigres) Notus in hanc rem verſus Virgilianus Aen. 4, 367. *Hyrcanaeque admorunt ubera tigres*, de homine fero et duro. Notavit etiam Hyrcaniae tigres Plin. 8, 25. ſ. 18. ubi eandem habet narrationem. Cf. Stat. Theb. 9, 15. Claudian. de raptu Proſerp. 3, 263. ubi alios producit Barthius. Adde Ammian. 23, 6. p. m. 291. Innotuit beſtiis ſaevis Hyrcania omnino, unde Lactantius 5, 10, 4. *quae Hyrcania tam immanes, tam ſanguinarias unquam beſtias aluit?* Sed et, quod recte Mela indicat, totus ille terrarum tractus ad mare Caſpium feris ſcatuit. Hinc *Caſpia tigris* Maximian. eleg. 1, 272. *Caſpia fera* Seneca Herc. Oet. v. 145. *Armeniae tigres* Tibull. 3, 6, 15. Virgil. eclog. 5, 29. Propert. 1, 9, 19. Ovid. Met. 8, 121. Cf. Wernsdorf. ad poet. Lat. minor. T. 6. P. 1. pag. 316. Hodie etiam in iis regionibus tigres inveniri teſtatur Gmelin, qui iſta loca adiit. Ceterum Romanos ſub Auguſto tigrem in ſcena productam primum ſpectaſſe, narrat Dio 54, 9. ubi vid. Fabricius.

ſaevum) Recte et in primis de tigri proprie, quippe quae nec fame ſtimulata ſaevit. Vid. Büffon Natur-Geſch. der vierfüſs. Thiere T. 6. (Berolini) p. 167.

pernix) Eadem Plin. 8, 25. ſ. 18. ubi celeritatem eius exemplo eodem probat, quam tamen Buffon pag. 173. non tam in curſu, quam in ſaltu quaerendam eſſe putat, etſi refutatur ex teſtibus αὐτόπταις a Forſtero p. 185. qui ad curſum omnino referendam eſſe probat. Velocitatem etiam paſſim praedicant veteres, veluti Nearchus apud Arrian. in Indicis cap. 15. et quos habet ad Claudian. de raptu Proſerp. 3, 267. Barthius. Hinc ἠνεμόεσσαι apud Oppian. in Cyneg. 3, 98. et 353. ubi plura dabit de Ballu. Id ipſum volunt indicare Armeniam ſ. Medam vocem *tigris*, de qua ad 3, 8, 5. et Buffon pag. 173.

interceptos) Quod capitur in media via, antequam ad locum petitum perveniat, in quo ſaepe ſubeſt inſidiarum notio. Sic *flumina* intercipiuntur in curſu, (Rutil. itin. 1, 101. Curt. 8, 9, 8.) *epiſtola*, (Curt. 6, 9, 13. et 15. Cic. ad Qu. fratr. 3, 2.) *iumenta frumentatum egreſſa*, (Frontin. 3, 2, 9.) et ſimilia in Lexicis obvia. H. l. eſt antequam ad maturitatem pervenerint, latebrasque ſuas et cubilia reliquerint. Plinius c. l. *ab inſidiante rapitur fetus.* At hinc ſaevior rabies exſiſtit, unde et Iuvenalis 6, 270. *orba tigride peior.*

aſtu) Eandem hiſtoriam referunt Plinius c. l. et inde Solinus 21. ſ. 17. qui cum Mela comparari poſſunt, et Ambroſ. Hexaemer. 6, 4. Varie etiam, etſi brevius, qua pertinacia catulos repetant, in aliis legitur. Cf. Philoſtratus in vita Apollonii 2, 14. qui circa rubrum mare verſari et ad naves usque raptores perſequi ſcribit; Claudian. de raptu Proſerp. 3, 264 ſqq. Adludit Martialis 3, 44, 6. 8, 26. in. Aliam tamen technam a raptore adhi

beri ſcribunt Claudianus et Ambroſius, ſphaeram vitream obiici, et matrem, quae ſubolem putet, ludi et retardari. Quam quidem fraudem, cum veteres ignorent, poſt demum inventam credit Salmaſ. ad Solin. c. l. p. m. 149. Cf. etiam Valeſ. ad Ammian. c. l. Buffonius nihil eiusmodi adtulit, nec commentator. Ab equitibus tamen capi refert etiam Oppian. in Cyneg. 1, 75. Expoſuerat etiam de arte capiendi Ammianus, quod dicit ipſe 23, 6. De verbo *fruſtrari* dictum eſt ad 2, 7, 9.

§. 8. *ambiguum)* Infra 3, 9, 3. ubi eandem quaeſtionem de meridiano mari ſupra Aethiopiam agitat: *dubium aliquamdiu fuit, eſſetne ultra pelagus, caperetne terra circuitum, an exhauſto fluctu fine fine ſe Africa extenderet.*

idemne) Aut omnino Oceanus, qui totum terrarum orbem ambit, aut mare Scythicum, unde poſt cap. 7. ad Eoum mare curſum flectit, et ſeptemtrionale ad laevam, qua in Germaniam navigatur, uti ſequentia docent, de cuius ſitu et deſcriptione pluribus expoſuit Plinius 4, 27. ſ. 13. H. *mare glaciale* ſ. *Oceanus ſeptemtrionalis*, de quo praeter alios Hermann Schilderung von Ruſsland p. 149 ſqq. Navigatum autem eum et olim fuiſſe maiore ex parte auſpiciis Auguſti, uti Germaniam ad Cimbrorum promontorium, adfirmat Plin. 2, 67. Inde minime veriſimile cenſet, illic maria deficere, ubi humoris vis ſuperet. Subiicit hinc alia enavigati eius Oceani exempla. Cf. ad Taciti German. cap. 34. et 45. in. De navigatione ſeptemtrionalis Oceani eadem ex Plinio refert Martian. Capella lib. 6. p. m. 200. ubi et cetera ſubiicit.

infeſta) Sic Flor. 4, 10, 8. *infeſta ſiti regio; infeſtae hoſtibus viae*, Sueton. Aug. cap. 8. Nempe *infeſtus* in hoc nexu et ſenſu eſt *infeſtatus*, de quo uſu

vid. Drakenb. ad Liv. 39, 1, 5. et quos producit, quibus adde Abramium ad Cic. de provinc. conſul. c. 3. Manut. ad Cicer. pro Coelio c. 4. et in primis Gellium 9, 12. in. ubi de utraque verbi vi activa et paſſiva. De ipſo ſenſu, quo et *infeſtare*, vid. ad 1, 1, 2.

proiecta) I. e. porrecta. Sic Nepos in Chabria cap. 1. et alibi. Vid. ad Nepot. c. l. Burmann. ad Valer. Flacc. 4, 268. Muncker. ad Hygin. in poet. aſtron. 3, 5. Ad ſenſum ſimiliter Iornandes de rebus Langobard. 1, 6. in. *Contra occidentalem partem*, (a Scandinavia) *qua ſine fine Oceanum pelagus patet.*

circumfuſum) Vid. ad 1, 1, 2.

Metellum Celerem) Pelloutier in diſſ. ſuper hoc loco (vid. hiſtoire de l'academie des ſciences — de Berlin T. 1. p. 178.) contendit, eundem Romae fuiſſe praetorem, Cicerone conſule, in cuius fidem adlegat Dionem 37, 27. Cicer. Catilin. 1, 19. Cicer. ad diverſ. 5, 2. et proconſulatum Galliae geſſiſſe anno poſt conſulatum Ciceronis, a. U. C. 692. D. Iunio Silano et L. Licinio Mureno CSS. Cf. Cic. ad diverſ. 5, 2. Metellum Celerem etiam in hac narratione nominat Plin. 2, 67. et de eodem intelligit, quo Pelloutier, Manut. ad Ciceron. ad diverſ. 5, 1. Addit Plinius, eundem L. Afranii in conſulatu collegam fuiſſe, qui fuit annus U. C. 694. (Varron.) creatumque commendatione Pompeii. (Dio 37, 32. et 49.) Fuit φιλόπατρις et natura bonus, quibus nominibus laudatur a Cicerone ad Attic. 2, 1. Praetor Cicerone Conſule Piceno praefectus, iter Catilinae in Galliam Transalpinam properantis cum exercitu inhibuit. (Salluſt. Catil. cap. 31. et 59.) Ex praetura obtinuit Galliam, a. U. 692. (Varr.) atque ad hunc annum referri debent, quae Mela hic refert. Vid. de eo Glandorpii onomaſt. pag. 171. Quod proconſulem autem vocat, qui nondum

fuerat conſul, neminem poteſt offendere, qui noverit, ita etiam ſaepe dici, qui ex praetura in provinciam profecti eſſent, uti iam docuit prolixe Manutius ad Cic. epiſt. ad diverſ. 1, 1. Sic M. Fulvius a Livio 35, 22, 6. proconſul vocatur, idemque 36, 2, 8. propraetor. Sic diſerte Livius 41, 12. in. (16.) *Ti. Claudius proconſul, qui praetor priore anno fuerat.* Videtur hoc in primis contigiſſe iis, qui Hiſpaniam obtinebant, uti pluribus ex Livio docuerunt Dukerus et Drakenb. ad 33, 25, 9. 39, 29, 4. 40, 39. in. Noſtrum quidem hoc ſenſu proconſulem dici, adparet ex Ciceronis epiſt. ad diverſ. 5, 1. 2. in inſcriptione, et ex loco Plinii. Res igitur illa accidit ante Iulii Caeſaris proconſulatum Galliae, quem adiiſſe conſtat ſtatim ex conſulatu, ut ipſe dicit apud Dion. 38, 41. L. Piſone et A. Gabinio CSS. i. e. anno U. C. 696. (Varr.)

Indos) Intellige homines Indis ſimiles. Stultum namque exiſtimare, veros Indos eo usque penetrare potuiſſe. Cuiates vero illi fuerint, an Afri, an Americani, multum habet ſollicitos nugatores quosdam. Ego neutrum puto, ſed omnino arbitror iſtos Indici coloris homines veros fuiſſe Britannos. Iſatis enim herba, qua olim Britanni totum fucabant corpus, non ſimpliciter caeruleum, ſed Indicum efficit colorem. Notum vero genus quoddam caerulei nigrum paene eſſe, ac vocari Indicum. [Vid. Salmaſ. ad Solin. cap. 22. f. 25. p. m. 180. Tz.] Talis erat veterum Britannorum color. Plinius 22, 1. *ſimile plantagini glaſtum in Gallia vocatur, quo Britannorum coniuges nurusque toto corpore obitae quibusdam ſacris et nudae incedunt, Aethiopum colorem imitantes.* Quid mirum vero, Metello Proconſuli, nondum noto iſtoc Britannorum more, Britannos pro Indis eſſe obtruſos? Quis etiam hodie hominem ita pictum et fucatum pro Indo, aut Leucoaethiope non accipiat? vossivs. At ſi hi homines non fuerint Indi, ſed Britanni, nulla potuit eorum fuiſſe erratio in iudicis manibus. I. GRO-

NOVIVS *MS.* 1. Nigros ſtatuit Voſſius, unde patet, incertiſſimos fuiſſe hos homines reſpectu ſedis et originis, quum per omnia litora Oceani Meridionalis ab India usque ad ultimum terminum Africae tales fuerint. 1. GRONOVIVS *MS.* 2. De veris, ſive Aſiaticis plerique accipiunt eorum, qui iam olim totum terrarum orbem circumnavigatum volunt. Quibus facile largior, non modo Melam Pliniumque, ſed etiam Nepotem, ipſumque fortaſſe Metellum eos pro veris habuiſſe. Sed ut ex orientali India, ſive per Aethiopicum, ſive, quod plerisque placere video, per ſeptemtrionalem Oceanum ad Germaniae litora navigaſſe credam, nondum adduci poſſum, qui ſciam etiam hodie, aut impoſſibile, aut ſaltem difficillimum eſſe, per ſeptemtrionem in Indiam enavigare; in Africa vero exteriori ne unius quidem litoris aut promontorii, aut montis, nedum urbis provinciaeve apud Strabonem aliosve veterum mentionem fieri; immo adhuc Ptolemaei aetate creditum, Aſiam ultra mare Indicum Africae cohaerere. Cornelius Wietflietus (Wytfliet in deſcript. Ptolemaicae augmento p. 191. f. in fin.) conſtanter tenebat, Indos hosce non ex ultimis Orientis, aut Occidentis partibus, ſed ex Laboratoris, Eſtotilandiae, aut vicinis terris veniſſe, ea quidem fiducia, ut confideret, ſecum ſenſurum, quicumque climatis rationem, et quae de illis terris narrantur, expenderit. Sed ei obiicit Pontanus in deſcr. chorograph. Daniae p. 764. totam illam borealem plagam olim late perviam creditam, et has terras aeque ac reliquam Americam, veteribus plane incognitas fuiſſe. Verum etſi terrae aut nullae illic eſſe crederentur, aut ignotae eſſent, non tamen eo efficitur, nullos inde incolas ad litora Germaniae tempeſtatibus abripi potuiſſe. Potius illud obiecerim, non videri tum eas regiones habitatas. BOSIVS ad fragmentum 7. Nepotis. Alias coniecturas de his Indis proponit Pelloutier c. l. at tandem in eo deſinit, quod omnia vana parumque frugifera eſſe, quae dici et excogitari poſſint, pronuntiat.

Ipſe quidem id vero ſimile putat, fuiſſe Indos mercatores, qui dum mercaturae cauſa in Indico mari navigabant, tempeſtatibus actos verſus ſeptemtrionem ad Germaniae tandem litora adpulſos fuiſſe. Quod quidem inde adſtruit, quod Mela (3, 7, 5.) *atras gentes* et *quodammodo Aethiopas* vocet, conlato Strabone 15, p. 690. et 696. [ſ. pag. 475. et 479.] et Plinio 6, 19. [ſ. 22.] Ridet idem Huetium, qui hiſt. du commerce — cap. 52. pag. 351. Norwegios, [vel Lappones] et Voſſium, qui Britannos pictos putarunt. Quod Schottus notavit, Strabonem lib. 2. [p. 67. ſ. 98.] non credidiſſe Herodoto, [4, 42.] Heraclidi Pontico, et Poſidonio eadem, quae C. Nepos, adſirmantibus, ad hanc quaeſtionem proprie referri non poteſt, quod ea ſpectant navigationem circa Africam et per Indicum Oceanum, de qua noſter infra exponit cap. 9. Etſi enim in Herodoto ſeptemtrionale mare commemoratur, ita tamen vocare ſolet mediterraneum, qua parte Aegyptum adluit, uti nexus docet. Cf. etiam Weſſeling ad 4, 13. Mela enim unice disputat, an ultra Caſpium ſinum Oceanus continuetur, atque tractum illum maris intelligit, qui ab India patet per mare boreale ad Germaniam, quod cum exemplo hoc evictum eſſe et probatum putet, ſubiungit, *reſtat ergo pelagus.*

r e g e) Non minor hic quaeſtio exercetur de hoc rege. Stralenberg pag. 97. 101. quem memorat Pelloutier (vid. infra) contendit, fuiſſe Lindormum, regem Gothorum, quem tamen veterum nullus novit. Aventinus in Annalibus Boiorum lib. 2. p. 279. ed. d'Allem. 1622. credit, Maraboduum fuiſſe, cuius mentionem faciunt Strabo 7. p. 201. ſ. 290. Velleius 108 ſq. Tacitus Annal. 2, 26. et alibi. At ſic tempora egregie turbat et miſcet. Nempe Maraboduus diu poſt Q. Metellum Celerem vixit. Pelloutier, (vid. c. l. p. 181 ſq.) qui *Suevorum* cum Plinio legit, Arioviſtum intelligi poſſe putat,

qui cum I. Caesare, Pisone et Gabinio CSS. a. U. 696. (Varron.) pugnavit, de quo vid. Iul. Caes. de B. G. 1, 31 sqq. 6, 12. et Dio 38, 34 sqq. Difficultatem, quae ex voce Suevorum nascatur, cum rex Germanorum semper vocetur, sic tollere nititur, Arioviſtum ex eorum Germanorum numero fuisse, quos Suevos dixerint, de quo Caes. de B. G. 1, 53. et 4, 1. Porro constare monet, Arioviſtum ante, quam Rhenum cum exercitu transgressus Galliam invaserit, tenuisse terras Sequanorum et Helvetiorum, quae etiamnunc Sueviae nomen servent. Caes. de B. G. 1, 40. Strabo 4. p. 134. f. 194. Praeter Suevos proprie sic dictos Arioviſtus secum habuit Harudes, Marcomanos, Triboccos, Vangiones, Nemetes, Sedusios, qui omnes commemorantur socii in proelio cum Iulio Caesare in Gallia. (Vid. 1, 51.) Ex quo adparet, eosdem trans Rhenum cum Suevis duxisse. Haec fere sunt argumenta, quibus motus Pelloutier Arioviſtum regem eum fuisse existimat. Equidem nihil eiusmodi in Aventino exquirere potui, quod referri huc possit. Cf. 2, 2. ubi de illo narrat. Tum mirum utique videtur, quod, cum Germaniae sequatur, non Germanorum, sed Baetorum s. Boiorum regem nominat, si fuit Arioviſtus. Mirum porro, cur Suevorum regem faciat Plinius, qui sua vel ex Mela, vel ex Nepote ipso duxit, et, si hoc est, diversa ex uno fonte uterque hauriat. Quae quidem difficultates sic removeri et expediri, etsi coniecturae tantum ope, posse videntur. Arioviſtus omnino non omnium Germanorum rex fuit, sed Suevorum, quos maiorem Germaniae partem obtinuisse, (Tacit. de Germ. c. 38. in.) reliquos Germanos numero et potentia superasse, (Strabo 4. p. 134. f. 194.) et Rhenum comitantibus aliis, duce quidem Arioviſto, transiisse constat. (Vid. supra.) Hinc diserte Dio 38, 34. adfirmat, Germanis illis, qui Rheno transiecto Galliae partem occupaverant, Arioviſtum praefuisse. Hinc forte Plinius Suevorum praetulit, ut auctum postea regnum indicaret suique temporis morem. Cornelius

autem Nepos eadem ipsa tempora servans, quibus res accidit, Baetorum s. Boiorum regem proprie vocavit, qualis fuit ante Iulii Caesaris proconsulatum. Boios autem primum Hercyniam silvam tenuisse, adfirmat apud Strabonem 7. p. 203. l. 293. Posidonius. Silva autem illa cum ad Helvetios usque et Rheni Danubiique fontes pertinuerit, (vid. ad 3, 3, 3.) facile horum rex, quisquis ille fuerit, dono Indos eos Metello dedisse potest. Arioviſtus tamen, qui ante Caesarem Rhenum transgressus erat, cum bellum Aeduis, amicis populi Romani, intulisset, iubente senatu Romano, ab Aeduis destitit, obtinuitque, ut, suffragante ipso Caesare consule, amicus populi Romani et rex adpellaretur, de quo Appian. in Gallicis 16. Dio 38, 34. et ipse Caesar 1, 33. et 43. Quod factum est a. 695. cum a. 692. Metellus Galliae esset proconsul. Hoc unum maxime moratur, quod Boii cum Arioviſto nusquam commemorantur, immo post demum, cum Arioviſtus iam in Gallia consedisset, illi Rhenum, Helvetios secuti, transgressi sunt L. Pisone et A. Gabinio CSS. i. e. an. U. 696. uti ipse testatur tunc proconsul Galliae Caesar 1, 6. extr. et, Helvetiis redeuntibus, manente Arioviſto, cum Aeduis in parem iuris et libertatis conditionem recepti, impetratis agris, coaluerunt. (Idem 1, 28.) Obscura igitur haec sunt et incerta.

vi —) Sic Frontin. 1, 1, 2. *nisi vi tempestatis a cursu praetoriae navis abductus.*

emensosque.) *Emetiri* cursum, iter et alia multa similia conlegerunt Tennulius ad Frontin. 1, 4, 3. et Oudendorp. ad 3, 1, 2. ex Iustino, Curtio, Seneca.

exisse) Tullius quoque verbo *exire* utitur pro de navi descendere. Vid. Victorium castig. in Cicer. pag. 25. CIACCONIVS.

CAP. VI.

HISPANIAE EXTERIORIS ET SEPTEMTRIONALIS OCEANI INSULAE.

§. 1. *his oris)* Hactenus de ora in ſeptemtriones expoſita; nunc more ſuo ad Gaditanum fretum reverſus inſulas potiores, ut paſſim deſcriptae orae obiacent, enumerat. VADIANVS. Reſpicit libri 2. cap. 7. ubi in recenſendis inſulis maris interni ad Baeticae angulum proceſſerat, et in Colubraria et Ebuſo ſubſtiterat. Cf. ad 2, 7. in.

Gades) De quibus vid. notata ad 2, 7. in.

rectam) Eſt, uti et adiuncta in obpoſitione docent, quae nec in altum prominet, nec recedit obliqua. Sic 3, 5, 3. *rectus alveus* de mari Caſpio, et alii *rectum litus, limes, aquae*, quae exemplis propoſuit Burmann. ad Valer. Flacc. 4, 614. et ad Lucan. 3, 207. ubi etiam videndus Oudendorp.

in altero) Urbs ſita erat ἐπὶ τῶν ἑσπερίων τῆς νήσου μερῶν. Strabo 3. p. 117. f. 169. In altero igitur cornu, ubi ſitum erat templum, ſpectabat orientem, quod et diſerte verbis ſubiectis adfirmat Strabo c. l. τέτραπται πρὸς ἕω, καθ' ὃ δὴ μάλιστα τῇ ἠπείρῳ συνάπτουσα τυγχάνει ἡ νῆσος, ὅσον σταδιαῖον πορθμὸν ἀπολείπουσα. Hinc notat vulgo ferri 12 M. P. ab urbe fuiſſe remotum, (uti etiam eſt in Antonini itiner. p. m. 408.) ut numerum laborum Herculis accommodarent, cum tamen maius ſit intervallum ab una inſulae extremitate ad alteram. Ab oppido Gadibus remotum fuiſſe omnino etiam indicat Iul. Caeſar de bello civili 2, 18. Recedit Philoſtrat. in vita Apollonii 5, 5. qui totam illud inſulam occupaſſe tradit. Intelligit ſine dubio inſulam, (Erithyam) quae

Gadibus poſt adiuncta acceſſit, eamque Gades coniuncto nomine vocavit. Cf. Weſſeling. ad Antonini itin. p. 408. et Strabo c. l.

templum) Celebratur a multis eiusque pecuniae et ornamenta, (ἀναθήματα) veluti a Caeſ. de B. Civ. 2, 18. 21. Dio 43, 49. Singulatim illa prolixius recenſet Philoſtrat. in Apollonii vita 5, 5. et ex eo Photius p. m. 1009. veluti aras Herculis, hydras et Diomedis equas, 12 Herculis opera, lapide expreſſa, (quae in foribus templi caelata adparuiſſe canit Sil. Ital. 3, 32 ſqq. miſcens Herculem Thebanum et Gaditanum) Pygmalionis auream olivam, Teucri Telamonii baltheum aureum, columnas ex auro argentoque colliquatas; Strabo 3. p. 117. f. 170. duas columnas aereas 8 cubitorum, quibus ſumtus in aedificando templo facti inſcripti fuerint; quosdam, qui perfecta navigatione ſacris Herculi factis huc veniſſent, maris terraeque finem iactaſſe. Alex. M. imaginem ibi etiam poſitam fuiſſe, eaque conſpecta Caeſarem plorayiſſe, referunt Sueton. cap. 7. et Dio 37, 52. Oſſa etiam Herculis ibi ſita Noſter refert. Statuas tamen ſ. ſimulacra ipſius Herculis in templo non comparere, adfirmat Philoſtratus c. l. et Silius Ital. 3, 30. Donaria ipſa cum pecuniis inde rapuit Iul. Caeſar, (vid. de B. Civ. 2, 18.) poſt tamen reddidit. (ibid. 2, 21.) Miras in ſacris et cultu Herculis cerimonias diligenter deſcripſit Silius Ital. 3, 14 ſqq. quas Phoenicio ritu celebratas fuiſſe adfirmat Appian. in Hiſpan. c. 2. In tanta autem fuit illud veneratione ad Diodori usque aetatem, ut multi iidemque inluſtres Romani adierint, vota vel nuncupaturi, vel ſoluturi, uti refert ipſe 5, 20. Cf. ad eum Weſſeling idemque ad Antonin. p. 408. De Iulio Caeſare id diſerte referunt Sueton. cap. 7. et Dio 37, 52. de Fabio Maximo Aemiliano Appian. in Hiſpan. cap. 65. de Caecilio Aemiliano ſub Caracalla, quem hic, quod oraculum ille ibi conſuluiſſet, interfecit, Dio 77, 20. Commemoratur

praeterea Hannibal a Livio 21, 21, 9. et Silio Italico 3, 14 ſq. Adiri poteſt Io. Baptiſta Suarezius, qui lib. 3. antiquit. Gaditanar. ſacra, cerimonias et dignitatem templi fuſe enarravit. Cf. et Bochart in Chanaan 1, 34. Contra qui id, Macrobio Saturn. 1, 20. teſte, aliquando adoriri conatus erat, Theron, rex Hiſpaniae citerioris, graves cum exercitu et claſſe poenas tulit.

Herculis) Plures omnino Herculem commemorant. At Philoſtratus c. l. Herculem *Aegyptium* et *Thebanum* ibi cultum fuiſſe ſcribit. Euſtathius ad Dionyſ. v. 451. dicit, aut *Thebanum*, aut *Phoenicium*, aut *Tyrium*. Tyrium, non Thebanum ſua aetate eum habitum fuiſſe adfirmat Appianus in Hiſpan. cap. 2. Cauſas dedicati templi commemorat Philoſtratus has: *Thebano* ob abactas Geryonis boves, *Aegyptio* ob ſapientiam, et quod totum orbem ad ultimos terrarum fines dimenſus ſit. Potiores igitur et plures conſentiunt in Tyrio et Aegyptio. Aegyptios Herculem coluiſſe, idoneum teſtem habemus Herod. 2, 43. De Tyriis multi adfirmant. Cf. Herodot. 2, 44. Strabo 16. p. 521. ſ. 757. Curtius 4, 2, 3. Arrian. de exp. Alex. 2, 16. Heliodor. in Aethiop. 4, 16. p. 199. Cicero de nat. Deor. 3, 16. Macrob. Saturnal. 1, 20. Uter intelligi debeat, cum Aegyptium diſerte commemoraverit Mela, iam quaeritur. Tyrium eum fuiſſe contendunt Appianus in Hiſpan. c. 2. et Arrian. c. l. cum pleriſque recentiorum. Ille etiam de ſuo tempore adfirmat, Tyrium, non Thebanum habitum fuiſſe, et Phoenicio ritu cultum fuiſſe notat, quod ad rem probandam facit. Addit Arrianus templi ſtructuram Phoenicum more factam. Quod praeterea notat ex Arriano 2, 16. Euſtath. ad Dionyſ. v. 558. Hercules Tyrius in locis illis verſatus eſt. Alia ex ſimilitudine utriusque templi cultusque ducta contulit Valeſius ad excerpta Peireſciana p. 110. ſ. ad Dionem Reimari T. 2. pag. 1303. etſi probanda non cenſet Gronov. ad Arrian. c. l. Cf. tamen Weſſeling. ad Antonini

itiner. pag. 408. Conditores in primis rem confirmant. Quem igitur Mela vocat Herculem Aegyptium, diverſus non videtur a Phoenicio, uti et exiſtimat Bochart c. l. licet proprie differant et ab auctoribus ſecernantur, veluti Cicerone de nat. Deor. 3, 16. aliisque. Phoenice hunc regnante vixiſſe, refert Palaephatus (ſpurius ille quidem) 52, 1. Minois tempore Suidas ſ. v. Ἡρακλῆς. Aegyptium tamen eum fecit Faber in Semeſtr. 3, 4. pag. 59. etſi Aegyptium diverſum facit ab eo, quem Tyrii coluerunt, Cicero de N. D. 3, 16. et Arnob. 4. p. m. 80. cum ex vetuſtioribus auctoribus intelligatur, eum, quem Tyrii coluerunt, vere fuiſſe Aegyptium, uti evincere ſtudet Faber. Quidquid eſt, frequens adparet hac de cauſa in numis Herculis imago, uti docent Raſche in Lexico num. T. 2. P. 1. pag. 1255 ſqq. et Eckhel in doctrina numorum P. 1. Vol. 1, p. 19. Idem in Hadriani numis Herçules Gaditanus vocatur.

inluſtre) Auget celebritatis ſenſum cumulatis ſubſtantivis, quorum aliud aliud ſine mora trudit.

queis manet —) De loci explicatione et ſenſu disputatum eſt in not. crit. p. 154 ſq. Iacobus Gronov. ad Arrian. de exped. Alex. 2, 16. in. explicat: certis annalibus, quod apud Strabon. 1. p. 39. f. 56. ſit ἐν χρόνοις μνημονευομένοις, uti omnino ea, quae memoria recoli poſſunt, de quo exempla alia adtulit. Hic autem vult Mela omnino: Templum eſt vetuſtiſſimum et Troiano bello antiquius, ante quod incerti ſunt anni temporumque ratio. Ad tempora Ioſuae refert Bochart. in Chanaan 1, 34.

§. 2. *Erythia)* Gr. Ἐρύθεια. *Erythea* tamen dedit Wernsdorf in Avieni ora v. 309. et deſcript. — v. 739. ubi prolixe Schraderus docuit, nomina Gr. in εια Latine per ea potius efferenda eſſe ex inſcriptionibus

et bonorum Codd. maiori hodie ſuffragio. Secundum Stephanum etiam Ἐρύθη per ſynaloephen dicitur, quod falſum eſſe, et in aliis notari etiam, contendit Salmaſ. ad Solin. cap. 23. f. 26. p. m. 201. Adfert Καλλιόπη et Καλλιόπεια, ut Εὐρώπη, Πηνελόπη, ubi utrumque uſum obtineat. Plura dedit Stephanus ſ. v. Ἐρύθεια et Ἀνάμεια, quae tamen eodem nomine diſtingui poſſe, quid vetat? Ducuntur inde Ἐρυθεὺς, Ἐρυθείτης de inſulanis, qui praeterea per periphraſin indicantur, notante Stephano. In Latinis *Erytheïs*, veluti praeda et ſimilia apud Ovid. Faſtor. 1, 143. 5, 649. — *Erythia litora* Sil. Ital. 16, 195. ubi *Erythea* mavult Schrader. c. l. Nomen Stephanus ducit ab Erythea, Geryonis filia, in qua quidem genealogia conſentit etiam Pauſan. 10, 17. Ita tamen dictam eſſe putat Plin. 4, 36. ſ. 22. quod Tyrii Aborigines eorum orti ab *Erythraeo mari ferrentur;* de quo cf. etiam Martin hiſt. des Gaules T. 1. p. 310. not. e. Salmaſ. ad Solin. c. l. et de la Nauze juſtification de Pline ſur l'etymologie de l'isle d'Erythia, in memoires — de Paris Tom. 34. p. 175 ſqq. Diſſentit Avienus in ora v. 310. qui conditores ex Carthagine deducit. *Aphrodiſias* ſecundum Stephanum h. v. etiam dicta eſt, quod alias de Gadibus adfirmatur. Nempe Gades et Erythiam multi commiſcent, de quo Plin. 4, 36. ſ. 22. Strabo 3. p. 117. ſ. 169. Apollodor. 2, 5, 10. Euſtath. ad Dionyſ. v. 558. Cf. etiam ad 2, 7, 1. ubi de aliis nominibus. Veneri marinae conſecratam fuiſſe, ſcribit Avienus in ora v. 315. unde *Aphrodiſias* nomen probatur et intelligitur. Ad Gades illud refert Strabo 3. pag. 102. ſ. 148. cum inſulis vicinis, quae fuerunt Tarteſſus et Erythia. Plinius etiam c. l. Gadium oppidum in inſula Erythia, quam a Gadibus diſtinguit, prius fuiſſe memorat, in quo quidem propter diverſas narrationes error fuit facilis. Sagaciores diſtinguunt, uti ipſe Plinius, qui ab eo latere, quo Hiſpaniam Gades ſpectant, paſſibus fere centum remotam fuiſſe ſcribit; παρήμῳ σταδίαιῳ Strabo 3. p. 117.

ſ. 169. et ex eo Euſtath. ad Dionyſ. v. 558. Hinc et ex aliis, quae de eius fertilitate ſubiungit, adparet, eandem antea intellexiſſe, quando ſcribit: τοὺς δὲ τὴν περαίαν οἰκεῖν καὶ μάλιστα τὴν ἐπὶ τῆς προκειμένης (Γαδείρων) νησίδος διὰ τὴν εὐφυΐαν, ἣν ὥσπερ ἀντίπολιν πεποιήκασι τῇ Διδύμῃ. Didyma autem, quam ex Gadibus et Neapoli conflatam narrat, ſita erat in occiduis Gadium inſulae partibus, cui erat Saturni templum in extrema parte contiguum, e regione parvae inſulae (Erythiae). Herodotus 4, 8. prope Gades etiam ponit in Oceano extra columnas Herculis, atque ſic etiam occidentem indicat, cum ab oriente incipiat Oceanum. Sic prope Gades refert Sil. Ital. 16, 195. Quod mediam inter Gades et continentem ſitam fuiſſe Stephanus ſ. v. Ἀφροδισιὰς et ex Strabone et Plinio idem conficit Bochartus, non ſatis rectum videtur. Strabo enim, quod ſuperiora docent, in occidua Gadium inſulae parte Didymam poſuit, cuius quaſi ſuburbium fuerit et ἀντίπολις, et in orientali inſulae parte, qua proxime abeſt a continente unius ſtadii intervallo. Atque huc referri debet pons, h. *la puente de Suazo*, qui inſulam adnectit continenti, et a Gadibus urbe abfuit 12 M. P. teſte Antonino in itiner. p. m. 409. Quod quidem egregie conſentit cum inſulae longitudine, in cuius extrema parte verſus occidentem fuit urbs Didyma ex Gadibus poſt conflata. Strabo enim inſulae longitudinem dat 100 ſtadiorum, Plinius 12 M. P. Gades etiam, quaſi τῆς γῆς δειρὰ et ταινία fuit, et exiguo intervallo a continente remota, uti dictum ad 2, 7. in. Plinius c. l. dum ab eo latere, quo Hiſpaniam Gades ſpectarunt, paſſibus fere centum ponit Erythiam, aperte utramque commiſcuit, quippe qui et Gades urbem in ea prius fuiſſe ſcribit. Cauſa erroris haec eſſe videtur, quod utramque inſulam multi Gadium nomine communi adpellarunt. Unde efficitur, Gades ſuo nomine h. eſſe *Leon*, et Erythiam fere quaerendam eſſe, ubi h. eſt *Cadix*.

Cf. poſt. At ab hoc ſitu recedit Ptolemaeus 4, 1. magis etiam numeri, quippe qui ad occiduam exterioris Mauretaniae partem ponit. Sic Mela, dum contra Luſitaniam ſtatuit, aliam ſitu Erythiam intellexit, uti et diſerte notat Plinius 4, 36. ſ. 22. Alii vage ab Oceano ſitum denotant. Sic ἐν τῷ Ὠκεανῷ Stephanus h. v. (uti de Gadibus) et Solin. cap. 26. ſ. 23. aut erravit; πρὸς τῷ Ὠκεανῷ Schol. Pindari ad Olymp. 3, 79. quod Herodoto 4, 8. eſt ἐπὶ τῷ Ὠκεανῷ, adiunctis tamen luculentioribus notis, et de Gadibus vicinis Dionyſio v. 454. ἐπὶ τέρμασιν Ὠκεανοῖο, quo Heſperium mare ex v. 63. intelligit, quod Euſtathius explicat πρὸς τῇ ἑσπερίᾳ θαλάσσῃ. Sic Dionyſ. v. 559. de Erythia περὶ χεύματ' Ἄτλαντος, i. e. περὶ τὸ Ἀτλαντικὸν πέλαγος, ſec. Euſtathium. Ὠκεανῖτις νῆσος τῇ Γηρυόνου eſt eidem ad Homer. Il. 7, 136. p. m. 542. In his cum de inſula ipſa aperte loquantur, non de urbe, πρὸς, ἐπὶ eſt ἐν, uti *apud* paſſim in Latinis, vel ita poteſt explicari, ut iaceat in eo marium tractu, ubi Oceanus incipit, atque ſic illa comparatio non pertineat ad continentem, ſed ad ipſa maria. Ita etiam intelligi poteſt Apollodor. 2, 5, 10. cum dicit: κειμένην πλησίον Ὠκεανοῦ, quod primo intuitu inſcitum et ridiculum eſt, uti cenſuit Heynius, qui pluribus de eo disputat. Inſulae εὐφυΐαν et τὸ εὔβοτον laudat Strabo et inde Euſtath. cc. ll. Βοοτρόφον vocat Dionyſ. v. 558. Cf. et Iuſtin. 44, 4, 14. De Geryonis ibi ſede ſtatim. Quae ſit hodie et ubi, quaeritur. Salazar in antiquitt. Gaditan. 1, 4. putat in eodem eſſe loco, ubi nunc *Leon*. Mari hauſtam, ut ne veſtigium quidem eius hodie exſtet, Mariana hiſt. Hiſp. 1, 21. p. 39. Bochartus c. l. Florez in Eſpaña Sagrada T. 15. p. 60. adſentitur Voſſio et putat h. *de Saltes* ad oſtium *Anae*. De la Nauze (cf. ſupra) evanuiſſe credit, et adgeſta terra Gadibus additam, quae inde factae ſint longiores. Contra disputat Mannert Geographie T. 11. pag. 284. qui eadem ſitu reperiri, quem deſignarunt

veteres, et introitum portus interioris efficere adfirmat. Cf. hodiernam portus Gadium (Cadix) deſcriptionem luculentam, quam tabula propoſuit Mentelle Geographie comparée T. 6. Quae mihi videantur, ſupra iam indicavi. Voſſius ad h. l. aut nullam fuiſſe Erythiam cenſet, aut vera eſſe, quae de hac Ariſtoteles in Mirabilibus ſcripſerit, nempe Erythiam fuiſſe in Epiro.

Geryonae) Vel a *Geryon*, vel *Geryones*, quod quidem nomen, ubicumque occurrit, ita legere malunt in Latinis viri docti, et hinc in genitivo *Geryonae*, non *Geryonis*. Vid. Burmann. ad Tiber. cap. 14. Heinſ. ad Ovid. epiſt. 8. 9. Brouckhuſ. et Burmannus ad Propert. 3, 21, 9. et quos hic laudat ad c. l. et ante ad Anthol. Lat. T. 1. p. 325 ſq. Certe ita iam praecepit Servius ad Virgil. Aen. 3, 662. qui tamen *Geryonis* ex Salluſtio adfert. Hinc et in Virgilio Aen. 7, 662. pro *Geryone* quidam voluerunt *Geryona*, ubi vid. la Cerda, et ſic alibi Codd. variant. Neque tamen conſtantem eum fuiſſe uſum, monet Verheyk. ad Antonin. Liber. c. 4. cum in Graecis triplex invaluerit forma, Γηρυών, Γηρυόνης et Γηρυονεύς, uti docent Euſtath. ad Dionyſ. v. 558. et Etymol. M. ſ. v. Γηρυών, et exemplis probavit Verheyk. c. l. Vid. praeterea, quos notavit Fiſcherus in indice Palaephati h. v. *Gerionis* (ſic) certe eſt in inſcr. apud Gruter. 6, 4. De Geryone autem narratio eſt in fabulis celebrata. Vid. quos laudat Fiſcher. ad Palaephat. cap. 25. in. Tergeminum ſ. triplicis naturae fingunt, cuius pulcerrimas boves, interfecto ipſo domino, abegit Hercules. Plinius 4, 36. ſ. 22. plurali numero dixit, quod quidam tres eo nomine fratres fuiſſe putarunt, uti eſt apud Iuſtin. 44, 4. extr. De ſede discrepant auctores. Plerique inſulae prope Hiſpaniam regem fuiſſe ſcribunt, quam Erythiam in iis multi nominant, etſi Mela Luſitaniae obiectam facit, uti ſupra notavi. Scylax p. 10. (Hudſ.) Erythiam eam Geryonis ponit prope Illyricum.

Hecataeus autem apud Arrian. de exped. 2, 16. et Euſtath. ad Dionyſ. c. l. ſimpliciter ab Iberorum regione fabulam revocarunt et ad continentis loçum prope Ambraciam et Amphilochos transtulerunt. Cf. etiam Antonin. Lib. c. 4. Niclas ad Ariſtot. de mirab. auſcult. c. 145. et qui idem contendit Bochart. in Chanaan 1, 34. et 41. Ad Ponti urbem Tricareniam refert Palaephatus c. 25. atque hinc cauſam adpellationis τρικάρηνος arceſſit.

frumenta) Sic et alibi in plurali occurrit. Vid. Oudendorp. ad Iul. Caeſ. de B. G. 5, 20. extr.

recidivis) Quae excidunt, ſed renaſcuntur et plantam ſuam inſtaurant. De hac voce vid. Gronov. ad Senec. Troad. v. 472. ubi explicat: *renaſcens*. Cf. etiam de h. v. Geſner. in theſ. Lat. L. Eſt enim a *cado*, quod proſodia docet. Vid. quae adferunt viri docti ad Silium Ital. 1, 106. Eam vocem multis auctoribus reddidit Heinſius ad Claudiani Phoenicem v. 66. et Drakenb. ad Sil. Ital. c. l. Commutatur enim ſaepe cum *redivivus*. Cf. Iaeger ad panegyr. vett. 9, 35, 4. et alibi. De ipſa fertilitate Erythiae quidem ſupra dictum eſt. Verius id de agris Tago vicinis dici poſſe et uſitatius eſſe, contendit Reſendius in antiquitatibus Luſitan. lib. 2. p. m. 67. Idem vero alibi etiam evenire, notant paſſim auctores. Sic de Maſſaeſyliorum regione Strabo 17. pag. 571. f. 831. τοῦ ἔαρος οὐδὲ σπείρουσιν, ἀλλὰ — τῷ ἐκπεσόντι στάχυι κατὰ τὸν θερισμὸν ἀμῶνται· τελεσικαρπεῖ γὰρ τὸν θερινὸν καρπόν. De Albanis idem 11. p. 346. f. 502. πολλαχοῦ σπαρεῖσαν (γῆν) ἅπαξ δὶς ἐκφέρειν καρπὸν, ἢ καὶ τρίς. Cf. etiam Euſtath. ad Dionyſ. v. 730. ubi ἄσπαρτος καρπὸς vocatur. De Hyrcanis 11. pag. 350. f. 508. ὁ σῖτος ἐκ τοῦ ἐκπεσόντος καρποῦ τῆς καλάμης φύεται, quod iam antea lib. 2. p. 50. f. 73. iisdem verbis narraverat. Cf. Euſtath. ad Odyſſ. 9, 109. p. 340, 30.

ſeptem) Senſus eſt: Tanta eſt inſulae fertilitas, ut ſepties una ſatio continua fruge meſſem praebeat. Nam ex ariſtis primum maturis decidunt grana, quae ſecundam meſſem augent, mox illis alia fruges, ſicque deinceps, ut in ſeptimam usque meſſem nec coli, nec ſeri agrum ſit neceſſe. VADIANVS.

minimum) Sic loquitur auctor Latine, ubi vulgus ſolet dicere *ad minimum*, quaſi illud ſuperlativum non poſſet per ſe conſiſtere. Sed eſt error, quum Cicero et Livius nunquam aliter locuti ſunt, quam omiſſa praepoſitione. I. GRONOVIVS *MS.*

§. 3. *plumbo)* Cuius duo faciebant genera, *nigrum* atque *candidum*; hoc pretioſiſſimum, κασσίτερον vocabant, unde inſulis nomen. Vid. Plin. 34, 47. ſ. 16. et quae mox ſubiicientur.

Caſſiteridos) Gr. Καττιτερίδες ap. Strabon. 3. pag. 101. ſ. 147. et Ptolem. 2, 6. Κασσιτερίδες Diod. Sic. 5, 38. Herodot. 3, 115. Euſtath. ad Dionyſ. v. 561. ut in Latinis cum Mela Plin. 4, 36. ſ. 22. Solinus 26. ſ. 23. et alii. In ſingulari *Caſſiteris* inſula Plinius 7, 57. ſ. 56. quae Κασσιτιρα eſt Stephano h. v. Nomen a fertilitate plumbi (κασσίτερον) ducit Plinius 4, 36. ſ. 22., quod ad Graecos inde advectum eſſe ſcribit Herodotus, quod primum feciſſe Midacritum Plin. 7, 57. ſ. 56. narrat. At ad Midam Phrygium refert ex aliis auctoribus Harduinus, qui et ſic emendat, ad Melicartum vel Melcarthum Phoenicium Herculem ex Sanchoniathone Bochart. in Chanaan 1, 39. Sprengel in Geſch. von Groſs-Britannien T. 1, pag. 6. not. h. ab Hebr. *Kaſtira*, *Kiſtira*, Arab. *Kasdir* i. e. ſtannum deducit. Quale intelligi debeat κασσίτερον ſ. ſtannum, adparet ex Plinio 34, 47. ſ. 16. et quae diſputavit Beckmann. ad Ariſtot. de mirabil. auſcult. cap. 51. p. 101. qui idem

fuiſſe conficit, quod hodie *ſtannum* vocatur. Cf. eius Geſchichte der Erfindung. P. 3. p. 284. Nomen tamen a ſtanno finxiſſe Ponticos et alios mercatores, qui ſtannum inde adtulerunt, cum terra incognita ipſis eſſet, exiſtimat Bayerus de Venedis et Eridano in opuſcul. pag. 524. At ex plumbi mentione adiuncta eaedem *Heſperides* dictae videntur apud Dionyſ. v. 563. et Priſcian. v. 576. aut certe easdem habuit Dionyſius. Id enim non ſolum agnoſcit Euſtathius, ſed et diſerte Dionyſius *κασσιτέροιο γενέθλην* vocat. Nomen *διὰ τὸν τόπον τῆς θέσεως· δυτικαὶ γάρ εἰσιν*, ut explicat Euſtathius. Ita vero eaedem olim etiam dictae ſunt inſulae *Oeſtrymnides*, de quo nomine obſcuro vid. Avienus in ora v. 96. et quae ibi adtulit Wernsdorf. Decem numero fuiſſe tradunt Strabo 3. extr. Ptolemaeus 2, 6. Euſtath. ad Dionyſ. c. l. certe plures ipſum verbum indicat, quod et diſerte ſcribit Plin. 4, 36. ſ. 22. etſi alii unam tantum commemorant. At difficilis et agitata quaeſtio fervet de earum ſitu. Mela ponit in Celticis. Iam vero Celticos ponit in Hiſpania ſeptemtrionali, uti adparet ex 3, 1, 68. et 8. et ipſa inſularum ſeries et progreſſio curſus docet, ſupra Luſitanos in Hiſpaniae illa parte eas poſuiſſe, et a Britannico mari removiſſe. Conſentit Strabo 3. extr. qui ab Artabrorum portu verſus ſeptemtrionem conlocat. Sed idem in priori loco ſtannum naſci ſcribit apud populos, qui ſupra Luſitaniam habitant, in Caſſiteridibus, item ex Britannicis Maſſiliam devehi, denique apud Artabros, qui Luſitaniae verſus occaſum et ſeptemtrionem ultima habitant, ſtannum argento permiſtum inveniri. Celtiberiae obiectas fuiſſe ſcribit Plin. 4, 36. ſ. 22. et ex eo Solinus 26. ſ. 23. In occidentali Oceano prope Hiſpaniam ponit Ptolemaeus 2, 6. extr. Prope Hiſpaniam Heſperidas ſuas oſtendit Dionyſ. v. 563. et ad occidentem, unde nomen illud tributum videtur, quia inde ad Oceanum borealem progreditur. Priſcianus v. 576. contra

promontorium ſacrum. Sed magis earum ſitum deprimit Avienus v. 738. dum Aethiopibus ad mare Atlanticum adſignat. Laxe ad Hiſpaniam iacere, i. e. ſparſas, dicit idem in ora maritima v. 97. Supra Luſitaniam in obiecto Hiſpaniae mari locat Diodor. Sic. 5, 38. At longiſſime recedit Stephanus h. v. vel quem teſtem adlegat Dionyſium in Baſſaricis, quippe qui in Oceano prope Indiam ſitas fuiſſe ſcribit. Caute et ſimpliciter Herodotus 3, 115. qui plane earum ſitum ignorare ſe fatetur. Adparet tamen ex ſupra dictis propius Hiſpaniam plerosque poſuiſſe, etſi, in qua eius plaga, parum conſtiterint. Hinc et κασσίτερον Κελτικὸν vocat Ariſtoteles de mirab. auſcult. cap. 51. Ipſa quidem narratio ad commenta referri minime poteſt, cum nihil adferat abſurdi et ab experientia alieni, etſi fabulis velit accenſere de navium ex inſulis vectura narrationem Plinius 34, 47. ſ. 16. cum certum tunc fuerit, ſtannum in Luſitania gigni et in Gallaecia. Sunt enim inſulae, quae largiores ſtanni venas oſtendant, et aliunde in Graeciam advectum eſſe, omnes teſtantur. Sic diſerte narrat Diodorus c. l. ſtannum ex inſula Britannica in obpoſitam Galliae continentem transportatum, et inde per Celticam mediterraneam a mercatoribus ad Maſſilienſes et Narbona delatum eſſe. Hinc igitur ad Graecos devehi navibus commode potuit. Quam quidem Poſidonii fuiſſe opinionem, adparet ex Strabone 3. p. 101. ſ. 147. qui eadem habet; tantum plurali Βρεττανικὰς νήσους, quas a Caſſiteridibus diſtinguit. Quod tamen ſcribit idem pag. 121. ſ. 175. Phoenices a Gadibus eas inſulas petierunt, eamque navigationem ita celarunt, ut, cum aliquando navis Romana Phoeniciam ſequeretur, haec ad vadum adlidi mallet cum Romana; dum tandem Publius Craſſus viam detexit. At de ſitu vero quaeritur. Cluverius in Germania ant. 1, 2. p. 19. putat, antiquiſſimos Graecorum Britannicas inſulas intellexiſſe, easque per errorem non procul ab Hiſpania poſuiſſe. Certe

Britanniam, quam triquetram putarunt, uno latere tam parum ab Hiſpania remotam eſſe verſus auſtrum ferebant, ut traiectio intra dimidium unius diei abſolvi poſſet. (Appianus in Hiſp. c. 1.) Poſteriores, qui eum errorem intelligerent, eas interpretati ſunt, quae Trileuco promontorio (*Cabo de Ortegal*) numero complures obiacent, quarum notior in orientem h. *Isla de Cyprian*, in occidentem longius diſſita *Zyzarga*. Continens obpoſita olim Celtiberia, h. Gallaecia, ubi Celticos ponit Mela. Ita Cluverius. Sic Ortelius ipſas inſulas Britannicas eſſe ſuſpicatur in theſauro h. v. ut Sprengel c. l. Inſulas omnino Britannicas eſſe contendit Bochartus in Chanaan 1, 39. quod trans Artabros ad aquilonem nullas alias noverit inſulas plumbi ſtannique feraces. Cui adiicit etymologicam rationem. Βρεττανικὴν, uti Strabo vocet Britanniam, eſſe *Barat-anac* i. e. agrum ſtanni et plumbi, ſtannum reperiri h. maxime in Cornwallia et vicinis inſulis, plumbum in Coritanis, Ordovicibus, et Brigantibus. Plerique cum Cambdeno putant eſſe eas Britanniae inſulas minores, quas h. *Soerlinges* vocant et *Silley*. Vid. Martin hiſt. des Gaules T. 1. liv. 1. p. 159. not. c. et pluribus Mannert in Geographie — T. 1. p. 409 ſqq. qui Caſſiteridas poſt plane in oblivionem veniſſe putat, quam ex Britannia, Diodoro teſte, ſtannum in Galliam transvectum eſt. Cf. etiam Heeren Ideen über die Politik — der alten Welt p. 131. Contra Nonius in Hiſpania cap. 93. ubi plurima de iis congeſſit, etſi reliqua in illis Britanniae inſulis congruere fatetur, numerum tamen, cum ſint 140, discrepare monet, et Soerlinges potius olim adpellari *Siluram* vel *Silurum* apud Solinum (cap. 25. ſ. 22.) et Tacitum in Agricola. (cap. 11. Vid. et alibi.) Ipſe, quales ſint hodie, ſe ignorare profitetur, aut certe non procul a Flavio Brigantio (in Gallicia) h. *Corunna* quaerendas eſſe, et potiorem h. *Cizariga*. De Siluribus errat, qui fuerunt populus Britanniae in ora maritima, ut Tacitus

alíique docent. Vid. Plinius 4, 30. ſ. 16. et ibi Harduinus. Hinc et *Venta Silurum* commemoratur h. *Caer-Gment* in Antonini itin. Britanniar. p. 7. ad quem vid. Gale p. 131. Erraſſe igitur videtur Solinus, quod quidem putant Salmaſius et Harduinus, niſi quis velit inſulas eas a Siluribus fuiſſe etiam habitatas. Sylina Britanniae inſula occurrit apud Sulpicium Severum 2, 51. quae forte huc pertinet. Silurum quidem inſulas et Sylinam huc refert Bochart. in Chanaan 1, 39. et *Silly* vel *Soerlinges* h. eſſe putat. De inſulis Soerlinges poſſit etiam dubitari, quod, quae Strabo de iis narrat, vix nunc congruant. At forte terrae motibus et maris impetu mutationes factae ſunt, de quibus vid. philoſoph. transact. Vol. 48. n. 7. p. 55. Bayerus c. l. cum ſtannum in Graeciam ex inſula Europae extremae ſubiecta advectum eſſe auctorum teſtimoniis conſtet, ad Balticum mare eas removere videtur, quod ſeptemtrionale adpellent. Tum vero idem evenerit, quod de electro notatur. At nemo eas ibi poſuit, et diſerte Strabo, qui ab Artabris eas verſus ſeptemtrionem ſitas eſſe narrat, a Gadibus eo Phoenices navigaſſe addit. A Britannia et Britannicis inſulis certe ſeparat Dionyſius et Poſidonius apud Strabonem et Diodorum Siculum et ex iis et ex Britannia ſtannum exportari ſcribunt. Quod Reinoldius in tabula Hiſpaniae obiicit ſupra inſulas fortunatas, ubi h. Azores, mirum eſt, nec cum Melae ſitu notato conciliari ullo modo poteſt. Uphagen in parergis hiſtoricis pag. 169. nec de Britannia, forte poſt ſub iis intellecta, nec de Hiſpaniae inſulis explicat, ſed deperditas nunc quasdam eſſe putat. In Britannicis inſulis ſtannum repertum eſſe largiori proventu indicat etiam Polyb. 3, 57, 3. et ſuperiora declarant. Sed an easdem habuerint veteres, dubitare ſinunt, quae ſupra de diſtinctione facta notavi. Certe Caeſar de B. G. 5, 12. plumbum album (κασσίτερον) tantum in mediterraneis locis naſci, in maritimis ferrum adfirmat. Denique

Heeren c. l. etſi ex Geographorum notatione unice ad Britannicas (*Soerlinges*) pertinere exiſtimat, Caſſiteridas tamen omnino malit de ſtanni emporiis intelligere et explicare. Strabo lib. 3. extr. novem ab hominibus vagis habitari refert, quorum veſtitum deſcribit, unam deſertam eſſe, quae, ſubpreſſo Strabonis nomine, repetit Euſtath. ad Dionyſ. v. 561.

Sena) De hac, quod equidem ſciam, apud nullum alium legi hactenus. VADIANVS. Videtur huiusquoque meminiſſe Antoninus in maritimo itinerario, [pag. 509. Weſſel.] ſi quidem apud illum *Uxantiſma* [quod reddidit unice Cellarius in Geogr. ant. 2, 2, 146.] ſcribitur pro *Uxantis Sina*. Hodie inſula iſta nihil continet ſingulare. A Gallis vocatur *Isle de Saincts*, eſtque Breſtae oppoſita. VOSSIVS. Voſſii emendationem non probavit ſolum, ſed et expreſſit Weſſelingius in Antonino, idemque Cambdeno et Valeſio in mentem veniſſe addit. Ortelius in theſauro Geogr. h. v. putat h. eſſe *Heyzant*, uti nautae vocant, aliis *Oueſſant* vulgo. Contra oſtia Senae, (vulgo *Seyn*) fluvii, cognominis, teſte Coelio Rhodigino lect. antiqu. 2, 33. ponit Ferrarius in Lex. Geogr. h. v. ad quem Baudrandus monet h. eſſe *l'isle de Sain* et male ibi commemorari a Coelio Rhodigino Senam fluvium. At ſic contra umbram pugnant. Coelius Rhodiginus enim 13, 33. (non 2, 33.) nihil de ſitu et nomine inſulae adtulit, ſed tantum, quae de Gallicenis dedit Mela, mutata verborum forma, reddidit. In poſteriori nomine noſtrae aetatis conſentit etiam Weſſelingius. Quod enim *Heyzant* (*Oueſſant*) putavit eſſe Ortelius, in Antonino eſt *Uxantis*, in Plinio 4, 30. ſ. 16. *Axantos*, ſeriori aetati *Oſſa*. Vid. Weſſeling c. l. Tum vero noſtra videtur eſſe Plinii *Siambis*, pro quo tamen *Amnis* legunt Harduini codices.

Gallici numinis) Id intelligit, quod generaliter Galli venerati ſint. Quodcunque id tandem fuerit,

nam nisi aut *Hesum*, [*Esum*] aut *Theutatem* intelliges, quaerendum aliis relinquo. VADIANVS. Vid. de iis ad 3, 2, 3. Qui de Samniticis mulieribus Gallicenas explicant, uti in notis criticis p. 163. exposui, ad Bacchum referre debent, quem summo studio et fervore coluisse discitur ex Strabone 4. p. 137. f. 198. et Eustathio ad Dionys. v. 566. At illa insula ostio Ligeris erat obiecta, nec ea ille cultus adfert mulierumque illarum ritus, quae ad Melae narrationem aliquid conferant. Martin la religion des Gaulois T. 2. lib. 4. cap. 19. *Nehalenniam* (i. e. *Lunam*) fuisse putat Deam a Senis cultam, cuius in Seelandia repertae sunt imagines cum inscrr. quae eam referunt, ut et Nemausi (*Nismes*) similem a Montefalconio exhibitam; in ora omnes repertae. Vid. Martin in primis p. 98. Proximo capite idem Lunae cultum in Gallia operose adstruere nititur ex monumentis, et in festis eius personatas prodiisse existimat, unde apud Melam verba: *vertere se in animalia* intelligi posse putat. (Cf. p. 107.) Id fama fuisse auctum, ut fere idem feciisse dicerentur, quod Thessalae. (Idem pag. 108.) Forte fuit *Isis*, quae navim habuit symbolum, teste Lactantio 1, 11, 21. et, quod inscriptiones docent a Martino pag. 134. prolatae, in Gallia culta fuit. De ipsis *Gallicenis* satis disputatum est in notis crit. p. 159 sqq.

sanare) Cantu videlicet, aut verborum vi magica, quale vatum medicorumque genus in Gallia fuisse Plinius lib. 30. [c. 4. f. 1.] scribit. VADIANVS. Quod posse fieri per musicam, testantur omnes scriptores, et praesertim Macrobius in lib. 2. [in somn. Sc. c. 1.] ubi agit de Pythagora. 1. GRONOVIVS *MS.*

§. 4. *Britannia)* Sic usitate scribunt Latini, et rarissime dissentiunt numi. Vid. Rasche Lex. num. T. 1. P. 1. p. 1596. In lapidum monumentis frequen-

tius *tt* legitur. Sic *Brittania* in Gudii inſcrr. ant. p. 99. n. 3. p. 120. n. 2. *expeditio Brittanica* (ſub Hadriano) p. 9. n. 11. et bis p. 175. n. 1. et ſaepius. In Graecia eſt Βρεττανία, (Dio 39, 50. et alii) Βρεττανική, (Strabo 4. p. 137. l. 199. —) et ſic per duplex ττ in derivatis plerique. Sic Βρεττανοὶ Schol. Mosquenſ. ad Dionyſ. v. 284. τὸ ἐντελέστερον putat et metri cauſa ibi per ſimplex τ poſitum. Idem Euſtathius monet. Invenitur tamen etiam ſimplex τ, uti in Dionyſio v. 566. notante hunc locum etiam Stephano. Idem etiam habet ſimplex ν, uti Marcianus pag. 57. (Hudſ.) Ptolem. 2, 3. T ſimplex etiam numi multi Graeci. Vid. Raſche Lex. num. T. 1. P. 1. p. 1601 ſq. Claudii aevo et poſt ſub Hadriano et Antonino Pio per t ſimplex ſcriptum eſſe, at ſub Severo eam literam geminatam ex numis probat Eckhel in doctrina num. P. 2. Vol. 6. pag. 240. Hinc exiſtimat Euſtathium ad Dionyſ. v. 284. non niſi pro ſuae aetatis ſcribendi lege dicere ita eum potuiſſe, metri cauſa alterum t eiectum. Per π etiam ſcriptum inveniri notant Euſtath. ad Dionyſ. v. 568. et Stephanus, qui eo nomine adlegat Marcianum et Ptolemaeum. Ille ſic habet pag. 57. (Hudſ.) in hoc uſitata h. forma exſtat, quam omnino eſſe in ſcriptura B et duplici ν monet Euſtath. ad Dionyſ. v. 284. Π tamen praefert etiam Cod. Moſcov. in Strabone. Cf. de ſcripturae diverſitate Cellar. in Geogr. ant. 2, 4, 2. Incolae Βρεττανοὶ, (Stephanus et auctores ipſi plures) et hinc Βρεττανικὸς ſaepe et Βρεττανίδες νῆσοι. Incolae dicti etiam ſunt *Britones* ſ. *Brittones*, quae nomina promiſcue adhibet Auſonius epigr. 107. Poſterior aetas maxime frequentavit, etſi nec in antiquis deſunt exempla, v. c. Iuven. 15, 124. Alia dabit Cellarius c. l. Invenitur etiam in plurali Britanniae, de cuius ratione vera quaeri poteſt. Neque enim ſolum ad eius diviſionem poſtea factam pertinere poteſt, cum ita iam in Catullo 29, 21. 45, 22. legatur. Quod enim ſic dixit Antoninus in itinere Britanniarum,

etſi ſic putat Galeus pag. 2. potius ſpurium eius fetum declarat. Cf. ad Eutropium 9, 22. in. ubi notata ex ſequentibus inluſtrari et perfici poſſunt. Nempe *Britanniae* olim dictae ſunt non tam Britannia, quam cum ipſa adiacentes inſulae, uti diſerte tradit Plinius 4, 30. ſ. 16. Graecis ſunt Βρεττανίδες νῆσοι, uti Dionyſio v. 566. Stephano, Marciano c. l. etſi hic duas eo nomine complectitur cum Agathemero 2, 4. *Albionem* et *Hiberniam*, uti et explicat Euſtath. ad Dionyſ. c. l. Et ſic diſerte Stephanus Ἰουερνίαν (vid. h. v.) Πρεττανικὴν νῆσον vocat, uti Albionem Ptolem. 3, 2. Quae enim proprie dicitur Britannia, peculiari et ſuo nomine vocata eſt Albion, (Plin. c. l.) Graecis Ἀλουίων, uti Ptolem. 2, 3. Agathemer. 2, 4. et 8. Euſtath. c. l. vel Ἀλβίων, ut Euſtathio c. l. Marciano c. l. et complectitur h. *Angliam* et *Scotiam*. Comprobat hanc antiquam adpellationem etiam Beda in hiſt. gentis Anglor. c. 1. et de eius incolis adfert *Britones*. De cauſa nominis, quam incertam putat, vid. Cambdenus in Britannia (Amſtel. 1646.) p. 10. Multa etiam dabit Macpherſon critical diſſertations on the origin of the ancient Caledonians; Beeverell les delices de la Grande Bretagne. (Leide 1707. 8.) Veteres ad Albiona fabuloſe referebant. (de quo ad 2, 5, 4.) Ipſe Cambdenus putat a Gr. ἄλφον, Latinis album apud Feſtum h. v. ob rupes. Quidam derivant a Celtica ſ. Gallica voce *Alba*, unde adhuc pars Scotiae dicatur *Albain* ſ. *Allibawn*, de quo Hill ad Dionyſ. v. 566. p. 224. (Lond. 1679. 8.) Aliorum opiniones conlegit Rapin Thoyras hiſt. d'Angleterre T. 1. p. 3 ſq. Idem etiam praeſtitit de nomine Britanniae, quod plerique cum Cambdeno p. 11. qui multa de eo adtulit, deducunt a *Brith* ſ. *Brit* i. e. coloratum, et *tania* i. e. regio, quaſi pictorum, fucatorum hominum regio; ſuo more Bochartus in Chanaan 1, 39. quaſi *Barat-anac* i. e. ager ſtanni et plumbi. De eius ſitu aliisque poſt Mela, ubi vide notata. In circuitu definiendo variant auctores.

Ita Apollonius Dyscolus cap. 15. refert 4300 stadia, in quo mendum subesse debet, cum Strabo 4. p. 137. f. 199. totidem stadia et plura lateribus tribuat, quae componi cum illo numero nequeunt. Ipse Strabo 2. p. 71. f. 104. ex Pythea habet 40,000, quae efficiunt 5000 M. P. Recedit igitur Plinius 4, 30. f. 16. qui ex eodem Pythea et Isidoro tantum conficit 3825 M. P. quae aequant stadia 30,600. Sic inde refert Martianus lib. 6. p. m. 215. Propius ad Strabonem accedit Solinus cap. 25. f. 22. quippe qui habet 4875 M. P. Cf. de hac discrepantia Salmasius ad Solin. c. l. p. m. 177. Iulius Caesar de B. G. 6, 13. extr. in circuitu esse scribit vicies centum M. P. Diodor. Sic. 5, 21. habet 42,500 stadia. Ita etiam in lateribus dimetiendis discrepant, de quibus adde Dionem 76, 12. Cf. Wesseling. ad Diodor. c. l. et quae disputat Strabo 1. p. 43. f. 63. In maximis insulis igitur recte ponitur. Vid. Agathemer. 2, 8. — et teste Eumenio in panegyr. ad Constantium Caes. cap. 11. Iulius Caesar scripsit (forte in epistola ad Senatum) alium se orbem terrarum reperisse, tantaeque magnitudinis arbitratum, ut non circumfusa Oceano, sed complexa ipsum Oceanum videretur. Olim terrarum orbi iunctam fuisse tradit Servius ad Virgil. ecl. 1, 67. quod versus Galliam non temere adfirmari posse videtur, uti ora utriusque solique contigeries similis probat. Qui fuerint veteres eius incolae, primique eam aliunde adierint, disputatur. Iulius Caesar de B. G. 5, 12. partem interiorem ab iis incoli dicit, quos in insula ipsa natos memoria proditum sit; maritimam partem ab iis, qui praedae ac belli inferendi causa ex Belgis transierant. Αὐτόχθονας putat Diodor. Sic. 5, 21. Prudentius Tacitus in Agricola cap. 11. indigenae, an advecti fuerint, se ignorare fatetur. Ex recentioribus Gallos et Britannos eiusdem originis putat, immo Britannos et ipsos Gallos Montfaucon supplément — de l'antiquité T. 4. lib. 6. c. 4. p. 139. Idem multis contendit Martin hist. des Gaules T. 1. liv. 1. p. 158 sq. qui non solum

Britannos ex Gallia veniſſe putat, ſed et Britannorum nomen inde petit, cum Britanni in Gallia occurrant apud Plin. 4, 31. ſ. 17. refutatque Cluverium, qui in Germ. ant. 2, 27. malebat ibi *Brianni*. Cf. etiam Cambdenus in Britanniae principio, cui idem videtur. Hinc et urbes Belgarum, Atrebatum, commemorantur in Antonini itiner. p. 478. *Walles* ſ. *Galles* per ipſorum linguam huc quidam referunt, et *Kymri* ſ. *Kumri* in ea regione, de quibus Schloezer allgem. Nordiſche Geſchichte p. 282. 343. et quae omnino adtulit Schroeckhius ad Guthrie — allgem. Geſch. Vol. 13. P. 1. pag. 4 ſq. De Gallicae et Britannicae linguae cognatione diſſerit etiam Cambdenus in Britannia p. 7 ſqq. Ante Iulium Caeſarem plane incognitam fuiſſe, tradunt plures, veluti Diodor. Sic. 3, 38. Dio 39, 50. adeo, ut hic dubitatum olim eſſe ſcribat, utrum terra fuerit continens, an inſula, priſcisque Graecis et Romanis parum compertum fuerit, eam eſſe. Ille 5, 21. nec Bacchum, nec Herculem aliumve heroa eam tentaſſe, aut adiiſſe adfirmat. Cf. Sueton. in Caeſ. c. 25. et Emmeneſſius ad Virgil. ecl. 1, 67. ubi docet, extra orbem ſitam dixiſſe, Britannos ipſos ultimos. Inſulam tamen eſſe, etſi non circumnavigavit, cognovit Caeſar aliique vocant. Cf. ad Dion. 39, 50. Fabricius. Hinc alium terrarum orbem paſſim vocant. Cf. ad Flor. 3, 10, 16. Primum autem mari eam undique circumfuſam eſſe cognovit Iulius Agricola. (Dio 66, 20. Tacitus in Agricola c. 10. et 38.) Contra tamen Bochartus in Chanaan 1, 39. operoſe adſtruere nititur, Phoenices eam adiiſſe et cognoviſſe propter ſtanni commercium, quod ex Caſſiteridibus petierint, et alias quasdam cauſas, undequaque petitas. Addi poteſt, quod Solinus 25. ſ. 22. ex ara Graecis literis voto inſcripta probare conatur, Ulyſſem in Caledoniae receſſu fuiſſe adpulſum; Graecis etiam ante expeditionem I. Caeſaris innotuiſſe dicit Plinius, teſtatur linguae Graecae uſus, religionis eadem in multis ratio. Sed an commercia egerint cum Britannis Graeci olim, quod

contendunt Angli, veluti Price, Sammes, negat pluribus Melot in Memoires — de Paris T. 18. p. 159 ſqq. Reliqua deinceps ex ordine a Mela inſtituto.

progenerèt) Ut *gignère*, *ferre*, *provenire* et cognata. Sic 1, 18, 1. *Pitanè Arceſilan tulit.* Horat. odar. 3, 6, 46. *aetas parentum, peior avis, tulit nos nequiores.* Sic φέρειν apud Herodian. 1, 2, 7. et alios. Sic *proventus* clarorum virorum Iuſtin. 13, 1, 12. ubi plura dederunt Berneccerus et Gronov. Cf. Corte ad Salluſt. Catil. cap. 8. ubi ſic *provenire* dicitur. *Alumnus* Noſter 2, 3, 1. et alibi.

aperit) Concinne reſpondet τῷ *clauſam.* Sic vero gentes ac reges *bellum aperuiſſe* dicit Tacit. Germ. cap. 1. Sic *reſerare victoria Daciam* Frontin. in praef. de eo, qui primus provinciam domandi cauſa ingreditur, ut conſummare, qui debellat, et in provinciae formam redegit. Vid. novae miſcell. obſerv. T. 4. p. 167. Idem verbum adhibet in hac narratione Iornandes de rebus Geticis c. 2. ubi omnino multa ex noſtro depromſit, ſed ad Iulium Caeſarem refert, minus bene. Hic enim, uti ſcribit Tacitus in Agricola cap. 13. etſi primus omnium Romanorum cum exercitu eam bis quidem ingreſſus eſt, videri tamen poteſt oſtendiſſe poſteris, non tradidiſſe. Ita et alii, veluti Appian. de B. Civ. 2, 150, Oroſ. 7, 6, nunquam antea tentatum Oceanum Britannicum narrant. Nec obſtat, quod ipſe de Britanniae ſitu et forma diligenter exponit, quia non haec ſolum, ſed et, quae de interioribus Britannis ſcribit, ex fama didicit, cum ad eos nunquam eum penetraſſe ex ipſius commentariis conſtet. Idem adfirmant et alii, Strabo 4. pag. 138. ſ. 200. et in primis Dio 39, 53. et 40, 4. Cf. Daviſ. ad Caeſ. de B. G. 5, 13. in. Nimis igitur magnifice, parum recte Diodor. Sic. 5, 21. inſulam ab eo ſubactam eſſe ſcribit. Fecerunt poſt bella Gallica et civilia, ut Britanniae cura abliceretur.

Strabonis aetate (vid. c. l.) reguli quidam Britannorum legationibus et officiis gratiam Auguſti adepti, donaria in Capitolio dedicarunt, et inſulam ipſam notiorem reddiderunt. Vectigalia tantum pendebant mercium utrimque ex Gallia et Britannia exportatarum et invectarum, nec tanti putabant Romani, ut praeſidiorum ſumtus ferrent. (Strabo c. l. et lib. 2. pag. 79. ſ. 115.) Poſt Auguſtus, patrem aemulaturus, expeditionem Britannicam aliquoties paraverat, ſed cum primum a. u. 719. in Galliam usque progreſſus eſſet, Pannoniorum et Dalmatarum rebellione audita, conſilium mutavit. (Dio 49, 38.) Idem tentavit a. u. 727. neque tamen propter Gallorum motus, et quod Britanni legatos de pace petenda miſiſſent, perfecit. (id. 53. 22.) Anno proximo, cum de pacis conditionibus non conveniſſet, bellum inſtruxit, ſed, retentus Salaſſorum et Cantabrorum turbis, rediit. (Dio 53, 25.) Qui quidem conatus ad duplicem expeditionem revocari poſſunt. Adulatorie enim magis, quam vere, ab Auguſto Britannos victos et imperio adiectos eſſe, iactant Horat. odarr. 3, 5, 2. et Virgil. Georg. 3, 25. etſi ad eum locum etiam Servius adfirmat. Diſerte enim Suetonius in Claudio cap. 17. teſtatur, poſt Iulium Caeſarem ad Claudium nulli Britanniam fuiſſe tentatam, cui ſuffragatur Tacitus in Agricola cap. 13. et Eutrop. 7, 13. l. 8. cum Oroſio 7, 6. Vid. Torrentius et Caſaubon. ad Sueton. c. l. et in primis Reimarus ad Dion. 62, 4. Inhiaverat quidem illi Caligula, ſed in ſtultis minis et oſtentationibus ridiculis ſubſtitit. Vid. Sueton. in vita cap. 44. 46. Dio 60, 21. et 25. praeter alios. Claudius igitur poſt Iulium Caeſarem id vere perfecit, gentes domuit, reges cepit, partem eius ſubegit, et in provinciae formam redegit, uti narrant Sueton. cap. 17. Tacitus in Agricola cap. 13. 14. Dio 60, 19 ſqq. et quos produxit Cambdenus in Britannia pag. 19 ſq. — Illi expeditioni ſe interfuiſſe ſcribit Scribonius Largus in compoſ. med. cap. 42. ſ. §. 163. An etiam Orcadas Romano imperio adiecerit, uti quidam

volunt, de eo cf. notata ad Eutrop. 7, 13. f. 8. Exſtant in hanc expeditionem et victoriam plura epigrammata, quae praeter alios exhibuit Burmann. in anthol. Lat. lib. 2. ab epigr. 84. ad 91. Contra rebelles varia fortuna pugnavit ſub Nerone Paullinus, de quo Dio 62, 1 ſqq. Tacit. Ann. 14, 29 ſqq. Poſt ſub Tito totam inſulam octo annis ſubegiſſe Agricolam, ex eius vita apud Tacitum conſtat. Vid. Dio 66, 20 ſq. et quae de eius expeditione contulit Tillemontius in Tito not. 3. T. 2. pag. 852 ſqq. Britannici belli ſub M. Antonino meminit Capitolinus in vita c. 8. quod eius auſpiciis geſſit Calphurnius Agricola. Succeſſit aliud idque gravius ſub Commodo, de quo in vita Lampridius cap. 6. 8. 13. Dio 72, 8. et ibi Reimarus. Inluſtrior expeditio Severi, qui vel rebellantes perdomuit, vel reliquos ſubiecit. Illud praefert Herodian. 3, 14. in. hoc ex Dione 76, 13. intelligitur. Totam Britanniam peragratam devictamque coegit tandem, ut pacem acciperet, nec parvam partem ipſi traderet, quam muro per transverſam inſulam ducto munivit. (Dio c. l. ad quem videatur Reimarus ex numis etiam, et quae notavi ad Eutropium 8, 19. f. 10.) Subſecuta eſt proxime poſt Britannorum defectio, in qua coercenda mors eum obpreſſit, Caracalla turpiter ceſſit. Herodian. 3, 15, 12. Dio 76, 15. et 77, 1. Quae inde ſecuta ſunt, ne latius iuſto evager et ultra terminos, hiſtoria dabit.

propriarum — fidem) I. e. res in Britannia naſcentes, (Landesproducte) quas Claudius ſecum portat, ut Romani videre poſſint, et fides haberetur rerum a principe maximo (Claudio) in Britannia geſtarum. KAPPIVS *in indice ad h. l.*

adfectavit) In Gloſſar. explicatur: deſiderare. Feſtus ſub h. v. pronum animum ad faciendum habere. Senſus eſt: res ita gerere, ut fidem alter habeat. Hinc

enaſcitur *adquiſita fides*, uti apud Frontin. 2, 5, 30. Sic *adfectare ſpem* Livius 28, 18, 10. Ovid. Metam. 5, 377. et ſimilia. TZSCHVCKE. Nempe in hiſtoriis, quas privatus adhuc publicavit. Earum fidem dicit nunc ab eo probatum iri bello, idque ut aliquando fieri poſſet, eum ambiiſſe et deſideraviſſe, quod eſt in voce *adfectavit*, prout in talibus propoſitis hoc amant, quae vehementer animum urgent, unde Iuvenalis 2, 106. *ſpolium adfectare Palati*. Et certe Claudium in hoc ſibi vehementer placuiſſe, patet ex iactantia, qua utitur in tabula Lugdunenſi; *ne nimio inſolentior videar et quaeſiviſſe iactationem gloriae prolati imperii ultra Oceanum*. IAC. GRONOVIVS *MS*. 2. Optavit, ut bello poſſet declarare, veram eſſe ſuam hiſtoriam, et illa, quae de Britannia ſcripſerat. I. GRONOVIVS *MS*. 1. Hiſtoria eius commemoratur a Suetonio cap. 21. et 41. Seneca de morte Claudii p. m. 863. et de vita ſua octo volumina notat Suetonius c. 41.

triumpho) Factum a. u. 797. Chr. N. 44. maximo adparatu, teſte Suetonio cap. 17. Cf. et Plin. 33, 16. ſ. 3. Aurel. in epit. 4, 7. In numis igitur quadrigae triumphales adparent. Vid. Raſche in Lex. num. T. 1. P. 2. p. 583. Eckhel in doctrina num. P. 2. Vol. 6. p. 240 ſq. Deſcripſit ex auctoribus Modius de triumphis veterum 1, 15. Numos etiam propoſuit Cambden. in Britannia p. 39. Acceſſerunt ludi triumphales. (Dio 60, 23.) Victoriae nuntios praemiſerat Magnum et Silanum, generos. Dio 60, 21. extr. et ex eo Zonaras 11, 9.

declaraturus) Recte, ſi Tacitum in Agricola cap. 13. audias de Iulio Caeſare: *poteſt videri oſtendiſſe poſteris, non tradidiſſe*. In edit. 1696. qua uſus ſum, vir doctus hunc locum ſic explicaverat: qui bello effecit, ne quis in poſterum de Britannia et rebus ſuis in eo geſtis dubitaret, idque triumpho declaravit; quae ex Voſſii mente videntur eſſe repetita, vel excerpta.

portat) Poſſis referre ad triumphalis pompae pegmata et ferecula, quibus oppida expugnata aliaque, imaginibus et picturis interdum expreſſa, portabantur, de quo ritu multa conlegit Bulengerus de triumphis cap. 26. At, quod gravius eſt, ex hoc loco intelligitur, quo tempore Mela librum ſuum ſcripſerit. Romam enim rediit Claudius a. u. 797. poſt C. N. 44. L. Quinctio Criſpino iterum et M. Statilio Tauro CSS. poſt ſextum, quam profectus erat, menſem, uti diſerte adfirmant Sueton. cap. 17. et Dio 60, 23. Superiore anno autem Romam contendiſſe, praemiſſis victoriae nunciis, Dio cap. 21. extr. refert.

proiecta) Sic et Iornandes de reb. Get. cap. 2. *inter ſeptemtrionalem occidentalemque plagam proiecta.* Plinius 4, 30. ſ. 16. cum Martiano Capella lib. 6. p. m. 215. verbo *iacet* utitur. De verbo *proiecta* vid. Virgil. Aen. 2, 699. et ibi Taubmannus. Sed ſatis de ſitu ipſe Mela praeter alios, etſi non omnes accurate de aliarum terrarum obiectu, Hiſpaniae in primis et Pyrenaeorum montium, uti Caeſar de B. G. 5, 13. Strabo 4. p. 137. ſ. 199. Plinius c. l. aliique, de quo vid. Cluver. in Germ. ant. 2, 28. p. 446 ſq. Gellarius ad Eumenii panegyr. ad Conſtantium Caeſ. cap. 18. Weſſeling. ad Diodor. Sic. 5, 21. et quem laudat Io. Horsleius in Britannia Romana lib. 3. cap. 1. Minimum diſtabat tamen, quod ex Iulii Caeſaris expeditione notum erat, a Galliae parte, ubi Morini habitabant. Plinius habet 50 M. P. Strabo 320 ſtadia i. e. 40 M. P. Dio 39, 50. numerat ad minimum 56 M. P. TZSCH. Romae quidem, ubi vivebat auctor noſter, recte id dicebatur; ſed ſi quis non relative, ſed ſimpliciter dixerit, is non inuſitate tantum, verum etiam abſurde loquetur. Cum enim inſularum locorumque longitudo et extenſio deſcribitur, deſignandi ſunt cardines coeli e diametro ſibi invicem oppoſiti, non vero vicini et

Nempe nomen habet a Caledonia, h. Scotia, ad quam Caesar minime penetravit, quippe qui circa Tamesin et in vicinis regionibus bellum cum Britannis gessit. Errat igitur aperte Florus 3, 10, 18. qui Caesarem Britannos in Caledoniae silvas persecutum narrat. An apud Plinium etiam silvae illae male ponantur, et circa Tamesin quaeri debeant, quod putat Harduinus, dubium videtur. Scribit enim Plinius: 30 *prope iam annis notitiam eius Romanis armis non ultra vicinitatem silvae Caledoniae propagantibus.* Cum Plinius sub Tito scripserit, uti mentio Titi et Agrippae docet, triginta illi anni commode referri possunt a Claudii expeditione a. u. 796. ad novam Agrippae a. u. 832. qua Caledonia innotuit, (Tacitus in vita cap. 10. 25. et alibi) et Britanni cum Caledoniis in Caledoniam submoti et fugati sunt. (Idem c. 23 sqq.) Primus tamen Severus eam ingressus expugnavit. (Dio 76, 13.) De scriptura per *e* (Gr. *η*), cum vulgo praeferatur *y* vel *i*, vid. Oudendorp. ad Lucan. 6, 68. At hic tantum de silvis ad Galliae latus cogitari debet, quales passim commemorat etiam Caesar de B. G. uti 5, 9. 15. 52. *Ferre nemora* autem i. e. gignere, pro quo Ovid. Metam. 9, 230. arbores, *quas ardua gesserat Oete*, quae verba et in libris saepe commutantur.

flumina) E quibus a Caesare B. G. 5, 11. commemoratur *Tamesis; Tamesa* (ε) Dioni 40, 3. et Tacito Annal. 14, 32. (h. *Thames*, *Themse.*) Addit Tacitus Ann. 12, 31. in expeditione Claudii *Antonam* (alii volunt *Aufona*, h. *Avon*) et *Sabrinam.* (h. *Severn.*) Plura habet Ptolemaeus 2, 3.

alternis) Luculentum exstat de hoc testimonium Taciti in Agricola c. 10. Hinc apud eundem Ann. 14, 32. Tamesae aestuarium memoratur, aliaque plura apud Ptolem. 2, 3. Omnino Herodianus 3, 14, 11. τὰ πλεῖστα τῆς Βρεττανῶν χώρας ἐπικλυζόμενα ταῖς τοῦ Ὠκεανοῦ

συνεχῶς ἀμπώτισιν, ἐλώδη γίγνεται. Aestibus enim agitatur Oceanus, quod suis militibus incognitum fuisse scribit Iul. Caes. 4, 29. Hinc *fervidum* vocat eum Oceanum Eumen. in panegyr. in Constantium Caes. cap. 14, et Ammian. 27, 8. p. 383. (Gron.) *reciprocum*, *adtolli horrendis aestibus adsuetum*. Cf. Plin. 2, 99. f. 97. ex Pytheae narratione.

gemmae —) Sed non eius pretii, cuius Indicae. Constat tamen, veteres in hoc opinione deceptos vel exemplo Iulii Caesaris, qui earum spe dicitur in Britanniam transiisse, ut expresse dicit Suetonius. [cap. 47.] IAC. GRONOVIVS *MS.* Commemorant et alii, veluti Tacitus in Agricola cap. 12. qui Oceano tribuit, sed subfuscas fuisse ac liventes addit. Plinius 9, 57. f. 55. *parvas* (cum earum *amplitudinem* laudet Suetonius) ac *decolores* nasci in Britannia certum pronuntiat, et inde thoracem, Veneri Genitrici dicatum in templo a Iulio Caesare, factum adfirmat. Cf. et Solin. 56, f. 53. Ammianus lib. 23. extr. qui in earum tenui pretio consentit, et quos praeterea ibi notavit Lindenbrog. Ceterum Melae locum utcunque reddidit Iornandes de rebus Get. c. 2. *labi per eam* dicit *multa quam maxima relabique flumina gemmas margaritasque volventia*. TZSCH. Quaenam sunt illae gemmae? Flumina ista gemmifera et margaritifera mera profecto sunt commenta ad apparandum stulti Imperatoris triumphum. Non desunt tamen boni viri, qui putant Britanniam opibus et divitiis istis olim instructam fuisse. Verum hoc si esset, non tam diu immunis fuisset ab avaritia Romanorum. Suffecisset praeterea haec insula unius legionis impensis, quod tamen negat Strabo. [4. p. 138. f. 200.] Thorax ille, quem Veneri genetrici dicavit Iulius Caesar, non videtur ex Britannicis margaritis fuisse compositus, sed ex parvis et decoloribus, quos tamen Britannicos credi volebat, ne frustra Britanniam petiisse videretur. Sic enim accipienda sunt verba Plinii lib. 9. cap. 35,

Mirum tamen, Originem in Matthaeum ex Iuba rege ſcribere, Britannicos margaritas proximum ab Indicis locum habere: δευτερεύουσι δέ πως ἐν μαργαρίταις οἱ ἐκ τοῦ κατὰ Βρεττανίαν Ὠκεανοῦ λαμβανόμενοι. Verum poſtea illos deſcribens addit: Ὁ δὲ κατὰ Βρεττανίαν μαργαρίτης χρυσωπὸς μέν ἐστι τὴν ἐπίχροιαν, ὁμιχλώδης δέ τις καὶ ταῖς μαρμαρυγαῖς ἀμβλύτερος. [Vid. ad Matth. 13, 45.]. Eadem quoque habet Aelianus [de nat. animal. 15, 8.] ex eodem Iuba. Etiam hodie tales reperiuntur in oſtreis et muſculis, non in Britannia modo, ſed et in Norwagiae Finlandiaeque litoribus et alibi. Sed ſane ad omnes borealis Oceani margaritas redimendos vel unus Taprobaniticus ſufficiat. vossivs.

generantia) Sic *gignere*, etſi propius de beſtiis, ad Nilum refertur 1, 9, 3.

populos) Quos noſſe Mela potuit, ex Iulio Caeſare, hi fere ſunt: qui *Cantium* (Kent) incolunt (5, 14. *Cantii* Ptolem. 2, 3.) *Trinobantes*, *Cenimagni*, (vox adfecta) *Segontiaci*, *Ancalites*, *Bibroci*, *Caſſi*. (5, 21.) Plures ſub Claudio commemorat Tacitus 12, 32 ſqq. de quibus Cellarius in Geogr. ant. 2, 4, 16 ſqq.

reges) Commemorantur omnino a Strabone 4. p. 138. f. 200. (δυνάσται) Diodor. 5, 21. extr. (βασιλεῖς κ. δυνάσται) et paſſim ab aliis. Singulorum nomina habes apud Caeſ. 5, 22. Tacit. Annal. 12, 33. conl. Dione 60, 20. it. Tacit. 14, 31. 35. Cf. quae de regibus diſſerit Buchnerus ad Taciti Agric. c. 12. Sexus nullum habitum eſſe diſcrimen, adparet ex Tacito Ann. 14, 35. Democratiam tamen Severi temporibus dat Caledoniis et Maeatis Dio 76, 12. Melam et hic reddit Iornandes c. 1. *Inculti neque omnes populi regesque populorum.* Alias etiam reges et populi ſ. gentes ſic ſeparatim ponuntur, cuius exempla dabit Oudendorp. ad Lucan. 6, 443.

incúlti) Hieronymus libro 2. contra Iovinianum, *Quid*, inquit, *loquar de ceteris nationibus, cum ipse adoleſcentulus in Gallia viderim Scotos, gentem Britannicam, humanis veſci carnibus, et paſtorum nates et feminarum papillas ſolere abſcindere, et has ſolas ciborum delicias arbitrari?* Cui Chryſoſtomus in Sermone Pentecoſtes ita ſubſcribit: *ante hoc autem quotiens in Britannia humanis veſcebantur carnibus?* VADIANVS.

a continenti) A litore Germaniae et Galliae, 140. GRONOVIVS *MS.* 1.

aliarum) Diodor. Sic. 5, 21. τὰς τε διαίτας εὐτελεῖς ἔχουσι, κ. τῆς ἐκ τοῦ πλούτου γιγνομένης τρυφῆς πολὺ διαλλάττοντες. Alia ſupra.

vitro) Quae herba faciebat, ut colorem quandam viridem contraherent, unde Ovidius Amor. 2, 16, 39. dicit *virides Britannos*, et huc reſpiciens Propert. 2, 18, 23. [2, 14, 25.] *nunc etiam infectos demens imitare Britannos*, ubi ſtatim vocat *colorem Belgicum* certe. Viri docti petunt hinc adpellationem Britanniae, quod illa vitraria herba indicetur per primam ſyllabam *Brit.* 140. GRONOVIVS *MS.* De illa herba, *vitrum*, copioſe diſſeruit Salmaſius ad Solin. 22. f. 25. p. m. 180. quem reprehendit tamen Voſſius in nota, quam repetii in criticis p. 1711 ſq. Graecis eſt ἴσατις, poſterioribus etiam, ut docet Metaphraſtes Graecus Caeſarie de B. G. 5, 14. γλάστον, quae Britannica vox videtur fuiſſe. Plura in notis criticis dicta ſunt. De Ballu ad Oppiani Cyneget. p. 261, putat eſſe Dalecampi *herbam luteam*, quae Gallice vocetur *la gaude* et *reſeda plantaginis folio* Linnei. Immo cum vitrum Latinis ſit Gallorum *glaſtum*, Graecorum ἴσατις, eſt hodie *iſatis tinctoria* Linnei, nobis *Waid*. Omnes vero Britannos vitro ſe inficere, atque inde caeruleum colorem contrahere, adfirmat Caeſar 5, 14. Hinc ſupra

viridem et *αἰθλόνωτος* apud Oppian. in Cyneget. 1, 470. Propertii locum notatum alii ad saponem referunt, quo capillos rutilare solebant, ut ibi notat Burmann. p. 344. et quos laudat. At *picta genas Britannis* dixit Claudianus de laude Stil. 2, 248. *coerulei Britanni* Martial. 11, 54. in. et hinc Schrader. emendat. cap. 9. p. 170. malit *picto Britannis vultu* pro *curru*, renitente quidem Owenſio in noctibus Haganis 3, 18. p. 547. Invaluit ille mos non in Britannis ſolum, ſed et omnino in Celticis populis, de quo prolixe expoſuit Pelloutier in hiſt. des Celtes T. 1. p. 289—295. cui addi poteſt Boettiger in Neuem teutſchen Merkur 1792. P. 6. pag. 140 ſqq. De cauſis Mela aliquid, etſi dubie, attigit. Ut muſcas aliaſque beſtiolarum ictus eluderent, credit de Pauw in recherches ſur les Americains ſect. 2. p. m. 203 ſqq. Heyne addit ad Virgil. Georg. 2, 115. vanitatis etiam id cauſa factum, vel arcendi frigoris, vel iniiciendi hoſtibus terroris. Cf. Robertſon hiſtory of America T. 2. p. 151. et ad 2, 1, 10. Ornatus, decoris cauſa videntur feciſſe in ſacris quibusdam Britannorum coniuges harumque, de quibus id refert Plin. 22, 2. ſ. 1. In Britannis Silurum *colorata* quidem *vultus* commemorat Tacitus in Agric. c. 11. at quod inde eorum originem Hiſpanicam evincit, id ad colorem aëris et ſolis contractum et ad poſteros propagatum pertinet. Mirum videatur, quod Iornandes de rebus Get. cap. 2. Melam ſic retulit: *Ob decorem neſcio, an aliam ob rem ferro pingunt corpora.* Saxio notante, idem comprobat Cod. Ambroſ. et forte legendum eſt *pungunt*, quod et habet Ammianus 31, 2. ſi ſenſum ſpectes. Dicit enim, *interſtinctos* fuiſſe *colore coeruleo corpora ſimul et crines.* At cum Melam ante oculos habuerit, nec *pingunt* ad *το ferro* commode referri poſſit, illi de tinctura intellexerit, corruptum hoc potius eſſe videtur ex *vitro*, herbarii oſcitantia. Alias *pingunt* leviori mutatione in *pungunt* transverti poſſit, nec aliorum invita narratione. Ita enim diſerte Herodian. 3,

14, 13. τὰ σώματα στίζονται γραφαῖς ποικίλων ζώων παντοδαπῶν εἰκόσιν. Sic Thracibus omnino nobilibus στίγματα tribuit Herodot. 5, 6. et qui ibi nominantur. Sic Solinus 25. f. 22. *ils per artifices plagarum figuras iam inde a pueris variae animalium effigies incorporantur, inſcriptisque viſceribus hominis incremento pigmenti notae creſcunt.* — Stigmata Britonum commemorat inde Iſidorus orig. 19, 23. conſentiente Servio ad Virgil. Aen. 4, 146. etſi idem *pictos Gelonos* Georg. 2, 115. explicat: *ſtigmata habentes;* ut perinde habuiſſe videatur. Iſidori tamen vulgatam lectionem tuetur in libris omnibus Claudianus in Stilicon. 2, 248. ubi: *Britannia ferro picta genas*, etſi et ibi quidam notante Barthio *nitrum* aut *vitrum* malunt. De ferro idem de Bello Get. v. 417: *ferro notatae figurae.* Cf. Savaro ad Sidon. Apollin. carm. 7, 244. p. 89. Hodie vocant *taettowiren*, quod in multis Americae inſulis uſum obtinet, uti conſtat ex itinerum deſcriptionibus, unde profecit Krünitz Encyklopädie T. 71. p. 733 ſq. Eadem de cauſa nudos et ſine veſtibus, ne corporis eae picturae tegerentur, inceſſiſſe commemorant, in quibus Herodianus c. l. Dio 76, 12. Caeſar tamen de B. G. 5, 14. ubi de corporum pigmentis narrat, pellibus veſtitos fuiſſe praemittit, quare nuditatem borealibus relinquendam cenſet Reimarus ad Dionem c. l. Eadem vero de aliis populis, veluti Agathyrſis, Gelonis, referunt veteres. Cf. ad 1, 19, 10. et quae congeſſit Buffon, etſi admiſtis falſis, in hiſt. naturae univerſali T. 6. p. 259 ſqq. (Berolini) unde ſua duxit Krünitz c. l. pag. 723 ſqq. Locupletiſſime de ſtigmatibus illis expoſuit Rhodius ad Scribon. Larg. compoſ. med. p. 308 ſqq.

infeſtant) Herodianus c. l. vocat omnino μαχιμωτάτους τε καὶ φονικωτάτους, *feroces* Rutilius itin. 1, 500. *diros* Avien. deſcr. orbis v. 749. Bella domeſtica memorat Caeſar de B. G. 6, 11. et Eumenius in Panegyr. ad Conſtantium Caeſ. cap. 11. extr. *Britanni ſolis Pictis*

motis et Hibernis adſueti hoſtibus. Ceterum Melae locum ſic reddidit Iornandes de R. Get. c. 2. extr. *Bellum inter ſe aut imperii cupidine, aut amplificandi, quae poſſident, ſaepius gerunt non tantum equitatu, vel pedite, verum etiam bigis, curribusque falcatis, quos more vulgari eſſeda vocant*. De cauſis belli plane obpoſitis apud Germanos vid. 3, 3, 3.

pedite) Per concinniorem obpoſitionem debebat eſſe *peditatu*, uti et malebat Pintianus. Sed vid. not. crit. p. 175. Ad utrumque pertinet, quod de Calidoniis et Maeatis narrat Dio 76, 12. στρατεύονται ἐπί τε ἁρμάτων, ἵππους ἔχοντες μικρὰς καὶ ταχείας· καὶ πεζοὶ δέ εἰσι, καὶ ῥᾳμεῖν ὀξύτατοι καὶ συστῆναι παγιώτατοι. Tacitus in Agricola c. 12. in. *In pedite robur; quaedam nationes et curru proeliantur*.

bigis) Multitudinis ſenſu per nexum. Nempe *bigae* unitatis numero veteres dixerunt, nec ſingularis *biga*, niſi ſequiori aetate poſt Varronem et Ciceronem obtinuiſſe uſum obſervat Pitiſcus ad Sueton. Tiber. c. 26. et hinc recte et ſecundum artem de uno vehiculo dixiſſe Virgil. Aen. 2, 272. notat Servius. Habet tamen *biga* ſemel iterumque Statius; et ex inſcriptione apud Grater. 484. n. 6. adfert ad Sueton. c. l. Graevius.

covinnos) An potius *covinnas*, vid. not. crit. pag. 175 ſqu. *Covina* pro *—us* ex Gloſſogr. MS. adfert Savaro ad Sidon. Apollin. carm. 23, 351. Proprie *covinnus* fuit currus Belgarum, a quibus recepere Britanni, Belgarum progenies. Hinc Lucan. 1, 426. *et docilis rector roſtrati* (al. *monſtrati*) *Belga covinni*. Vid. poſt. A Chaldaica voce Goſphan nomen derivat ſuo more Bochart. in Chanaan 1, 48. alii aliter. V. Pontanus in Gloſſario priſco Gall. h. v. Scheffer de re vehiculari 2, 22. pag. 275 ſqq. du Cange in gloſſario mediae Latin. h. v. quos laudat ad

Sil. Ital. 17, 418. Drakenborchius. Adde Voſſium in Etymol. Lat. h. v. Hodie nomen remanſit, etſi res ipſa periit, in voce Anglica *Kowain*, uti notat Cambdenus in Britannia pag. 8. (Amſt. 1646.) Dicti inde ſunt *covinnarii* apud Tacit. in Agric. cap. 35. Currum vero bellicum interpretatur Hieronymus in Ieſ. cap. ult. etſi in pace etiam eorum uſum docet Schefferus de re vehic. 2, 22. Iornandes c. l. ubi Melam reddit, pro covinnis ponit *eſſedas*, ut perinde habuiſſe videatur. Nec minus alii, etſi ſeorſum ponit utrumque et diſtinguit Martialis 12, 24. Si praeter nomen in ipſa re fuit diſcrimen, leve certe fuiſſe videtur. Hinc *Britanna* vocat Propert. 2, 1, 86. *Belgica* Virgil. Georg. 3, 204. Fuerunt levia, ut et puellae aurigarentur, et ad luxum converterentur, de quo Propert. c. l. At quod promiſcuum uſum in bellis, ut fabricam, indicat, Caeſar nusquam covinnorum, ſed tantum eſſedorum de Britannis meminit, uſumque eorum in pugna deſcribit de B. G. 4, 32 ſq. Hinc 4, 24. eſſedarii, qui ſupra covinnarii et Dioni 39, 51. ἁρματηλάται, uti omnino ἅρματα et currus de iis commemorantur. Sic ἅρματα Diodor. 5, 21. ubi eam pugnandi rationem cum Graeca heroum in bello Troiano comparat. Strabo 4. p. 138. f. 200. vocat ἀπηνείας, vel, uti eſt in libris, ἀπήνας. Sed plura de iis dabunt Scheffer c. l. cap. 23. et quos memorat Fabricius ad Dion. c. l. Honeſtior fuit autem auriga, et clientes propugnabant. (Tacit. in Agric. cap. 12. in.) At praeter Schefferum poſſunt de covinnis conſuli Savaro ad Sidon. Apollinar. c. l. theſaurus Morellianus pag. 572. Graevius in ſylloge epiſtolar. (Burm. edit.) ad Heinſium Tom. 4. epiſt. 358. p. 435. Secundum theſaurum Morellianum tab. 18. n. 24. eius forma exhibita putatur in numo familiae Iuliae.

falcatis) Falcatis curribus, quos Graeci vocant δρεπανηφόρα ἅρματα, recentiores voce hibrida *currodrepanos*, plures olim uſi ſunt, uti Ninus, (Diodor. 2, 5.) Cyrus,

(Xenophon in Cyrop. 6, 1, 30.) quem eorum fere inventorem faciunt, Darius, (Curtius 4, 12, 6. et alibi, Arrianus de exped. Alex. 3, 13. Diodor. 17, 53. —) Antiochus, (Appianus in Syr. cap. 32. extr. Polyb. 5, 53. extr. Liv. 37, 41.) Mithridates, (Appian. in Mithrid. c. 18.) Pharnaces, eius filius, (Dio 42, 47.) Artaxerxes, Persarum rex, contra Alexandrum Severum 1800. apud Lamprid. in vita cap. 55. — Diligenter tales quadrigas descripsit Liv. 37, 41. qui praeter alias partes de axibus sic: *ab axibus rotarum utrimque binae eodem modo diversae deligabantur falces;* ante Livium Xenophon c. l. Et sic Graeci, veluti Xenoph. de exped. 1, 8, 7. τὰ δρέπανα ἐκ τῶν ἀξόνων εἰς πλάγιον ἀποτεταμένα. Vid. Zennius ad Xenoph. Cyropaed. c. l. Wesseling. ad Diodor. 17, 53. Raderus et Freinshem. ad Curt. 5, 9, 4. et in primis Scheffer de re vehiculari 2, 15. Plures, qui de eorum ratione et usu dixerunt, indicat Fabricius in bibliogr. antiqu. cap. 17. §. 8. p. m. 825. Illorum formam expresserunt Scheffer c. l. et Stewechius ad Veget. de militia 3, 24. Aberrat Curtius 5, 9, 4. ab aliorum descriptione, dum falces summis rotarum orbibus haesisse scribit, et varie tentatus est. Cf. ad c. l. et in primis Wesseling ad Diodor. c. l. Hinc vero *falciferum covinnum* dixit Sil. Ital. 17, 418. uti omnino *falciferos currus*, qui aliis plerumque sunt *falcati*, Lucret. 3, 642. — De auctore eorum curruum disputatur, nec consentiunt auctores. Ad Cyrum vulgo deferunt cum Xenoph. in Cyrop. 6, 1, 29. Sed Nini exemplum supra adtuli, et vestigia eorum quidam reperiunt in literis sacris Iudic. 1, 19, 4, 3. ubi רכב ברזל, interpres certe vulgatus habet *currus falcati*. At vid. quae disputat Scheffer c. l. Mirum recte videatur, cur Iulius Caesar nihil de iis curribus Britannorum falcatis commemoret, cum tamen Frontin. strateg. 2, 3. scribat, eum Gallorum falcatas quadrigas eadem ratione palis defixis excepisse atque inhibuisse. Existimat igitur Vossius ad Caes. de B. G. 4, 24. Frontini narrationem hausstam

esse ex Caesaris ephemeridibus, ipsum vero multa mutaturum fuisse, si diutius vixisset. Ita pro commentariis ephemerides et epistolas Caesaris producit Appianus, de quo disserit Schweighaeuserus ad B. C. 2, 79. p. 763 sq. Ceterum eorum usus remansit etiam post hoc tempus, neque solum de Ptolemaeo in bello Alexandrino, id adfirmat Hirtius cap. 75. sed et de Artaxerxe, Persarum rege, Lampridius in Alex. Severo cap. 55. —

Iverna) De scripturae varietate in auctoribus dictum in not. crit. pag. 176 sq. Nomen ex Phoenicia lingua petit, quasi sit *ultima habitatio*, Bochart. in Chanaan 1, 39. extr. Innotuisse primum Graecis videtur per Phoenices, unde de illorum situ olim inepte et falso loquebantur. Cf. Bochartus c. l. et Schoenemann in Geographia argon. p. 39. De primis incolis Carthaginiensibus speciem veri ex Plauti Punicis ducunt. Vid. Küttner Briefe über Irland pag. 348 sq. Ita ultra promontorium sacrum ponit Orpheus v. 1164 sq. et 1179. eademque de causa videtur *sacram* vocare Avienus in Ora v. 108. uti censet Wernsdorf, etsi pro Ἱέρνη eum in Gr. Ἱερὴ legisse suspicatur Holsten. ad Stephanum p. 144. Parum certi se habere, quod de illo referat, ingenue fatetur Strabo 4. pag. 139. s. 201. etsi suo tempore nonnullis cognitam fuisse tradit 1. p. 43. s. 63. versus septemtrionem tamen iuxta Britanniam porrectam iacere, et latiorem, quam longiorem esse addit. Medio inter Britanniam et Hispaniam esse sitam, dicit Tacitus in Agricola cap. 24. quo tempore magis innotuit. Hispaniae obiicit Agathemer. 2, 4. vage; male versus septemtrionem Britanniae Strabo 1. pag. 43. s. 63. ponere videtur ex nexu, diserte 2. pag. 78. s. 115. accuratius situm describit Marcianus in periplo pag. 57 sq. (Hudf.) Britannorum insulam vocat Eustath. ad Dionys. v. 568. et maximis adnumerant Aristoteles de mundo cap. 3. s. Agathemer. 2, 8. — De forma Strabo c. l. qui latiorem facit, quam longiorem.

Dimidio minorem, quàm Britanniam, putavit Caesar de B. G. 5, 13. Parem ſpatio Noſter, proximam magnitudine cum Britannia Solin. 25. f. 22. Plinius 4, 30. f. 16. Agrippa auctore latitudinem illi dat Britanniae, longitudinem 200 M. P. minorem, quam Marcianus c. l. ducit a promontorio auſtrino ad Rhobogdium promontorium 2170, latitudinem facit 1834 ſtadiorum. Longiorem igitur facit, quam latiorem, ut Ptolemaeus, in quo conſentire etiam videtur Mela. Sic Oroſius 1, 2. pag. 28. (Haverc.) *longiore ab Africo in Boream ſpatio porrigitur.* Adortus eam primo eſt Agrippa. (Tacit. in vita cap. 24.) quo adludere videtur Iuvenalis 2, 159. *arma quidem ultra Litora Iuvernae promovimus.* De incultis incolarum ſeriique moribus, etſi fando potius cognoverat, Strabo c. l. Cf. 2. p. 78. f. 115. ubi et frigus notat. Idem de Melae narrationibus valet, cum adſit Caeſar de B. G. 5, 13.

§. 6. *luxurioſa)* Utitur vocibus in agricultura uſitatis per Romanam linguam, ubi paſſim legimus *luxuriantem vitem* et *luxuriam vitium.* Tum quoque *pabula laeta*, quorum eſt maxima ubertas. Sic Virgilius Georg. 1. in. *laetas ſegetes* dixit, et Latini *laetari* de agro pro ſtercorare. 1. GRONOVIVS *MS.* De *laetus* hoc uſu cf. ad 1, 10. in.

diſſiliant) *Rumpere* apud Phaedrum 1, 20, 5. 24, 9. Idem de Hiſpania Iuſtin. 44, 4, 14. *Tanta pabuli laetitia eſt, ut, niſi abstinentia interpellata ſagina fuerit, pecora rumpantur.* De agro Catanaeo in Sicilia Strabo 6. pag. 186. f. 269. πνίγεσθαι, de regione inter Tigrim et Euphratem Curtius 5, 1, 12. *tam uberi et pingui ſolo, ut a paſtu repelli pecora dicantur, ne ſatietas perimat*, quod ita ſe habere teſtatur Niebuhr Reiſebeſchr. Vol. 1. p. 371. De Iuverna idem Solin. c. 25. f. 22. *ita pabuloſa, ut pecuaria, niſi interdum aeſtate a paſtibus arceantur, in periculum agat ſatietas.*

ignari) Solin. c. l. *inhumana eſt ritu incolarum aſpero — fas ac nefas eodem loco ducunt.* Britannis ſaeviores eſſe refert Strabo 4. p. 139. ſ. 201. et carnibus humanis, parentumque mortuorum corporibus veſci addit, palam etiam concumbere et cum conſanguineis.

§. 7. *Orcades)* Sic et Gr. Ὀρκάδες. In earum conſtituendo numero discrepant veteres. Noſter habet 30, in quo conſentit Ptolem. 2, 3. (περὶ τριάκοντα τὸν ἀριθμόν.) Plinius 4, 30. ſ. 16. *Sunt autem* 40 *Orcades, modicis inter ſe diſcretae ſpatiis,* quem ſequitur Martianus Cap. 6. p. 215. Iornandes de reb. Get. cap. 1. Geograph. Raven. 5, 32. numerant 34, vel, ut libri etiam volunt, 33, in quo poſteriori numero conſentit Oroſius 1, 2. p. 27. (Haverc.) qui ſcribit: *Orcades* 20 *deſertae ſunt,* 13 *coluntur;* atque hunc proxime ad verum accedere pronuntiat Cambden. in Britannia p. 25. (Amſtel. 1646.) Ex Oroſio idem repetit Vincentius Bellovac. in bibl. mundi Vol. 1. lib. 6. cap. 19. p. 381. At nimis earum numerum auget Iſidor. Orig. 14, 6. ſine dubio corruptus; ſtatuit enim 83, quarum 12 deſertae ſint, 13 coluntur. Contra nimis eum imminuunt Solin. c. 25. ſ. 22. et Antonin. in itin. pag. 508. in quibus excidiſſe videtur numerus XXX, quo addito cum Oroſio conveniunt. Schoening tamen von den Begriffen und Nachrichten der alten Griechen und Römer von den Nördlichen Ländern (Allgem. Welt-Geſch. der neuern Zeiten T. 13.) p. 100. putat, vel alios auctores ſecutos eſſe, vel potius itinerariorum rationem probaſſe, quae loca ex viis et manſionibus peregrinantium retulerint, inque iis forte fuiſſe, quae ad unam inſularum, quae *Hethland* vocantur numero 3. adſcriptae tamen Orcadibus videntur, pertinuerint. Nempe differunt etiam veteres in earum ſitu notando. Noſter, qui ab occaſu ad ortum inde ab Iverna progreditur, inter hanc et Germaniam ponit, nec abnuere Plinius videtur, etſi diſerte non definit. Iſidorus, qui a Thule procedit,

inter Thulen et Britanniam latiori ſenſu, uti Ptolemaeus, numeris teſtibus, qui et in Britannia ab hac parte commemorat *Orcada* promontorium, a quo et Damnio Britanniae longitudinem metitur Marcian. in periplo p. 59. Hudſ. Ab oriente Britanniae ponit Geogr. Ravenn. 5, 31. f. Longius hinc removet Antoninus, in mari Oceano, quod Gallias et Britannias interfluit, ubi proxime ſequitur Vecta ſ. Vectis. Hodie, quod notat Büſchingius, numerantur 28. Nec magis inter auctores conſtat, quo tempore Romanis innotuerint. Si Tacito in Agric. c. 10. fides eſt habenda, ad Flaviorum imperium incognitae fuerunt, et tunc demum ab Agricola inventae et domitae. Et ſic Iuvenal. 2, 160. *modo captas Orcadas* memorat. At ſi alios audias, veluti Eutropium 7, 13. f. 8. Oroſium 7, 6. Euſebium et Caſſiodorum in Chronicis, iam Claudius eas Romano imperio addidit. Certe cum Mela per certa indicia Claudii aetate ſcripſerit, incognitae hoc tempore fuiſſe minime potuerunt. Vid. quae de eo diſputantur ad Eutrop. c. l. Deſertas alias fuiſſe, alias cultas, ſupra notatum eſt. Secundum Solinum *vacant homine, non habent ſilvas, tantum iunceis herbis inhorreſcunt, cetera earum nudae arenae et ripas tenent.* Quodſi vera ille retulit, mutatio haec et vaſtitas poſt Agricolam conſecuta eſt.

Haemodae) Commemorantur etiam a Plinio 4, 30. ſ. 16. ubi tamen *Acmodae* vocantur. At numerus, ſitus prope Orcadas (quamvis numerat 40) et nomen easdem eſſe indicant. Nempe Plinius, ut exiſtimat Salmaſ. ad Solin. p. m. 176. cum *Emodas* alibi, apud alios *Ebudas* reperiſſet, diverſas deceptus credidit. Cf. etiam Schoening p. 50. et 89. c. l. Quod ſi verum eſt, maxime discrepat Plinius numero, minus alii. Nam Solinus cap. 25. ſ. 22. habet 5, cum quo conſentit Ptolem. 2, 2. ſitu tamen multum discrepans. Nam ſupra Iverniam hic ponit parum inde remotas. Ille a Calidoniae promontorio

Thulen petentes bidui navigatione perfecta excipere ait Haebudes; Orcades porro ab Haebudibus esse septem dierum totidemque noctium cursu, denique ab Orcadibus Thulen usque esse quinque dierum ac noctium navigationem. At sunt turbata ea, nec sibi constant, praeterquam quod Orcades ab Haebudibus tantum remotae videantur, sed sic non utraeque perinde a Caledonia, atque adfirmat. V. omnino Pontanus in chorogr. Daniae descript. p. 745. ubi contra Solinum disputatur. Ex ipso tamen Mela gravis obiicitur difficultas. Cum enim a septemtrione, vel occasu ad orientem progrediatur, quod et insulae post in sinu Codano ostendunt, qui potest ab Orcadibus redire ad Aebudes, si sunt eaedem, et saltu facto, relictis Orcadibus, ad sinus Codani insulas relabi, uti Melam in tabula duxit Reinoldius. Quod Cluverius in Germ. ant. 3, 40. p. 663. (ubi plura adferuntur) erroris Nostrum incusat, quo actus in Codano sinu posuerit, mala librorum distinctione deceptus est. Aliter Schoening pag. 50. c. l. qui aut transposita verba putat, aut potius eum situm ex opinione veterum de Britanniae et Hiberniae situ positum esse; Hiberniam enim ad septemtrionem Britanniae conlocasse, et Britanniam inter occidentem et septemtrionem extendisse, quod quidem declaret ipse Mela supra §. 4. At *super* §. 6. saepe simplicem tantum progressionem indicat, Cf. not. crit. ad 1, 2, 5. pag. 103 sq. Quare Hebudes et Haemodae discrepare videntur, etsi Noster solas memorat Haemodas, Ptolemaeus 2, 2. solas Hebudes, unde etiam Salmasius c. l. easdem putat. Illae ultra Hiberniam, hae circa Germaniam citra sinum Codanum quaerendae ab Orcadibus profecto. Ibi vero et hodie multae sunt insulae, et olim multas fuisse ex Ptolemaeo 2, 11. intelligitur, qui 3 Saxonum insulas et Alocias nominat. Illas Cluver. in Germ. ant. 3, 23. ubi de insulis omnino exposuit, adpellat h. *Strand, Busen, Heligé Land.* Danckwerth in Beschr. von Schleswig u. Holstein p. 147. *Eyderstedt, Everschop,* et *Utholm.* Schoening p. 165. c. l.

omnino in insulis ad ducatum Schlesvicensem quaerendas putat *Alocias*, cum ad occidentem Cimbrici promontorii nullae sint hodie. Cluver. c. l. 3, 40. p. 665. ad orientem sitas esse putat *Lessa*, *Rom*, *Anholt*. Schoening c. l. *Mors*, *Thye* et *Vendsyssel*, quarum duae ultimae, etsi hodie continenti adhaereant, olim insulae fuisse ipsi videntur. Plures vero insulas in Oceano Germanico notat Strabo 7. p. 201. f. 291. in iisque unam adfert nomine *Byrchanin*, a Druso expugnatam. Stephano h. v. est *Burchanis*, qui Strabonem testem adlegat, etsi ille aliter; Plinio 4, 27. f. 13. *Burchana*, qui nobilissimis illius tractus insulis adcenset, omninoque 23 habet, quae huc pertinere, progressio a promontorio Cimbrico ad Scaldim docet. Omnes fere summo consensu h. *Borchum* ad Amisiae ostium credunt, nomine etiam invitati. Cf. Pontanus in chorogr. Daniae descr. pag. 665. Olim etiam, teste Plinio c. l. *Fabaria* a frugis similitudine sponte provenientis dicta est. Alibi tamen 18, 30. f. 12. *Fabarias* habet insulas in Oceano septemtrionali, qui est noster hic Germanicus. Praeterea Plinius 4, 27. f. 13. notat Glessariam, post etiam *Glessarias* a succino, alio nomine *Electridas* ab electro, ex sermone recentiorum Graecorum. Qui ad Borussicam oram ponunt, sunt enim, longius a cursu et situ Plinii aberrant, decepti electri mentione, quod in Borussica ora tantum inveniri falso putarunt. De succino in Germania invento differte Solin. cap. 23. f. 20. Sed et, qui rectius, discrepant. Ortelius h. v. *Ameren* putat, Cluver. c. l. 3, 23. p. 597. proximam illi *Strand*, quamvis *Glessarias* diversas facit 3, 40. p. 662. et prope *Shetland* versus Norvagiam, ubi *Farre*, quaerit, cum tamen, ut in *Fabaria* vidimus, idem credam cadere in Glessariam, unde Glessariae addit *Actaniam* Plinius. Vid. 4, 27. f. 13. 37, 3. Harduin. ad Plin. 4, 30. f. 16. qui recte ad ortum, sed falso in inf. *Oeland* et *Gotland* quaerit, et in primis Schoening c. l. p. 87. qui Glessariam f. *Austraniam* h. dici *Amsland* existimat, et *Glessarias* etiam ad ortum Britan-

nias ponit procul a Bornſſico litore p. 90. et ad calcem Schloezer p. 117. et quos laudant. Alias 3 habet etiam in hoc ſitu Geogr. Ravennas 5. 30. *Nordoſtrachan*, *Euſtrachiam*, *Evaziam*, quae *Euſtrachia* Plinii *Auſtravia* videtur. Vid. ibi Porcheron et Schloezer c. l. Atque in iis fuerunt *Haemodae* auctoris noſtri, quamvis nemo dixerit, quae vere ſint. In rebus incertis fatis eſt remotis erroribus ad verum adcedere. Et ſic prope litus dunetus Schleſvicenſis iam a Dietzio poſitas in interpretatione. Melae Germanica p. 55. ſ. vidi, etſi eum impugnat vir doctus in Philologiſchen Bibl. Göttingen 1775. Vol. 3. pag. 311. et Schoeningii ſententiam his ſuffulcire ſtudet. Inſulae illae etiam nunc *Hebrides* vocantur, quod nomen ex *Hebudas* per librariorum corruptionem ortum eſt. Ptolemaeus earum unam vocat *Epidium*, quod nomen ſervatum eſt in inſula *Byte*, in lingua Gallica *Ey Bhoid*.

Scandinoviq) Plinio eſt, quod oratio cum Noſtro congrua docet, 4. 27. ſ. 13. *Scandinavia*, eadem etiam poſt 4. 30. ſ. 16. iudice Salmaſio in exerc. Plin. p. m. 1264. et ante Cluverio in Germ. ant. 3. 37. p. 651. et 654. *Scandia*, quod quidem, ſi hic etiam varios auctores ſecutus eſt, eſſe poteſt, quamvis connexae *Dumna* et *Bergos*, certe illa, ſitu diverſae videntur; nam *Dumna* inſula a Ptolem. 2. 3. ſ. iuxta *Orcada* promontorium ponitur, *Scandiamque* etiam anguſtioribus finibus circumſcribit, quod maximam omnium *Nerigon* ibi vocat. Schoening c. l. pag. 93. titubat quidem, ſed idem fere nomen putat, ita tamen, ut diverſas regiones aliquo modo ſignificent *Scandia* h. *Schonen* ſ. *Skaney*, et *Scandinavia* finitimas et ulteriores etiam inde regiones, quia Ptolem. 2. 11. quatuor inſulas Scandias commemoret ab oriente, Cherſoneſi Cimbricae, quarum maximam proprie etiam *Scandiam* dictam iuxta Viſtulae oſtia conlocat. Ibi cum Iornandes de reb. Get. c. 3. *Scanziam* ſuam etiam ponat, eadem ſine dubio eſt, quod et nominis ſimilitudo ſuadet.

In Geogr. Ravenn. 5, 30. occurrit insula *Scanza*, quam a plurimis cosmographis antiquam Scythiam adpellatam esse dicit. In illis enim partibus coalescere solent nomina Scytharum, Sarmatarum Ingaevonumque, vel, qui ex illa gente fuerunt, Teutonorum. Iam vero quae h. sit Scandina, Cluver. c. l. p. 654. ut Cellar. in Geogr. ant. 2, 5, 81. eandem etiam dictam esse putat antea *Baltiam* vel *Basiliam*, (hoc vitiosum habet Pontanus c. l. p. 706.) cuius immensam magnitudinem praedicent ex veterum auctoritate Plin. 4, 17. s. 13. sed si *Scandinaviam* Plin. c. l. diverso sensu dixit esse incompertae magnitudinis, porro illam a Scytharum litore tridui navigatione removet, (Diod. Sicul. 5, 23. in. etiam in Scythia ponit, et succinum eiici in eam dicit, quam Timaei Bannomannam si Raunoniam alii putant apud Plin. 4, 27. s. 13. ubi quidem vid. Harduinus) et inde ad primam Germaniae gentem, Ingaevones, procedit, dubium facit maxime, vel incertum, uti quidem de Cluverii sententia iudicat Wesseling ad Diod. Sic. c. l. Idem porro, quia in nostro tuetur *Codanonia*, hanc diversam statuit a *Scandinavia*, illam nempe esse *Sialandiam*. Vid. 1, 26. pag. 185. Maxime autem, utpote in re obscura, differunt recentiores in notanda hac insula. Ita Cluver. Germ. ant. 3, 38. peninsulam esse compertum dicit sub nominibus *Biarmiae*, *Lappiae*, *Finnomarchiae*, *Botniae*, *Suediae*, et *Norvegiae*. Et sic Cellar. c. l. ea complectitur hodie Suediam, Norwegiam, Lapponiam, Finnmarchiam; a Wedel c. l. passim *Suediam* et *Norwegiam*, quam veteres insulam putarint, quam ad Celticam Pytheae refert. In eoque consentire fere auctores recentiores vidi. Pontanus tamen in chorogr. Daniae descr. p. 669. ad *Scaniam* (*Schonen*) tantum redigit, et, dissentiente quamvis Plinio, Baltiam olim dictam etiam credit. Idem tamen init. pag. 639. latiore sensu etiam de Norvegia et Suedia cum adiacentibus dici adfirmat. Sed nimis longum est omnia hic congerere et ab instituto alienum. Equidem haec existimo.

Sevonem montem Plinius 4, 27. f. 13. inde a Scythia egreſſus ad litus ſeptemtrionalis Oceani Gades usque, immanem ad Cimbrorum promontorium ſinum efficere dicit, *Codanum*. Ponit quidem ibi, ubi clarior in illo tractu incipit fieri fama ab gente Ingaevonum, quae eſt prima Germaniae, et Solin. c. 23. f. 20. dicit: *mons Sevo initium Germaniae facit. Ingaevones tenent, a quibus primis poſt Scythas nomen Germanicum conſurgit*, in quibus Plinium retulit. Inde videtur eſſe mons Germaniae, uti et Ferrarius in Lexico h. v. contra Ortelium exiſtimat. Neque tamen ſolum Ortelius, ſed et alia contra Cimbrorum promontorium ab altera parte ponunt, ubi, cum in mare excurrit, h. dicitur teſte Büſching *Langfield*. Docet autem Cimbrorum promontorium, quo in loco, ſi ſenſus ineſſe debet Plinii verbis, quaeri debeat mons *Sevo*, et recte quaeri inter *Norvegiam* et *Sueciam*. Adami Bremenſis deſcriptio cum eo bene convenit, quod docuit Pontanus c. l. pag. 690. Ille quidem ex prominentibus ſcopulis Baltici maris dicit incipere, et tandem in Rhipaeis montibus limitem facere. Nec impedit, quod *Ingaevones* memorat, quia ſic gentem tantum Germaniae reſpicit, non eorum ſedem in Germania utique, immo inde adparet ab obiecta etiam parte habitaſſe, et quia poſt in ils recenſet Cimbros et Teutonos, cum Mela optime conſentit, qui et in Scandanovia Teutonos ſuo aetate agnoſcit. Plinium non recte cepit Solinus, et hinc Sevonem in Germania ponit, quae ſuper ſinum Codanum non extenditur, vel, ſi extendatur, ut putat Pontanus c. l. p. 671. ad indigitandam Scandanoviam facit. Quam cum Plinius c. l. in ſinu Codano ponat, non poteſt ille mons in Scandanovia fuiſſe, nec hinc Scandanovia eſſe Suedia et Norwegia. Quare potius maior alia eſt inſula *Sialandia*, quae ibi eſt maxima. Et ſic diſerte Agathemer. 2, 4. dicit: μεγάλη Σκανδία, ἥ κεῖται ὑπὸ τὴν Κιμβρικὴν Χερρόνησον, ut poſt in re nota de Sardinia Corſicae ſubiecta. In Suedia, Norwegia et ſequentibus contra Sarmaticas oras

ſunt Melae Hippopodes, Oseones, Panoti, et ultra ponitur *Thule*. Ita ſeriem Melae inferre puto. Sic Pontanus c. l. p. 690. Ingaevones etiam ultra Suevicum mare ſ. Balticum extendit, et Scandinaviam tenuiſſe adfirmat. Quod et ſic dubium puto, Melae quidem tempore, ſi de tota gente intelligatur, ut tamen Scandinaviam ipſam Norvegiam eſſe dare non poſſim. *Selandiam* contra Plinii 4. 27. f. (13. f.) *Latrin* eſſe putat a Wedel c. l. p. 79. Contra Cluver. in G. A. 3. 37. p. 651. *Oeſel*; nempe prout quilibet *Cylipenum ſinum* Plinii, in quo fuit, intelligit. Omnino autem Scandinaviam cum Cherſ. Cimbrica ad Celticam Pytheae refert a Wedel c. l. paſſim, vid. p. 19 ſqq. idoneisque argumentis probavit. Ex quo ſimul docet, quantum fidei huius et notioris illius Celticae ignorantia derogarit Pytheae narrationibus. Atque hinc forte Diod. Sicul. 5, 32. intelligi et diiudicari poteſt, ubi dicit, eſſe Cimbros, qui Romam ceperint, quod alios Gallis tribuere vulgatum eſt. Nempe Celticam Pytheae Cimbri occuparunt, unde nomen mutatum eſt poſtea. Ex ea autem Celtae vel ſponte, vel depulſi aut a Cimbris, aut cataclyſmo illo, (bene de hoc a Wedel c. l. p. 102 ſq.) aut conferta hominum progenie in terrae anguſtiis, (vid. Quinctil. decl. 3, 13.) Galliam Celticam et hinc Italiam petierunt. Galli autem et Celtae iidem ſaepe ſunt. Immo latius, quam facit a Wedel, etiam ante Pytheam patuit Celtica, quia Herodotus 2, 33. Iſtri fontes in Celtis ponit. Et ante Herodotum Celtas in expeditione relictos ad Hadriam conſediſſe narrat Scylax pag. 6. Hudſ. Et hos ſine dubio intelligit Strabo 7. p. 208. f. 301. qui ad Alexandrum M. legatos inde miſerant, teſte Arriano de exped. Alex. M. 1, 4. qui Ionium ſinum dicit. Cf. quae de Scandinovia etiam diſputavit Praetorius in orbe Gothico lib. 4. p. 33 ſqq.

Teutoni) De iis ad 3, 3. extr. Conſtat autem ſibi, quod c. l. in Codano ſinu eos etiam poſuit. Multae et

diverſas nationes habitare refert Iornandes de reb. Get. cap. 3. quarum 7 tantum nomina memorentur a Ptolemaeo, etſi nunc (2, 11.) ſex tantum inveniantur, nempe *Chaedinos*, *Phavonas*, *Phiraeſos*, *Gutas*, *Dauciones* et *Levonos*. Plures recenſet Iornandes ipſe, ex quibus *Finni*, *Finnaithae*, *Suethidi* — regionem et ſitum innuunt.

alias) Uſitatius eſt dativum adponere.

§. 8. *Sarmatis)* Ultra Viſtulam in mari etiam Baltico. Cf. 3, 4. Quia tractus hic, cui *adverſa* i. e. e regione poſita fuit Sarmatia, non inſularis, certe hodie eſt, ſed continens terra; Sarmatia pro hodierna rerum facie non in mare ſeptemtrionale veteribus, nobis Oſt-See dictum, prominet, ſed inſtar cunei ad oram Pruſſicam terminata eſt. Mela igitur primus Sarmatiam Europaeam accurate deſcripſit, ut digito in tabula monſtrare poſſis. Sic Viſtulae primus meminit. Forte ex bello Marcomannico. Vid. Gatterer in commentatt. — Goetting. Vol. 12. p. 194.

Oaeonas) De ſcripturae varietate dictum eſt in not. crit. p. 192 ſqq. Plinius 4, 27. ſ. 13. hoc nomine facit inſulas, in quibus ovis avium et avenis incolae vivant. Cum Plinio facit Solinus c. 22. ſ. 19. aves marinas tantum vocat, quas paluſtres Noſter. Uterque vero aliquantum in ſitu in his et ſequentibus notando recedit, et verſus ſeptemtrionalem Oceanum ponit. Tum inde ad ſinum Codanum, in quo Scandinavia, et Viſtulam procedit Plinius. At in ipſa Scandinavia, ſeu, ut vocat, Scanzia, homines memorat Iornandes de reb. Get. c. 3. qui carnibus ferarum, atque ovis avium vivant, etſi pro *ovis avium* Codd. etiam legant *ovium aviumque*. Nempe Scandinavia ad ſinum Codanum et mare ſeptemtrionale utroque latere iacebat. TZSCHVCKE. Receſſiſſe videtur hoc loco a Caeſare auctor noſter, et ſecutus eſſe Pythiam

Maſſilienſem, aut alium, cum Oaeoras in extremo ſeptemtrione collocat. Caeſar enim [de B. G. 4, 10.] illos in inſulis Rheni deſcribit, cum ait, illic eſſe, qui *piſcibus atque ovis avium vivere exiſtimantur.* Non poteſt hoc de aliis inſulis, quam Batavicis et Friſicis intelligi, quarum non pauca ovis tantum et piſcibus, aut pane, aut pulte ex avenis victitaſſe valde mihi fit veriſimile. Eius rei veſtigium ſupereſt etiamnum in Eyerlandia, Flia aliisque Weſt-Friſiae inſulis, ubi tanta ovorum copia in litoribus arenoſis ubique invenitur, ut ea vel magnae hominum multitudini ad victum ſufficiant. — vossius. Quod de Eyerlandia ſcribit Voſſius, negat Cluver. in Germ. ant. p. 134. Voſſii etiam explicationem reiicit Rudbeck. in Atlantica P. 3. c. 10. §. 2. p. 201. et has inſulas ad orientale Sueoniae latus ſitas eſſe putat. Ita vir doctus in bibl. philologica P. 3. p. 304. (Goetting. 1775.) male cenſet etiam a Voſſio in Friſia et vicinia poni, quippe quem tractum melius noſſet, quam Islandiam, et quaerit in tertis ſeptemtrionalibus et inſulis, quarum oras frequentent aves plurimae marinae. Schloezer in hiſt. ſeptemtrionali p. 115. conlocat in extrema parte boreali, ubi inſula quaedam adhuc nomen *Fugloë* i. e. inſula avium habeat. Sed cum ille terrarum tractus veteribus parum certo fuerit cognitus, et fando tantum auditus, incerta etiam poterant et vaga de eius ſitu commemorari. Ita de nomine etiam disputatur, uti iam dictum in not. crit. c. l. dubitatque adeo Salmaſ. ad Solin. c. 22. f. 19. p. m. 153. an ab ὠὸν nomen derivandum ſit, nec potius ab avenis duci potuiſſet, quibus etiam veſcebantur.

Hippopodes) Quales ſint, ipſe explicat, uti Plin. 4, 27. f. 13. De iis Solin. 22. f. 19. *inſulae, quarum Hippopodes indigenae, humana usque ad veſtigium forma in equinos pedes deſinunt.* Uterque in inſulis verſus mare ſeptemtrionale, ut ſuperiores et ſequentes, ponit. Habet etiam Hippopodes Dionyſ. v. 310. ad Boryſthe-

nem cum Neuris, Gelonis. Proprium nomen agnovit etiam Priſcian. v. 301. at Avienus v. 446. ad Gelonos refert proximos vertitque *celeres*, (quos *volucres* vocat Lucan. 3, 283.) uti Paraphraſtes ad Neuros, i. e. ταχεῖς, ἢ ἰσχυροὺς πόδας ἔχοντες. Nomen tamen proprium ibi probat Schrader. ad Avien. c. l.

Panoti) De verbo et ſynonymis in not. crit. pag. 196 ſqq. Omnes in eo conveniunt, aures iis tam patulas fuiſſe, ut interdiu pro veſtimento, noctu pro ſtrigula, aeſtus denique tempore pro umbraculo ipſis ſufficerent. Mirum, quod non etiam auribus eos volare prodiderint. Porro, ut ſolent miracula migrare, ita quoque et haec Midae progenies ex India in ſeptemtrionem translata eſt a Graeculis. Qui enim primi auritae huius gentis mentionem fecere, alii in India eam collocarunt, et ſane illinc origo huius fabellae eſt arceſſenda. Conſtat enim apud omnes, quam pandae et promiſſae ſint Malabarorum aures. Ornatui aliquid deeſſe exiſtimant, niſi utrimque humeros non contingant modo, verum etiam late flagellent. vossivs. Ubi Plinius ponat, ante dictum eſt; Iſidor. 11, 3. in Scythia, in India Strabo 15. p. 489, f. 711. in California tales eſſe refert Harduinus ad Plin. 4, 17. f. 13. in Malabaria quaerit Schloetzer, apud Tataros Calmukkos Kappius. Vadianus ad h. l. eorum tractum memoria ſaltem, ſi non praeſentia rerum vernaculo *Bilappenland* vocatum putat, congelato mari proximum. Occaſionem fabulae dediſſe putat Dithmarus ad Taciti German. cap. 46. quod frigoris cauſa homines ſeptemtrionales pellibus ferarum ita ſe totos involverint, ut vix vultus conſpiceretur.

§. 9. *Thule)* Gr. Θούλη. Paſſim tamen etiam reperitur in libris *Thyle*, uti habet Cod. Rom. Virgilii Georg. 1, 30. teſte Pierio et libri apud Solinum, Martianum et Plinium notante Salmaſio ad Solin. c. 22.

l. 19. p. m. 175. Ita nempe fit etiam in aliis, ut *Thyrii*, *Lathyrus* — et contra *Borysthenes*. *Thyle* etiam habent Iornandes de reb. Get. c. 1. Isidor. Orig. 14, 6. Geogr. Ravenn. 5, 31. extr. *Tilae* Aethicus in Cosmogr. p. 730. (ad calcem ed. Gronov.) *Tyle* adscriptum in margine Cod. Lipsi. ubi alia, quam *tilos*, simul dicitur et in Indiae Oceano sita. Quas quidem formas reiicit Cluverius in Germania ant. 3, 39. p. 662. quippe barbaro saeculo invectas, et unice probat *Thule*. Derivat inde Stephanus *Thulaeus*, et forte *Thulites*, quod et notante ibi Berkelio legitur in Procopio de B. Gothico 2, 15. Varie derivant nomen: a *Thule*, qui totl Aegypto aliisque terris ad Oceanum praefuerit, Suidas h. v. cum quo, notante Kustero, consentiunt Chronicon Alexandr. Malalas et Cedrenus; a *sole* Isidor. c. l. Bochartus in Chanaan 1, 40. ex Phoenicum lingua, ut sit quasi umbrarum, tenebrarum insula, quod a tenebris veteres septemtrionem designent. Bocharto adstipulatur Schoening (Allg. Welt-Gesch. T. 13. p. 19.) quatenus solis Phoenicibus innotuerat. Alia dabit Bochartus c. l. plura Torfaeus in histor. Norw. P. 1. lib. 1. c. 5. p. 12. Carlstroem de Thule p. 20 sqq. Praetorius de orbe Gothico lib. 3. cap. 4. §. 3. pag. 33. qui Gothicam vocem putat a *Tuole*, quae longam distantiam significet, neque insulam aliquam fuisse proprio nomine ita dictam. Ita etiam d'Anville sur la navigation de Pytheas p. 439. (Memoires — de Paris Tom. 37.) nomen non proprium, sed adpellativum fuisse censet de regione septemtrionali ultra Britanniam. Sic Bayerus in opusculis (Klotz.) p. 246. non de una eademque insula hoc nomen usurpatum esse putat. Phoenicibus autem innotuisse, iam docet Bochartus c. l. ex antiquissimo scriptore Antonio Diogene, qui libros 24 incredibilium de Thule insula scripserat, atque argumentum duxerat ex Dercyllidis tabulis, Tyri, Alexandri iussu, effossis, uti refert Photius Cod. 166. pag. 364. Versatus autem erat Dercyllides in ea insula; a Phoenicibus eius cognitionem ad Graecos

veniſſe, qui vero quamvis omnino inſulam in ultimo ſeptemtrione ita ſaepe vocarint, et hinc in ſitu valde discrepent. Sequuntur autem fere antiquiores Graeci et Romani auctoritatem Pytheae Maſſilienſis, qui eam ſe adiiſſe et cognoviſſe ſcripto prodiderat, ſed homo mendaciſſimus iudicatur et acriter impugnatur a Strabone 1. p. 43. f. 63. Plura dabunt de eo eiusque itinere hiſtoire literaire de France P. 1. p. 71 ſqq. Bougainville in memoires — de Paris Tom. 19. p. 146 ſqq. d'Anville ibidem Tom. 37. p. 436 ſqq. Murray in novis commentar. ſociet. Goetting. T. 6. P. 2. pag. 59 — 63. 82 — 86. Fournier in Hydrographie p. 222 ſqq. et alii, quos laudant, uti etiam Wagner ad Guthrie allg. Welt. Geſch. T. 16. P. 1. pag. 4. Tradiderat autem, Thulen 6 dierum navigatione in ſeptemtrionem a Britannia diſtare et congelato mari vicinam eſſe. Cf. Strabo lib. et l. Plin. 2, 77. Et ſic alii varie verſus ſeptemtrionem ponunt, et ultimam faciunt inſularum, uti Virgil. Georg. 1, 30. Plin. 4, 30. Solin. 25. f. 22. Martianus lib. 6. p. m. 215. Per infinitum a ceteris ſeparatam medio Oceano et paucis notam dicit Oroſ. 1, 2. p. 26. (Haverc.) unde ſua hauſit Aethicus c. l. Maxime enim omnium verſus ſeptemtrionem ſitam credebant. Cf. Strabo 4. pag. 139. f. 201. Nihil magis boreale eſſe, eamque 63 gradibus ab aequatore diſtare Agathemer. 1, 3. unius diei navigatione a mari concreto ſ. Cronio Plin. 4, 30. f. 16. Solin. 25. f. 22. Martian. c. l. ſcribunt. De mari autem illo vid. Plin. 4, 27. f. 13. unde adparet, glacialem eſſe Oceanum, et quae notavit Dithmar ad Taciti Germ. cap. 45. in. Inter ſeptemtrionalem et occidentalem plagam ultra Britanniam ſitam refert Iſidor. c. l. ut Servius ad Virgil. c. l. At in ultimo plagae occidentalis termino Iornandes de reb. Get. cap. 1 qui in parte ſeptemtrionali eius Oceani Scandiam ponit, et ſic hanc magis borealem facit. Qui a Britannia ſitum indicant, non minus variant. Ab oriente eius pars

Geogr. Raven. 5, 31. ultra Britanniam, iuxta Orcadas et Hiberniam Servius ad Virgil. Georg. c. 1. Et ſic Tacitus in Agricola cap. 10. refert inde ab Orcadibus, vel in vicinia diſpectam eſſe Thulen. Ultra Britanniam paullumque ſupra Orcades ad gradum 63 ponit etiam Ptolemaeus 2, 3. Et ſic alii plus minusque ultra Britanniam locant. Vid. Dionyſ. v. 580. et quos ad Rutilii itiner. 1, 499. producit Wernsdorf. Cauſa haec eſſe videtur, quod etiam Britanniae veteres diem paene continuum tribuebant, de quo Iuvenal. 2, 161. Tacitus in Agricola c. 12. Hinc Eumenius in panegyrico in Conſtantin. Aug. cap. 7. de expeditione Britannica: *Proſpexit Oceanum, ut, fruiturus exinde luce perpetua, iam videret illic diem paene continuum*, et cap. 9. de Britannia: in qua *longiſſimae dies et nullae ſine aliqua luce noctes — ut ſol ipſe, qui nobis videtur occidere, ibi adpareat praeterire.* Sic Plinius 2, 77. ſ. 75. in Britannia aeſtate lucidas noctes eſſe adfirmat. Hinc Synesius epiſt. 148. ἥτις ποτέ ἐστιν ἡ Θούλη, διδοῦσα τ. διαβᾶσιν αὐτὴν ἀνυσύδυνα καὶ ἀνέλεγκτα (in marg. emendatur ἀνέγκλητα) ψεύδεσθαι. A Britannia etiam, ſi gradum ſpectes 63, vix bidui curſu removet et ſupra Orcadas ponit Ptolemaeus 2, 3. Contra aliquantum a Britannia diſtare verſus ſeptemtrionem adfirmat Procop. de B. Goth. 2, 15. in quam ex Dania egreſſi Eruli adpuli ſint. Facit Britannia etiam duplo maiorem, deſertam fere, ſed qua colatur, gentes continere 13, quae totidem regibus pareant. Habes propoſitas de ſitu Thules variis veterum opiniones, in quibus, quem Pomponiana lectio nem ſibi vindicet, dubia quaeſtio videtur ex obpoſitis Belgis, ſi vulgatam lectionem ſequaris. Ita nimirum Rheno obiecta iaceat, ubi ponit Belgas 3, 2, 37. nec, quae de ſolis ortu et occaſu narrat, conciliari cum illo ſitu poſſunt. Quae vero ſi reſpicias, a Sarmatarum inſulis reſiliit ad ſeptemtrionem, unde ad Talgen progreſſus eſt. (Vid. extrema nota.) Non minor eſſe poteſt

ex veterum notatis recentiorum diſſenſus. Alii enim putant h. eſſe *Schetlandiam*, quippe quae nautis etiam *Thilenſell* vocetur, uti in primis Cambdenus in Britannia p. 850. (ed. Lond. 1607. f.) cui adſentiuntur Gellarius, qui et *Fero* intelligi poſſe addit in Geogr. ant. 2, 4, 87. Buchner ad Taciti Agricolam c. 10. Büſchingius, et ſic Ptolemaei Thulen intelligit Bochartus c. l. At etſi diſtantia a Britannia, quam ponit Ptolemaeus, et alii indicant, non repugnat, adverſatur tamen, quod de diuturnitate lucis diurnae additur, niſi vis narrationes miſcuiſſe, quod facile credi poteſt. Idem magis etiam valet de Scotiae parte boreali, ubi contendit quaerendam eſſe in prolixa diſſert. de Thule Sibbald in Cambdeni ed. Anglica curante Gibſonio vulgata London 1695. fol. pag. 1089 ſqq. *Irlandiam* memorat de Kerguelen Tremarec Reiſe p. 53. (ex verſ. Germ. 1772.) Ebudes inſulas vel Orcades refert Voſſius. Vid. eius diſſ. de Thule in Bredow Unterſuchungen über einzelne Gegenſtände der alten Geſchichte p. 102 ſqq. *Beltbiam*, quae et antiquitus dicta eſt *Baſilia*, quaſi regio βασιλέων i. e. regulorum, ſ. Erulorum, quos ex Dania adiiſſe narrat Procop. c. l. intelligit Praetorius in orbe Gothico lib. 3. cap. 4. pag. 37. Tum eſt ex eius explicatione tractus terrae, qui complectitur Meklenburgum, Rugiam, Pomeraniam, Caſſubiam, et ultra Pruſſiam, Samogetiam, Curoniam et Livoniam usque. Ad hanc accommodari poſſe putat diſtantiam, quam memorat Pytheas. At premitur haec opinio eadem difficultate, quam ne adigit quidem, multo minus removit, cum tamen teſte Plinio 2, 77. ſ. 76. Pytheae auctoritate veterum illa narratio nitatur. Sueoniam ſuam ex more iactat Rudbeckius in Atlantica paſſim. Scandinaviam alii aut Norwegiam intelligunt, quod etiamnunc ibi tractus terrae adpelletur *Thiele* ſ. *Thielemark*, et incolae priſci *Thilir* nominati fuerint. Ita Ortelius in thesaur h. v. Schoening von nördlichen Ländern in Neue Allg.

Welt-Geſchichte T. 13. p. 14 ſqq. Murray c. l. p. 59. Wedel Abhandlung über die ältere Scandinaviſche Geſchichte pag. 32 ſq. Schlözers allgem. Nordiſche Geſch. pag. 14. 16. Atque hanc eſſe Procopii Thulen indicat Bochartus c. l. Quam ſententiam acriter et prolixe impugnavit Cluverius in Germ. ant. 3, 39. p. 656 ſqq. Ipſe putat eſſe h. *Islandiam*, uti alii multi, veluti Harduinus ad Plin. 4, 30. ſ. 16. Dalechamp. ad Plin. 2, 77. ſ. 65. Bougainville c. l. p. 152. Hill ad Dionyſ. v. 581. Penzel ad Strabonem Vol. 1. p. 323. Pontanus in chorogr. Daniae deſcr. pag. 74. Haacus Thilo, Boruſſus, in ſingulari diſſert. Lipſ. a. 1660. et alii, quibus nuper gravibus cauſis motus acceſſit Mannert in Geographie — T. 1. p. 78 ſqq. Omnino, quae a variis variae prolatae ſunt opiniones, praeter ſuperiores dabit etiam Schwediſche Bibl. P. 1. §. 12. p. 22 — 29. Qui Pytheae narrationem et indicia reſpicit, inter Islandiam et Norwegiam fluctuari poteſt. Utraque enim, ſi a Britannia ſeptentrionem vel occaſum, vel orientem verſus petas, 6 dierum navigatione facta aditur. Porro ad utramque convenit, quod refert apud Strabon. 2. p. 71. ſ. 104. Pytheas, circa Thulen neque terram eſſe, neque mare, neque aera, ſed aliquid ex iis concretum πλευμονι θαλαττιῳ ſimile, in quo terra et mare in ſublimi pendeat, et tamquam vinculo aliquo connectatur. Etſi enim illam vocem varie intelligunt, de nebulis glacialibus, aqua in pollinis modum congelata, aerio fumo, aliisque frigoris effectis, vel etiam de zoophyto ſpongioſo Meduſa, noſtris Meer-Lungen, de quibus vid. Schroening et Wedel cc. ll. non alienа tamen ſunt ab utraque terra. Idem valet de mari Cronio, diei iter remoto, quod latius dictum eſt, et de circulo polari. Vid. Mannert et Penzel cc. ll. quem et cf. p. 414. Quae de die et nocte continua memorantur, etſi minus vere retulit, error tamen illo Straboni potius, quam ipſi Pytheae tribui debet, uti ex Geneſare diſcitur. Vid. deinceps. De Norwegia qui-

dem favet nomen hodiernum ſupra memoratum, quod ab antiquis propagatum et exceptum videatur. At idem transferri etiam poſſit ad Islandiam, ſi, quod Pontanus c. l. p. 746. notat, exſtantes ſcopuli circa Daniae Norwegiae oras omnino *Thuyle* adpellantur. Quod obiiciunt, Islandiam hominibus vacuam et deſertam fuiſſe, nec ante annum Chriſti 874. ulli cognitam, infregit hanc dubitationem contra Ionae Arngrimi ſimiles disputationes Pontanus pag. 753. Incultam etiam ad tempus illud concedit Harduinus ad Plin. 4, 30. ſ. 16, incognitam fuiſſe negat. Quod Martin in hiſt. des Gaules T. 1. p. 159. not. c. Gallos ſuos eo ducit, facit id quidem ſuo more et patriae cupido nimis ſtudio. Nec Pytheas ex propoſito, ſed temere potius et caſu ad eam adlapſus videtur, ubi talia ad disceptationem trahi non poſſunt, etſi incolas eum ibi deprehendiſſe ex Gemini iſagoge cap. 5. adparet, ubi ipſa Pytheae verba dantur. Aliam etiam ac Norwegiam intellexit Plinius, qui 4, 30. ſ. 16. a Scandia, ſ. Scandinavia, alibi Bergo, Nerigo diſtinguit, et a Nerigo, quam Norwegiam eſſe vix dubitari poteſt, (*Noreg* in annalibus Islandicis) in Thulen navigari adfirmat. In quo argumento evertendo, cuius pondus ſentiunt, mire ſe torquent Norwegiae fautores, vel ſimpliciter negant. Tum vero egregie ſuffragetur adiuvetque Mela, ſi pro *Belcarum* legas *Bergarum*, quorum litori obpoſita, niſi alia obſtent, de quibus ad fin. Aliud argumentum de Islandia repetit Mannertus p. 82. ex Pytheae reditu, qui, ſi Norwegiam tetigiſſet, vix mare inter ipſam et Britanniam interiectum cum ſummo periculo relegiſſet, ſed potius iuxta litora renavigaſſet, quae ad Gades usque porriguntur; tum vero Thulen inſulam putare minime potuiſſet; etſi Britanniam per fretum vectus, facile adtingere poterat; neque diſerte inſulam vocaverat teſte Strabone 2. p. 78. ſ. 114. Negavit tamen etiam d'Anville c. l. pag. 441. Islandiam a Pythea cognitam fuiſſe, quem vide de Islandia pluribus

pag. 436 ſqq. Iam denique, enarratis potioribus de Thule eiusque ſitu opinionibus, quorum partibus adhaeſerit Mela, disquirendum eſt. Exorſus eſt curſum in deſcribendis Oceani inſulis a Gadibus usque et in Scythicis ad mare Eoum ſubſtitit. Quem ordinem ſi tenuit, neque declinare, niſi ſaltu temerario facto, potuit, ultra Sarmatas, quibus hactenus obiectas inſulas narravit, quaerenda eſt eius Thule. Ex qua ut maritimo curſu, quippe quem inſtituerat, pervenire poſſet ad Talgen, in Caſpio mari, ultra Codanum ſinum mari omnia repleta putavit, in eo tractu, ubi hodie eſt regnum Ruſſicum. Caſpium autem mare coniungit cum Oceano ſeptemtrionali 3, 5. et Bergas, qui iterum prodeunt, in Scythia et Aſiae confinio poſuit. Dextram igitur oram perſequitur, et, quae obiectae ſint inſulae, enarrat. Ita de Sarmatis antea, et nunc de Bergis cum ſupra notato eorum ſitu apte. Inde vero conficitur, inſulam hic aliquam prope Norwegiam noſtram quaerendam eſſe. Ita etiam fere de hoc Melae curſu diſſeruiſſe Schloezerum (vid. Neue Allgem. Welt-Geſch. pag. 62.) lubens cognovi, etſi ab eo diſſentio, quod ille Thulen Viſtulae oſtio propius admovet, quod Bergae vix patiuntur ultra Sarmatas remoti, et quae de continua die et nocte ſcribit, cum quo congruunt, ſi ſitum diiudices, quae 3, 5. narravit. De Thule pluribus docte Keralio in Memoires de litterature — de Paris T. 45. p. 37 ſqq. qui de Hetland intelligit ex Tacito maxime; Pytheas enim cognoverat tantum fando et aberravit. Recenſet etiam aliorum opiniones. Nuper de ea disquiſivit Voſſius in Bredow Unterſuchungen über — alte Geſchichte (1800.) P. 1. p. 122 ſqq. qui prope Britanniam quaerit.

Bergarum) De iis ad 3, 5. in. TZSCHVCKE. Quos ita nominet auctor, valde ambiguum eſt et obſcurum, etſi vox ipſa prope accedat ad Bercas in Norwegia, quorum meminit Plinius 4, 30. ſ. 16. 1. GRONOVIVS *MS.* 1.

longo) Longo enim ambitu exſtat, et, cum ad horizontem perventum eſt, transverſo eum curſu ſtringit, iuſto ſpatio, antequam mergatur. Ideo Dionyſius [vel Avien. in perieg. v. 765. ex eo] *vicinior axi occiduo inclinat*, i. e. in occaſum longe proſpiciens radios ſolis longo ambitu ſuſtinet, donec rurſum exiguo intervallo ab ortu meridiem verſus tendentem rurſus adſpiciat. Sol enim illis ortus in meridiem abire ſecundum latus videtur, propter magnitudinem declinationis. VADIANVS. Plura de huius loci lectione et ſenſu dedi in not. crit. p. 204 ſqq.

aeſtate lucidae) Sic Plinius 2, 77. f. 75. 4, 30. f. 16. Martianus 6. p. m. 194. et 215. Solin. 25. f. 22. ſolſtitio, cancri ſignum ſole transeunte; contra bruma nullum fere diem eſſe adfirmant. Cf. etiam Servius ad Virgil. Georg. 1, 30. At id demum propius ad polum accidit, et in Norwegiae tractu Wardhuſio maxime ſeptemtrionali per duos menſes et aliquot dies. Cleomedes de circulis lib. 1. p. 138. (Baſil.) menſtruum ibi diem eſſe dicit, quando ſol eſt in cancro. Procopius de B. Goth. 2, 15. dies ibi eſſe dicit continuos 40, totidemque circa brumam noctes, diemque redeuntis ſolis feſtum eſſe addit. Nempe prout poſuerunt Thulen, in his etiam variarunt. Neque tamen Plinius aliique, qui Pytheae auctoritatem praeferunt, recte eum ceperunt, aut reddiderunt, uti adparet ex Gemini iſagoge cap. 5. ubi eius verba ipſa adferuntur. Retulit autem, barbaros ipſi locum monſtraſſe, ubi ſol occidat; noctes ibi fuiſſe perbreves duarum, poſt 3 horarum, et ſolem non multo poſt occaſum rediiſſe. Sed et ſenis utrumque menſibus fieri ex aliorum opinione adiectum eſſe, innuit Plinius 4, 30. f. 16. Totam illam narrationem de continua die et nocte fabuloſam, aut certe auctam eſſe contendit Euſtath. ad Dionyſ. v. 581. Ita vero in Scandinavia circa ſolſtitium aeſtivum per aliquot dies

etiam noctu clarissimam lucem cerni, diesque ibi multo maiores haberi, quam alibi, contra circa brumale solstitium, refert Iornandes de gestis Langobardorum 1, 5. et Tacitus in Germ. cap. 45. in. trans Suionas ad mare pigrum edurare scribit extremum cadentis iam solis fulgorem in ortus adeo clarum, ut sidera hebetet. TZSCHVCKE. Iuxta opiniones veterum non tantum obscurae erant noctes eorum, qui in extremo degerent septemtrione, verum etiam dies. Notum est, quemadmodum Homerus [Odyss. 11, 14 sqq.] regionem describat, tectam nebulis et perpetuis damnatam tenebris. Nec tamen negabant, semestrem apud illos esse diem, sed ut est apud Geminum, [c. 1.] adeo profundas nebulas locis istis incumbere existimabant, ut eas solis radii, oblique tantum incidentes, penetrare non possent. Verum nebulae istae merae sunt fabellae. Experientia comperi, et docet ipsa ratio, in septemtrione minus esse tenebrarum, atque sit in calidis et temperatis regionibus. Si quis sub polo vivere posset, is in perpetua luce versaretur. Numquam istic sol supra 23 gr. et min. 31. infra horizontem descendit. Verum et hinc multum auferendum, nimirum quatuor aut quinque minimum gradus, propter refractiones circa polum maximas, quod experientia constat. Hinc apparet, mera esse somnia, quae de semestri nocte dicuntur, cum sub polo nulla sit nox, sed aurora et dies perpetuus. At vero Indis et Aethiopibus, qui solem pedibus subiectum habent, illis utique obscurae sunt noctes et nulla propemodum crepuscula, unde colligitur, hos in maioribus tenebris vivere, atque boreales populos, qui perpetua propemodum luce fruuntur. VOSSIVS.

solstitium) Ita veteres simpliciter, cum posteriores adiiciant aestivum. Contra illi obponunt brumam, hi solstitium brumale. Vid. Salmas. ad Solin. cap. 25. f. 82. p. m. 175. et Gronov. ad Gellium 2, 22.

illud accidit, quando sol est in signo cancri, hoc, quando transit capricornum, uti notum.

§. 10. *Talg.)* Ptolemaeus 6, 9. Χαλκά, ubi Cod. Palatin. addit: καλουμένη Τάλκα. In Plinio 6, 19. f. 17. ex situ putatur esse *Tazata*. Si situm a Ptolemaeo indicatum spectes, prope orientem Caspii maris iacebat. Plures insulas, quarum tamen nomina non eduntur, cognoverat Strabo 11. p. 350. f. 509. auriferamque terram eas etiam habere ex fama addit.

fruge) Distinguit recte et ex usu. Illud de agrorum, hoc de arborum proventu, etsi promiscue utrumque, seperatim etiam positum dicitur. Cf. Broukhusi ad Tibull. 1, 1, 35. Heins. ad Ovid. Nuc. v. 19. et in primis Oudendorp. ad Iul. Caes. de B. G. 1, 28. Ita vero Cicero de off. 3, 2. in. *tota philosophia frugifera et fructuosa.*

diximus) Cf. 1, 2, 5. et 3, 5. extr.

CAP. VII.

OCEANUS EOUS ET INDIA.

§. 1. *Ab his)* Nempe oris Scythicis, quas proxime antea notaverat, et ultra Caspium sinum ponit, uti docet plane cap. 5. f. Et sic mare apertum esse credidit, ex quo ad orientem cursus flecti posset. Hoc voluit I. Gronovius, cuius nota haec est: „Non aliter, quasi supponeret, si non alios populos, certe illos, qui prope septemtrionem habitant, potuisse illic pernavigare, adeo ut, quum venerint ad clima Caspii maris, tunc, quia antehac tenuerant cursum versus septemtrionem, inflecterent versus orientem, quod sustinet facere auctor ex relatione de Indis per illa se, maria in Ger-

maniam delatis in fine cap. 5.“ IAC. GRONOVIVS *MS.* Nempe Mela connexum putabat Caſpium mare cum Oceano Scythico, (vid. 1, 2, 1.) ut Plin. 6, 15. ſ. 13. et alii, de quo ſuo loco, atque inde quia mare Scythicum pertinebat ad Eoum, illuc curſus ad orientem, quem mari facit Noſter, patebat. Ceterum Melam expreſſerunt Plinius 6, 20. ſ. 17. et Solinus cap. 50. ſ. 53. Ille: *A Caſpio mari Scythicoque Oceano* (quibus verbis clara lux adfunditur) *in Eoum curſus inflectitur, ad orientem converſa litorum fronte.* Hic: *Qua ab Scythico Oceano et mari Caſpio in Oceanum Eoum curſus inflectitur.* — Supra autem 3, 1, 9. terram toto latere a Celtico promontorio ad Scythicum usque converti ad ſeptemtriones dicebat. Quod ſi cum hoc loco comparas, in Scythico promontorio adſurgit, vel excedit longiſſime ille tractus, atque inde demum flexus incipit, qui declinat iterum ſenſim, dum ad orientem ſpectet terra, quem terminum Taurus facit promontorio inde ſe adtollens, ut rurſus ipſe tradit 1, 15, 2. Promontorium illud infra vocat *Tamun*, ſi lectio ſana eſt, alii *Imaum*. Sic vero deſcribit tractum inde a Scythico promontorio, qui adiacet mari Eoo, uti prolixius etiam expoſitum eſt in notis crit. p. 210 ſq. Ceterum orientale Aſiae latus, ubi mari Eoo adluitur, populosque eius primus accuratius Noſter deſcripſit.

invia) Ex nivibus cauſam adferunt Plin. et Solinus ll. cc. quam de Scythia Noſter ſupra cap. 5. in. poſuerat.

Androphagi) Qui nempe ſunt, quos Gellius 9, 4. dicit in libris antiquis, ſed mendaciorum plenis, dici corporibus hominum veſci ſolitos. IAC. GRONOVIVS *MS.* Recte huc pertinet Gellii locus iſte, quippe in Scythis penitiſſimis ſub ipſisque ſeptemtrionibus eos homines librorum coemtorum veterum fide comme-

morat. Describit ex Chresto et in Aethiopia prope Ichthyophagos ponit Io. Lydus de mensibus in Iulio cap. 31 Plin. 6, 20. s. 17. *Anthropophagi*, inquit, *Scythae insident, humanis corporibus vescentes*. Cf. Solinus cap. 50. Martian. lib. 6. p. 223. ed. Grotii et Palaephatus c. 4. Dionys. v. 1088. νοτίους Σκύθας habet ad Indum fl. Ceterum sic multi in America populi inculti et barbari. Vide Iselin Gesch. der Menschheit T. 1. pag. 222. ed. 5. et quos laudat.

Sacae) Gr. Σάκαι. Scythas ita omnino dictos fuisse monet Stephanus h. v. et a Persis Herod. 7, 64. ex quo alii repetierunt. Vid. Plin. 6, 19. s. 17. et ibi Harduinus quos laudat. Sic gentem Scythicam Asiae vocat Arrian. de exp. Alex. 3, 8, 5. Cf. Perizon. ad Aeliani V. H. 12, 38. Sedium ordinem tenet, inter Bactrios et Indos ponit. Strabo 11. pag. 352. s. 511. Daas inde a Caspio mari habitasse dicit, ulterius ad orientem Massagetas et Sacas, omnes Scythas. Postea de eorum excursionibus in alias regiones plura subiungit. Ad Iaxartem fl. ponit Dionys. v. 750. De eorum sedibus et terra peculiari descriptione exposuit Ptolemaeus 6, 13. ubi etiam in vicinia reperiuntur Massagetae; Dahae apud Plin. 6, 19. s. 17. Hyrcanis finitimos facit Xenoph. in Cyropaed. 5, 2, 25. Bactrianis Ammian. 23, 6. uterque non satis accurate ex aliorum indiciis, si quid de vago populo constitui potest. Cum Persis coniungit Mamertinus in Panegyr. in Genethl. Maximiani cap. 17. quamvis ulterius versus orientem et septemtrionem habitasse ex Nostro et superioribus intelligitur. D'Anville in antiquité geographique de l'Inde pag. 202. putat reperiri hodie nomen Sacarum in *Sakita*, qui tractus conterminus est iis, qui vocantur *Vash* et *Gil* ad *Oxum* s. *Gihon* versus septemtrionem, ubi antiqua Sogdiana, idque intelligi dicit ex Geographia Arabica *Edrisii*, adsentiente tabula illi adiuncta. Cf. idem in Memoires — de Paris

Tom. 58. p. 575. In his vero d'Anville ſequitur Ptolemaeum, qui, cum deinceps ſubiiciat Scythiam extra Imaum, aliquatenus tamen discrepat a Noſtro, cui inter Sacas et Taurum mons interiacet Tabis, qui cum mari immineat, licet falſo praedicetur, ad ſeptemtrionem tamen ſpectare debet. Colligi autem haec ex Mela poſſunt. Deſerta Scythiae ſunt, per quae ex Sogdianorum regionibus in Scythicum mare exeunt Iaxartes et Oxus. (3, 5, 6.) Oxus autem cum auctoribus aliis ex Caucaſo, Macedonum more et ſermone, fluat, Scytharum et ibi ſunt deſerta. Ultra eum ſunt Sacae, interiectisque vaſtis locis Tabis ſequitur, qui Plinio 6, 20. ſ. 17. eſt tantum *iugum mari incubans*. Ex quo vero videatur eſſe hodie *Tankier* in Tataria *libera*, in qua etiam ante illum montem ex Melae mente Sacae quaerendi h. videntur. Forte ad Tabin pertinet Comedorum montana regio apud Ptolem. 6, 13. ad quam adſcenditur a Sogdiana, quamvis ante Sacas poſitam video, et intervallum illud tolli. Sed ſic Ptolemaeus ſecus ac Noſter omnia hic nimis coartat et adducit, niſi quis ad *vaſta loca* Noſtri Scythiam Ptolemaei extra Imaum pertinere malit. Comedorum igitur montes hodie *Tibeticos* et *Caſchcaricas* partes Tauri putat Tieffenthaler Beſchreibung von Hindoſtan T. 1. (ed. Bernoulli) p. 10. Reges Sacarum et regiam Roxanacen commemorat Nicolaus Damaſc. pag. 30. ed. Orellii.

ſcatet) Reprehendit Verderius h. v. de quo cf. ad 1, 9, 3. p. 269.

vaſta —) *Kobi* deſertum, Sinis *Chamo*, Chinam verſus ſeptemtrionem cingens, et Tabin *Corea* pene inſulam putat Heeren de Romanorum notitia Indiae P. 1. p. 95. in commentat. — Goetting. Vol. 11.

Tabin) Uti iam dictum eſt, Plinius vocat *iugum mari incubans*. Quibus verbis male acceptis Solin.

cap. 15. f. 20. mare putavit esse Tabin. Omnes enim libri, adfirmante Salmasio, legunt: *usque ad mare, quod Tabin vocant.* VOSSIVS haec: Disputant inter se eruditi, utrum hic mons idem sit, atque promuntorium extremum Tauri, quod post *Tamum* vocat. Verum ipse Mela hanc litem dirimit, cum ait, longe ab hoc monte Taurum adtolli et inter Tabin montem et extremum Tauri promuntorium sitos esse Seras. Serum itaque limes a septemtrione Tabis mons, a meridie vero Imaus Tauri promuntorium. Deinde Vossius insigniter hallucinari contendit Salmasium, [vid. exerc. Plin. p. m. 700.] qui operose ostendere conetur, Tabin situm fuisse ad septemtrionalem Oceanum, non vero ad Eoum seu Sericum. Quod mihi contra Vossium videtur. Decepit Vossium *Colis*, quod promontorium supra recepit, et ad angulum Asiae extremum versus orientem ponit. Mela enim hanc facit progressionem notatis terminis: a Scythico promontorio ad mare, ubi Taurus adtollitur (vid. infra) in promontorio Tamo. Inde ab oriente procedit ad Colida demum, unde vergere incipit India ad meridiem. Hoc satis clare post verba Melae evincunt. Quodsi vero a Tamo Tauri parte Eous Oceanus demum incipit, Tabis, a quo ad Tamum Seres interiacent, non potest Eoum mare spectare, sed praecedens Scythicum, et Tabis, ut nomine, ita situ differt a Tamo. Veteres enim crediderunt, Scythicum Oceanum, conversa ad orientem fronte, continuari cum Eoo, atque inde excipi meridionalem, ut recte adfirmat Salmasius vel ipso Mela teste. Haec debet esse Melae sententia, utrum vera, nec ne, de hoc nunc non quaeritur, sed et ipsa facile, adhibitis nostris tabulis, decernitur.

Seres) A *Ser*, qui nominativus reperitur in Sidon. Apoll. 5, 43. *Ser vellera fert.* Falso enim in Lucano 1, 19. *Seres* singularem esse putaverunt Servius et Valerius Probus, ut docet ibi Oudendorp. Σῆρας in vetere

orbis deſcriptione (a Gothofredo ed.) in. ubi et de eorum inſtitutis et moribus. Alias Gr. Σῆρες vocantur. Stephanus h. v. vocat γένος Ἰνδικὸν, et Oroſius 3, 23. pag. 202. ed. Haverc. inter duos amnes Hydaſpem et Indum conſtitutos tradit. Strabo 15. p. 483. f. 702. diſſentire minime videtur, qui, dum ultra Hypanin regionem optimam eſſe praedicat, Serum ibi mentionem iniicit. *Hypanin* enim Strabo hic et ante p. 480. f. 697. vocat, ut alii, quos adfert Popma ad Curtium 9, 1. f. qui aliis dicitur *Hypaſis*, ut Plinio 6, 22. f. 20. Curtio c. l. vel *Hyphaſis*, ut Arriano de exp. Alex. 6, 14. et Indic. c. 4. vel Βίβασις Ptolem. 7, 1. ex adſpiratione male percepta, ut ante Βιδάσπης. Etſi enim Plinius 4, 26. f. 12. magno errore Hypanin in Aſiae parte a quibusdam prodi adfirmet, factum tamen eſſe videtur ex Alexandrinorum militum more, qui alia etiam huc ad Indiam transtulerunt, et ſequaces auctores facile habuerunt. Vid. Salmaſ. ad Solin. p. m. 556. qui p. 495. adeo credit, recentiores *Hypaſin* tantum dixiſſe. Conſtat autem ex Ptolemaeo c. l. magisque ex Arriani priori loco, Hypaſin in Aceſinem excurrere, et poſt cum Indo coniungi, et teſte poſteriori eam metam fuiſſe progreſſionibus Alexandri. Ita vero Strabo in India Seras etiam habet, nec minus alii, uti ex lana Serica apud noſtrum etiam intelligitur, qui modo ad Indiam, modo ad Scythiam Seras referunt. Vid. Berkelius ad Stephan. h. v. p. 666. Alii omnino in oriente ponunt prope Indos, ut Horat. 1. od. 12. 56. Brachmanibus, quos quidam circa Gangen habitaſſe ſcribunt, vicinos facit vetus orbis deſcriptio (Gothofr.) cap. 2. Diſtinguit autem Noſter Seras ſitu etiam a Scythis et Indis, non hic ſolum, progreſſionis curſu, ſed et diſerte 1, 2, 3. ubi, *Seres*, inquit, *media ferme Eoae partis incolunt, Indi et Scythae ultima.* Quod dum minus recte percenſerat Cellarius in N. O. A. 2, 24. f. reprehendit Melam, qui ſic dicere debuiſſet: *Seres ultima.* Mela vero ab utraque Serum parte ultima intellexit, uti

nexus facile docet. Sic ab Indis separant etiam posteriores, uti Vopiscus in Aureliano cap. 41. Ipsorum regio dicitur *Serica*, quam veterum solus et primus descripsit Ptolem. 6, 16. Qui in Iosepho antiqu. Iud. 1, 2, (3.) f. legunt γῆ Σηριάς, ubi nota Sethi columna exstitisse dicitur, referunt ad Sericam regionem, et sic 1, 6, (7) 4. veluti Reland in Palaestina 1, 53. et ad Ioseph. c. l. Sed dubium id faciunt et incertum librorum discrepantia doctorumque virorum sententiae, quod ex iis adparet, quae ad utrumque locum conlegit Hudson. De situ hodierno disputat ex aliis etiam d'Anville p. 200. c. l. tabulamque veterem et recentiorem comparavit, ex quibus discitur, non in ipsa China, sed prope, immo supra Chinam, excepta regione *Schen-si*, quaerendam esse Sericam Ptolemaei. Cf. etiam eiusdem recherches sur la Serique des anciens in Memoires — de Paris T. 32. p. 573 sqq. Σῆρα μητρόπολις commemoratur apud Ptolem. c. l. et a d'Anvillio h. creditur esse *Kan-tscheu*. At Klaproth (vid. Zach Monatliche Correspondenz P. 1. pag. 427.) putat, d'Anvillium deceptum falso cursu duorum fluviorum in Mercatoris tabulis ad Ptolemaeum, contra ac Graeca indicent, male conlocasse. Ipse ponit, ubi h. cernitur *Lan-tscheu*. Quae de Seribus memorabilia praedicant, quia Noster cum Indis commiscuit, suo loco exponemus. Immania eorum et Indorum corpora vitamque longaevam memorat Ctesias in fragmentis Indicis pag. 861. ad ed. Herod. Wesseling. Ceterum a Seribus *Sericus Oceanus* dicitur, qui est Scythicus, vel eius pars. Vid. Geogr. Ravenn. 5, 28. 29. —

genus) I. e. *gens*. Vid. 1, 16, 1.

ex commercio) Eadem et alii vario tradunt. Plin. 6, 20. s. 17. *Seres mites quidem, sed et ipsis feris persimiles coetum reliquorum mortalium fugiunt, com-*

mercia exſpectant. Quae verba, ſi ſenſum ſpectes, reddiderunt Solinus cap. 50. ſ. 53. Martian. Capella 6. p. 223. Amm. Marcellin. 23, 6. ubi plura de iis congeſſit. Repugnare quidem videtur Solinus, apud quem legitur: *reliquorum mortalium coetus refugiunt, adeo ut ceterarum gentium commercia abnuant.* Quod Salmaſium p. m. 695. impulit etiam, ut in Plinio legendum cenſeret *deſpectant*, renitente Harduino, qui putat, Solinum Plinii verba male detorſiſſe, Voſſio praeterea, qui Solinum commercium linguae reſpexiſſe exiſtimat, et Salmaſii emendationem Plinio indignam et frigidam iudicat. Ammianus Marcellinus c. l. diſerte, *nulla*, inquit, *ſermonum vice, propoſitarum rerum pretia ſolis oculis aeſtimantur.* Euſtath. ad Dionyſ. v. 752. dicit: ἀναγεάψαντες τὸ τίμημα σαπκίοις ὑποχωροῦσι — εἰ μὲν ἀρέσκονται, λαμβάνουσι τ. τιμὴν, εἰ δὲ μή γε, τὰ ἴδια; et poſt ſimile aliquid addicit fieri extra columnas Herculis, quod dictum eſt ex Herodoto 4, 196. Sic Maroccanos in Guineae finibus, ubi invicem conveniunt, negotiari mercibus commutandis ſine ſermone fere, teſtatur Hoeſt p. 279. Inde intelligitur, cur Plinius aliique mites et feris ſimiles faciant, propter hoſpites et advenas exclusos, ut explicat Voſſius et, qui ab eo ſua mutuatus eſt, Harduinus ad Plinium. Et ſic ἀπρόσμιγες ἀνθρώπους γένος adpellat Stephanus c. l. Iuſtiſſimos autem praedicat Noſter ſine dubitatione, ob fidem in vendendis mercibus certam. Ceterum μακροβιώτατοι etiam dicuntur, et qui ducentorum annorum vitam adtingant. Vid. Strabo 15. p. 483. ſ. 702. et inde Euſtath. ad Dionyſ. c. l. uti omnino longaeva vita Indis adſcribitur a Strabone paullo ante, Seribus autem longiſſima. Cf. nota ſuperior.

§. 2. *India.*] Sic et Graeci. Incolis *Hindoſtan* ſ. *Hinduſtan*, nobis *Indien*, quod nomen vulgo a fl. Indo derivant, renitentibus tamen aliis, veluti

d'Anville p. 3. et Tieffenthalero p. 11. (de utroque post,) quia *Indi* nomen incolis plane est incognitum, qui vocant *Sindh*. Ille etiam nomen gentile potius putat *India*, uterque a voce *Hind* ducunt. Quod etsi hodie verum puto, tamen, an ad vetus nomen accommodari possit, dubitare forte licet. Vid. Arrian. Indic. cap. 3. De situ postea ad Melae descriptionem peculiarem. Ambitum notavit Plin. 6, 21. f. 17. sic: *Quae pars orienti adversa recto praetenditur spatio ad flexum et initium Indici maris* XVIII. XXXV *M. P. colligit.* Deinde qua flectitur in meridiem XXVI. LXXV M. P. ut Eratosthenes tradit, usque ad Indum amnem, qui est ab occidente finis Indiae. Pluribus autem de eo disputat Strabo 15. p. 474. f. 689. ex variis auctoribus, quorum sententiae valde discrepant, quippe in incerta de India cognitione, quod et fabulae docent iactatae, quas explodit Strabo. Vid. Heeren de Graecorum de India notitia p. 153 sq. (in commentatt. — Goetting. Vol. 10.) ubi veterum narrationes de Indiae ambitu conlegit, eiusque figuram in Nostro falsam esse docet. Inde vero etiam auctores plurimi cognosci possunt, qui de India scripserunt. Recensuit eos Raderus ad Curtium 8, 9. in additis recentioribus. Pertinet huc catalogus scriptorum historiae Alex. M. prolixior, praefixus Curtii editioni Snakenburgii, in quo et multi reperiuntur de rebus Indicis. Equidem adhibui praeter alios etiam: d'Anville antiquité Geographique de l'Inde, Paris 1775. 4. Tieffenthaler Beschreibung von Hindustan, herausgegeben von Iohann Bernoulli, Berlin 1785. 8. Robertson Untersuchung über die Kenntnisse der Alten von Indien (Berlin 1792. 8.) consulto etiam Rennell memoir of a Map of Hindoostan — London 1783. 4. De Indorum origine, si quis coniecturas desiderat, legat Tieffenthaler. pag. 13 sqq. Latiori sensu, a posterioribus maxime auctoribus sumi Indiam de Libya, Aegypto, Aethiopia, Arabia, Palaestina, adstruere exemplis conatur Cuperus observ. 4, 7. Cf. et Freret sur la Cyropédie de

Xenophon in Memoires — de Paris T. 6. p. 354. (ed. Hag.) At, puto, vel negligentia, vel rerum vaga narratio, id peperit. Sic de gestis a Baccho rebus notatur, quas Arabiae alii, alii Indiae tribuunt.

non Eoo tantum) Plin. c. l. *non Eoo tantum mari adiacens, verum et meridiano, quod Indicum adpellavimus.* Strabo 15. in. πρώτη ἔκκειται πρὸς ταῖς ἀνατολαῖς μεγίστη, et Curt. 8. 9. in. *tota ferme spectat orientem.* Solinus cap. 52. s. 55. *ab Emodis montibus auspicatur India a meridiano mari porrecta ad Eo,* ut Martian. Capella lib. 6. p. 223. Et sic alii auctores. Ab occasu Indo terminant, quidam a septemtrione extremis Tauri partibus, ut Strabo 15. p. 474. s. 689. qui ab Ariana porrigit ad mare Eoum. Solinus c. l. a septemtrione ad montem Caucasum extendit, quae tamen verba, cum nec Plinius habeat, auctoribus libris, expunxit Salmasius. Plinius etiam 6, 21. s. 17. longitudinem a septemtrione ad meridiem definit. Si vero nostrum intuearis, ad septemtrionem ponit Scythas, Sacas et Seras, Indiamque ab Eoo mari exorditur. Igitur de septemtrione in Indiae terminis nihil, nisi verba: *et hinc Tauri iugis,* ubi paullo ante Strabo terminos a septemtrione faciebat, eo velis referre, i. e. a Seribus, ut 4 plagas sic indicentur, et septemtrionis partem aliquam notatam habeas. Tum vero supra cursum omnino ad orientem intellexit, in cuius ultimo termino et Indi sunt. Et spectat Tauri etiam pars ad septemtrionem, maxime unde Indus delabitur. Indicum autem Oceanum ab insula Taprobane, quae ad Eurum promontorio Calligico (aliis est Colis) subiacet, incipere dicit Orosius 1, 2. p. 12. ed. Haverc.

velificantibus) Quod licet sit incertum, propter varietatem ventorum, veteres tamen passim hanc rationem tenuerunt, ut inprimis patet ex Scylacis periplo. 1. GRONOVIUS *MS.* De verbo autem *velificare,* quod et

Lexica exemplis probant, vid. Salmaſ. in exerc. Plin. p. m. 781. Eumenius in Paneg. ad Conſtant. Caeſ. 14, 2. *velificationem* et *curſum* coniungit. Quae ad dierum numerum in terminando curſu faciunt, adtuli in not. crit. pag. 218.

dies noctesque) Utrumque in navigatione recte coniungunt. Sic *biduoque et noctibus tribus navigatione conſumtis* Iul. Caeſ. de B. C. 2, 23. Supra 2, 7, 6. *curſus diei totius abducta eſt*, ubi noctem complectitur.

abducta) I. e. ultra lineam coeli, ſub qua terrarum noſtrarum extremitates iacent, tantum procedens verſus meridiem. I. GRONOVIVS *MS.* 1.

neuter) Reſpectu urſarum maioris et minoris. Sed eſt error. Sunt enim illae conſpicuae omnibus, qui intra lineam aequinoctialem habitant, qualis eſt univerſa India continens. I. GRONOVIVS *MS.* Cf. quae de hac opinione disputat Strabo 2. pag. 53. ſ. 77. et ibi Penzel Vol. 1. p. 212. qui etiam negat, utramque urſam occidere ibi, quia minor iis occidere tantum poſſit, qui nondum 18 gradibus a linea ſint remoti, ad ſummum in meridionali India vetere dimidiam eius partem, quod cadit in oras *Malabar* et *Coromandel*. Arrianus in Ind. cap. 25. ubi idem a Nearcho traditum refert, quia idem in aliis locis eveniat, conſentaneum putat in Indis, qui meridianam partem habitant. Alii de Taprobane idem narrant. Plin. 6, 24. ſ. 22. *Septemtrio non cernitur.* Solin. cap. 53. uberius: *Neque ſeptemtriones illic conſpiciuntur, nec Vergiliae adparent. Lunam ab octava in ſextam decimam tantum ſupra terram vident* — quae reddidit iisdem fere verbis Martianus Capella lib. 6. p. 224. Quare legatos inde Romam profectos admiratos eſſe narrat Plinius c. l. ſeptemtriones Vergiliasque apud Romanos

veluti novo coelo. Cauſam adiicit Plinius ex ſolis diverſo ortu et occaſu, ubi vid. Harduinus.

umbrae) Id notat, quia veteres in diſtinguendis regionibus magnam habuerunt umbrarum rationem, ita ut inde ipſos populos adpellaverint. Vid. Plin. 6, 22. ſ. 19. 1. GRONOVIVS *MS.* De re ipſa diſputant et diſquirunt multi praeter Vadianum ad noſtrum locum. Vid. quos nominat Oudend. ad Lucan. 3, 248. et Palmerius in apologia pro Lucano p. 916.

formicas) Has in primis Nearcho et Megaſthene auctoribus deſcripſit Strabo 15. p. 485. ſ. 705. 706. pantheris ſimiles fuiſſe ſec. Nearchum, vulpibus magnitudine ſec. Megaſthenem. Plin. 11, 36. ſ. 31. colorem felium, magnitudinem Aegypti luporum tribuit. Arrianus Indic. cap. 15. ex Megaſthene etiam vulpibus maiores refert; ex quo recte a Mela notantur propter magnitudinem, nec repugnante nimis Herodoto 3, 102. Aurum autem effodere ait Strabo in regione Derdarum, qui montana loca ad orientem incolant. Eos Derbices eſſe exiſtimat ad c. l. Cl. Penzel Vol. 4. p. 2037. Cteſiamque advocat in ſubſidium, ex quo tamen non peti poteſt. Levi enim mutatione occurrunt *Dardae* apud Stephan. h. v. in India, uti ap. Plin. 6, 22. ſ. 18. qui *fertiliſſimos auri* dicit, et diſerte tradit 11, 36. ſ. 31. apud eos aurum ex cavernis terrae formicas egerere, quamvis ſecus ac Strabo in regione Indorum ſeptemtrionali locat. Quae ſubiungit Noſter de auri cuſtodia acerrima, alii etiam confirmant. Inde vero Propert. 3, 13, 5. *Inda cavis aurum mittit formica metallis.* Hinc χρυσωρύχους μύρμηκας vocat Strabo 15. p. 483. ſ. 702. Explodit de formicis et gryphis Arrian. de exp. Alex. M. 5, 4. Aurum autem illud adpellant μυρμηκίαν. Vid. Heliodor. in Aethiop. 10, 26. ſ. p. 495. ed. Bourdel. et quos ibi laudat, Philoſtrat. in vita Apoll. 6, 1, 5. et ibi Olearius. Eſt in Codice chartaceo bibliothecae Miſnenſis urbicae epiſtola presbyteri

Iohannis de miraculis Indiae inde missa, ubi haec: *In quadam provincia nostra sunt formicae in magnitudine catulorum, habentes 7 pedes et alas 4. — Istae formicae ab occasu solis ad ortum morantur sub terra et fodiunt purissimum aurum tota nocte — quaerunt victum suum tota die. — In nocte autem veniunt homines de vicinis civitatibus ad colligendum ipsum aurum, et imponunt elephantibus. — Quando formicae sunt supra terram, nullus ibi audet accedere, propter crudelitatem et ferocitatem ipsarum.* Strabo aliter. Ex recentioribus, qui de Hindostan scripserunt, nemo commemorat, at Arabici scriptores Herodoti verbis iisdem. Cf. notices et extraits des Manuscrits de la bibl. du Roi T. 2. p. 420. Sic Larcher ad Herodot. c. l. notat ex Thuano, qui duxisse videtur ex Busbequii ep. 4. (cf. Colomesius in opusc. cap. 14.) legatum Persicum Turcorum imperatori 1559. formicam Indicam canis mediocris magnitudine dono adtulisse. IAC. GRONOVIVS *MS.* haec adnotaverat: „Haud dubie non debet simpliciter adspici vox formica tamquam animalculum apud nos ita dictum, sed vel Graeci, vel ipsi Indi ab similitudine corporis, vel actionum tale nomen illis imposuerunt.“ Formicas aliquanto maiores, quam nostrae sint, ibi reperiri, constat, et hinc Graeco more res auctas non solum, sed et pigmentis adsperta est. Strabo 16. p. 533. f. 774. prope Diram leones memorat, qui formicae fuerint dicti. Indiam vero auriferam quaerunt hodie, ut Rennel, Vincent, in *Paniab.*

canibus) Ut omnino, notante Herodoto 3, 106. et aliis, in India animalia aliquantum maiora fuerunt, quam alibi, sic canes. Cf. Plin. 7, 2. ubi grandiores ceteris narrantur. Pugnam cum leone notant auctores, ut Plin. 8, 62. f. 40. Aelian. H. An. 4, 8. 1. Curtius 9, 1, 31. ubi vid. Raderus et Freinshemius, Strabo 15. p. 481. f. 700. Themistius ap. Eustath. ad Homer. Il. 2, 231. p. 158. Bas. De *Gryphis* vid. ad 2, 1, 1. p. 4.

ſerpentes.) Idem narrat Aelian. V. H. 6, 21. draconum in India cum elephantis maximam eſſe diſcordiam. Τῷ τραχήλῳ, inquit, περιερπύσας — ἀπάγχει τὸ θηρίον, et de draconibus in Aethiopia idem 2, 21. in. Cf. et Strabo 17. p. 565. ſ. 822. qui, cum nomine proprio careant, ab ipſis Φονεῖς ἐλεφάντων vocantur. Plin. 8, 11. *dracones tantae magnitudinis, vt circumplexu facili* (elephantos) *ambiant, nexusque nodi praeſtringant.* Pugnam cum elephanto deſcribit prolixe Philes carm. 8, 247 ſqq. (ed. Wernedorf. pag. 284.) *Draco* autem et *ſerpens* promiſcue ponuntur, ut in Martio illo, qui Dircen fontem cuſtodiebat. In Euripidis Phoen. 661. eſt δράκων Ἄρεος. Et ſic Palaephatus 6, 1. et alii draconem habent. Ovidio Met. 3, 32. eſt *Martius anguis*, poſt v. 138. *ſerpens*. Sic utrumque dicitur de cuſtode malorum Heſperidum. Vid. Fiſcher. in indice Palaephati v. δράκων. *Immanis* autem noſter mox explicat verbis *morſu* et *ambitu*. Ceterum paſſim, veluti apud Strabonem ſerpentium immanium fit mentio, qui animalia magna deglutiant, vel, ut 16. p. 533. ſ. 775. elephantos χειροῦνται. Sic prope Gargara eſſe, qui cervos ambitu — conficiant, narrat Schol. Villeiſ. ad Il. 8, 47. De Indicorum autem magnitudine Strabo 15. pag. 483. ſ. 703. Arrian. Indic. c. 15. Curtius 9, 1, 4. et alii. Vid. quos ad Curtium c. l. laudant Raderus et Freinshemius. Quatuor cubitorum longos dicit Aelian. de N. An. 16, 42. ex Cteſia. Immaniſſimum autem Indiae ſerpentem, quem Baccho ſacrum incolae victimis oblatis etiam coluerunt Alex. M. adventu commemorat Max. Tyrius diſſ. 8. (38) 6. De tigri id tradit Arrian. in Indicis cap. 15. ex Nearcho, quae facile inſiliens elephantum ſuffocet.

lanas) Multi narrant, ſed fere Seribus adſcribunt eorumque regioni. Sic Plin. 6, 20. ſ. 17. *Seres lanicio ſilvarum nobiles.* Virg. Georg. 2, 121. *Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres.* Avien. in Perieg. v. 936. *Velleraque*

per silvas Seres nemoribus carpunt. Testatur idem Martian. Capella lib. 6. p. 223. Vid. Gerda ad Virg. c. l. et Salmasius in exerc. Plin. p. m. 701. ubi plura adferuntur. Cf. infra §. 3. Hinc *silvae sublucidae* Ammian. Marcell. 23, 6. p. m. 294. *lanigerae arbores* Plin. 12, 21. f. 10. Lanas autem εἴρια vocat Herod. 3, 106. ut alii, quorum loca discutuntur ex Salmasii enarratione. Ad Indiam autem refert Herodotus, et sic Plin. 12, 22. f. 11. *Indos suae arbores vestiunt.* In notis I. Gronovii MS. haec erant: „Ad has res alludit Prudentius in Hamartigenia v. 287. *Eoo ex orbe repetitis ramorum spoliis fluitantes sumere amictus gaudent.* Nam fluitantes amictus sunt *serici*, unde, quod auctor dicit *lanas*, exprimit ex inopia Latini sermonis, quam de Serico debeat intelligi, cuius fruſta dicebantur Graece τολύπαι, prout usurpat Arrian. in Indicis." [cap. 7.] Pertinent forte haec ad telam bombycis, *Serem* Graecos adpellare dicit Pausan. 6. f. apud ipsos Seras vero longe alio nomine, quod non adfert. Vid. de eo vermiculo, quae habet Plinius 11, 26. f. 22. et quae ex veterum locis ibi adtulerunt viri docti, Kuhn. ad Pausan. c. l. et Salmas. ad Tertullian. de pallio p. 229 sq. Hinc apud Heliodor. in Aethiop. 10, 26. f. pag. 494. ed. Bourdel. Sesum legati in muneribus adtuliſſe etiam dicuntur τῶν παρ' αὐτοῖς ἀραχνίων νήματα καὶ ὑφάσματα. Nempe duplicis generis erat apud Seras lana, byſſus alia, alia sericum. Cf. Mahudel sur la soie, in Memoires — de Paris Tom. 5. et Brotier T. 46. De bombyce, quae foliis mori alitur, et sericum subministrat, uti adfirmat Isidor. 19, 27. de eiusque filis vid. Philes carm. 9. pag. 301 sq. (Wernsdorf.) De byſſo, quam cum lino multi confundunt, multa dabit Larcher ad Herodot. 2, 86. Hinc de Guignes in Memoires — de Paris T. 35. p. 556. putat, Seras in China ponendos, ubi inventa est ex aperto commercio. Strabo 15. p. 477. f. 694. ἐριφόρα δένδρα de iis explicat, quae cotonea mala ferunt lanis repleta, qualis etiam deſcripſit Plin. 12, 21. f. 10. Tales

in India arbores, ubi byssus nascatur, describit Philostrat. in Apollon. 2, 20. et populo similes, foliis salici dicit. Alias in Arabia vidit Belon. (vid. observ. p. 125.) quarum lanam bombycinis filis subtiliorem dicit, ex qua Arabes vestes conficiant.

internodia) Partes inter duos articulos, quae in arundine nodis solent distingui. 1. GRONOVIVS *MS.* 1. In tali genere fruticum nodi dicuntur, quum *articuli* sint de viventibus, et tamen dicit I. Caes. de B. G. 6, 27. *Alces crura sine nodis articulisque habent.* (γόνατα ἄναρθροι Metaphrastes.) 1. GRONOVIVS *MS.* 2. Sic et Ovid. Metam. 6, 256. *mollia nervosus facit internodia poples.* De ipsa re sic Plin. 7, 2. *arundines tantae proceritatis* (in India), *ut singula internodia alveo navigabili ternos interdum homines ferant.* Cf. idem 16, 65. s. 36. Herodotus 3, 98. καλάμου ἓν γόνυ πλοῖον ἕκαστον ποιέεται. Tzetzes chil. 7, 742. ex Ctesia: τὸ ἓν γονάτιον δύο ποιεῖν ὁλκάδας. Solinus c. 52. s. 55. *arundo ita crassa, ut fissis internodiis lembi vice vectitet navigantes.* Boccatii locus post. Magnitudinem et ambitum arundinis Indicae varii celebrant, Pliniusque 16, 65. s. 36. circa Acesinem maxime nasci dicit, ubi omnino maximas arbores exsistere tradit Strabo 15. pag. 477. s. 694. Aristobulo auctore. Multa etiam conlegit Salmas. in exerc. Plin. p. m. 715. Videtur esse arundo illa Indica, *Bambus*, qua etiam hodie in exstruendis domibus, alveis, lintribus utuntur Indi. Vid. Osbeck Reise nach Ostindien — (v. Georgi) pag. 266. et quae conlecta dedit Krünitz in Encyklopädie Tom. 3. pag. 487 sqq. Sic in Aethiopia prope Astaboram fl. πορθμεῖα ἐκ καλάμου facta narrat Heliodor. in Aethiop. 10, 4. p. 460. Bourdel. eaque celerrima dicit, nec plures, quam duos vel tres homines vehere. Tum pergit: κάλαμος γάρ ἐστι δίχα τετμημένος καὶ τομὴν ἑκάστην σκάφιον παρεχόμενος; tales calamos in Meroe insula crescere. Ita ex papyro naves texi adfirmat Plinius 13,

12. f. 11. cum aliis, quos ibi produxit Harduinus. Idem hodie in Abyſſinia fieri narrat Bruce.

navia) Sunt μονόξυλα, πλοῖα, uti vocant Polyb. 3, 42, 2. Hippocr. de aer. cap. 8. Cf. Livius 21, 26. f. Talia πλοιάρια μονόξυλα in inſula Arabici ſinus commemorat Arrianus in periplo maris Erythr. p. 10. Hudſ. οἱ χρῶνται πρὸς ἁλίαν καὶ ἄγραν ἰχθύων. *Almadie* hodie vocari notat ibi Stuckius pag. 32. ex Odoardo Barboſa in deſcr. Angos, urbis Aethiopiae. Heliodorus 1. pag. 57. ita deſcribit: λιμναῖα σκάφη ἀπὸ μόνου ξύλου καὶ πρέμνου παχέος ἑνὸς ἀγροικότερον κοιλαινόμενα. Cetrum hunc locum adhibito Plinio Boctatus de flum. f. v. Aceſinus ſic reddidit: *Cinea eum ferunt arundines tantae magnitudinis atque groſſitiei, ut ſingula earum internodia incolis praeſtentur navigia.*

§. 3. *Lino —)* Arrian. in Indic. c. 15. ex Nearcho haec refert de veſtitu: Ἐσθῆτι λινέῃ χρέονται — λίνου τοῦ ἀπὸ τῶν δενδρέων. Linum autem candidiſſimum fuiſſe adiungit. Multa diſputat de hoc Melae loco Salmaſ. ad Solin. p. m. 701 ſq. eumque male retuliſſe putat de lino cumque lana miſcuiſſe deceptum forte auctoris Graeci his verbis: Ἰνδοὶ ἐρίῳ χρῶνται, ἤ λίνῳ, qui ſic linum eſſe ex arboribus innuiſſet. Et omnino lana ad linum illud utroque ſenſu, ut dictum eſt, pertinere videtur propter Arriani aliorumque teſtimonium. Poſſis tamen Melam tueri ex Curtio 8, 9, 15. ubi: *terra lini ferax, unde plerisque ſunt veſtes.* Diſerte Strabo 15. p. 477. f. 693. in Indiae arboribus lanam inuiaſci ſcribit, unde Nearchi teſte ſindones conficiantur, ſ. etiam, quae ſerica vocentur. De ſerico et bombycina pluribus diſſerit Cagnatus var. obſervatt. 4, 11. Cf. ſupra. Ornatum veſtium notavit idem Curtius 9, 1, 29. Cf. Strabo 15. p. 488. f. 709.

avium ferarumque) Addit Arrian. in Indicis cap. 24. f. *piſcium.* Libros arborum habet Herod. 3, 98.

quidem haec eſt ἐσθὴς Φλοίνη Herodoti, de quo audi diaputantem Salmaſ. ad Solin. p. m. 702. Ipſe Solinus cap. 55. f. 52. narrat, plurimos flexibilibus et libris circumdatos fuiſſe.

proceri) Adludit ad hiſtoriam Bori, reguli Indorum, quem ab Alexandro devictum ſcribunt fuiſſe 5 cubitis ampliorem. IAC. GRONOVIVS *MS.* Ita quidem Arrian. de exped. Alex. 5, 19. ſed Plutarchus in Alex. M. cap. 60. plerosque ſcriptores conſentire dicit, 4 cubitos palmo tantum exceſſiſſe. Vid. Freinshem. ad Curt. 8, 14, 13. *quod quemque humanae magnitudinis propemodum excesserat formam.* Euſtath. ad Dionyſ. v. 1107. ὑπὲρ πενταπήχυν dicit, cum multi ibi fuerint εὐμεγέθεις καὶ πενταπήχεις, ἢ ὀλίγον ἀποδέοντες, quod propius ad Melam facit, qui de pluribus loquitur, nec unum reſpicere poteſt Porum. Et ſic Arrianus Indicor. cap. 17. in. Ἰνδοὶ τὰ σώματα ἰσχνοί εἰσιν καὶ εὐμήκεες.

et ibi maximis) Ad oppoſitionem Africanarum, quae non ita magnas fuiſſe teſtatur [diſerte] Liv. 37, 39. f. 3. GRONOVIVS *MS.* Cf. Polyb. 5, 84. Strabo 15. p. 485. f. 795. Plin. 8, 11. Curt. 8, 9, 17. ubi alios laudat praeterea Raderus. De iis multa Arrianus, Strabo, Plinius et alii. Omnino autem de Indicis etiam conſulendus eſt Buffon. Natur-Geſchichte der vierfüſsigen Thiere durch Otto, Berlin, B. 8. pag. 114 ſqq. In Europa autem primum innotuerunt ex Alexandri M. rebus in India geſtis devictoque Poro, quod et notavit Pauſanias 1, 12. quare apud Homerum nondum reperiuntur. Quod in noſtro ſequitur, ſic expreſſit Priſcianus in periegeſi Lat. Dionyſii v. 1107. *Hic alii ſuperant procero corpore tantum, Inſiliunt equitum faciles, ut mare elephantos.* Solin. c. l. *adeo proceri quidam, ut elephantos velut equos facillima inſultatione tranſiliant.* Atque inde Melam explicat etiam Cuperus de elephantis exercit. 1. cap. 1. T. 3. in Salengre theſ. antiquit. Rom. p. 20.

habilitet) Vid. de h. voce ad II. 1, 5, 2. p. 253.

occidere — veſci) Herodot. 3, 100. οὔτε κτείνουσι οὐδὲν ἔμψυχον. Solin. c. l. *plurimis placet, neque animal occidere, neque veſci carnibus.* Porphyrius de abſtin. animal. 4, 17. de Brachmanibus, Indorum philoſophis: φίγειν ἐμψύχου τροφῆς ἴσον καὶ τῇ ἐσχάτῃ ἀκαθαρσίᾳ τε καὶ ἀσεβείᾳ νενόμισται. Eam abſtinentiam iisdem tribuit etiam Strabo 15. p. 490. ſ. 712. Adiecta hac moderatione ita Arrian. in Indic. cap. 17. σιτοφάγοι δὲ καὶ ἀροτῆρες Ἰνδοί εἰσιν, ὅσοι γε μὴ ὄρειοι αὐτῶν· οὗτοι δὲ καὶ τὰ θήρεια κρέα σιτέονται. Sic Niebuhr in Reiſebeſchr. nach Arabien Vol. 2. p. 23. adfirmat, Baniānes et Bramanes nulla carne animantium veſci, contra Raſbutes ovilla. Cf. quae de aliis populis conlegit Penzel ad Strabon. T. 4. p. 2043. Sed ex ſuperioribus *quidam* apud Noſtrum qui ſint, intelligitur.

piſces) Dicti Ichthyophagi, quales in pluribus locis memorantur, v. c. iuxta Elephantinen, (Herodot. 3, 20.) Carmaniam, (Strabo 15. pag. 495. ſ. 720. Agatharchides de rubro mari cap. 12. p. 27. Hudſ.) ſed et apud Indos. (Philoſtrat. in vita Apoll. 3, 55. Plin. 6, 25. ſ. 23.) Plura dabunt Buffon allgem. Natur-Geſch. T. 6. p. 149. et Ifelin Geſch. der Menſchheit p. 170 ſq.

Quidam proximos —) Strabo 11. pag. 358. ſ. 520. οἱ ἄγχιστα γένους de Derbicibus; Valer. Max. 7, 8, 4. *proximi ſanguine.* Hauſit autem Noſter hanc narrationem ex Herodoto 3, 99. etſi invertit. Ille enim de parentibus nihil, ſed omnino de viris et mulieribus, quos interficiant οἱ μάλιστα οἱ ὁμιλέοντες, vel αἱ ἐπιχρεώμεναι μάλιστα. Melam autem ad verbum reddidit Solin. cap. 52. ſ. 55. Eundem Derbicibus fuiſſe morem ſupra notavi ad 3, 5, 4. et de aliis populis alii commemorant, ut de Hibernis Strabo 4. p. 141. ſ. 204. de Padaeis Herodotus 3, 99. de Erulis Procop. de B. Goth. 2, 14. et

ſic de aliis alii. Vid. Perizon. ad Aelian. V. H. 4, 1. f. Sextus Empiricus adverſ. mathem. 3, 24. p. 179. et ibi Fabricius, Pelloutier hiſt. des Celtes liv. 2. c. 2. et 11. Iſelin Geſch. der Menſchheit p. 207. Alii tamen raptos tantum occiderunt, non comederunt.

in maciem eant) Herod. 3, 99. τηκόμενον τῇ νούσῳ, qui hic omnino conferendus eſt. Eleganter autem *in maciem ire*, de quo vid. Salmaſ. in Solinum p. m. 706. Similem verbi *ire* uſum multis exemplis inluſtrat Cannegieter. ad Avieni fab. 14, 10. Notanda autem hic eſt porro vis verbi *aegritudo*, quod ad corpus transfertur, uſu apud bonos illos ſcriptores haud cognito, ſaltem rariſſimo, etſi *aeger* ad corpus referatur, falſoque Donatus ad Terent. Andr. 1, 2, 22. ubi *animus aegrotus* dicitur, *animum aegrum, corpus aegrotum* dici notet, quod vel Lexicorum exempla refutant. Cf. Duker. ad Flor. 4, 7, 10. Eadem exempla ſuggerunt ex argenteae aetatis ſcriptoribus certiſſima, ut theſ. Geſneri, in quo addi poteſt hoc ex Mela. Et ſic Dictys Cretenſ. 2, 30. *peſtifera aegritudo.* Quod ex Curtio 3, 5, 10. adfertur, anceps eſſe, discrepantes Codicum lectiones et Raderi Freinshemiique disputationes evincunt. Hic omnem dubitationem eximit ipſa Melae explicatio ſubiecta: *ſenectus, aut morbus.*

nihil anxii —) Nempe propter pericula a feris, quae deterrerent alios homines, ſed illi propter hoc ipſum ſe eo conferunt, ut offerant ſe ad mortem. IAC. GRONOVIUS *MS.* Eadem vero tradunt Herodotus 3, 100, qui eſt copioſior, Solin. cap. 52. f. 55. qui ad verbum paene Melam transtulit. De Seribus idem tradit vetus orbis deſcriptio (ed. Gothofr.) c. 1. τιθεὶς ἑαυτὸν ἐκεῖ προσδοκᾷ ἀναπνεύσειν τ. ψυχήν. De Ceis Heraclides Ponticus de politiis Gr. h. v. Forte ſunt ὑλόβιοι Strabonis 15. p. 490. f. 715. Sed ita tantum nonnulli. Fuerunt etiam apud

Indos medici, de quibus Strabo c. l. et Arrian. Indica cap. 15.

ingerendo —) Adludit ad historiam Calani Brachmanis apud Arrian. de exped. Alex. 7, 3. 1. enoe novive *MS.* Cf. Diod. Sic. 17, 107. Strabo 15. in. et p. 493. f. 717. Plutarch. in Alex. M. cap. 69. Aelian. V. H. 5, 6. Cic. de divin. 1, 23. prolixe Valer. Max. 1, 8. ext. 10. et 3, 3. ext. 6. Alium, in cuius tamen nomine variatur, commemoravit cum aliis Strabo 15. pag. 495. f. 720. quamquam, cum in Graeciam migrasset Athenis id fecit. Neque tamen, Calanum in primis Melam respicere, admittit notatio eiusdem de morte voluntaria apud Indos sententiae. Vid. quos laudat Wesseling. ad Diodor. Sic. c. l. Hodie, ut adfirmat Niebuhr in Reise beschr. nach Arabien pag. 50. cremantur nobiles, alii in Gangem mortuos iaciunt, vel vulturibus devorandos exponunt.

§. 4. *Nysa)* De scriptura in litera *s* dicenda est in not. crit. p. 229. Inde ducitur *Nysaeus*, ut χώρα Νυσαία. Alia dat Stephanus. Plures Nysas recenset Eustathius ad Dionys. v. 1153. et aucto numero Stephanus, Cellarius suis locis. Ex iis, quae in primis ad Bacchi natales et res gestas referuntur, notatur Nysa iuxta Aegyptum varie designata, ut σχεδὸν Αἰγύπτοιο ῥοάων, (Diodorus 1, 15. ex poeta, Schol. Apollon. ad 2, 1218. ex Herodoro) κατ' Αἴγυπτον, (Diodor. 3, 19.) μεταξὺ Φοινίκης καὶ Νείλου, (idem 4, 2.) ὑπὲρ Αἰθιοπίας. (Aristides T. 1. p. 29. ed. Iebb.) At ipsi Aethiopiae tribuit Herodotus 2, 146. et Arabiae Diodorus 1, 15. 3, 63. 64. quia, ut existimat Cuperus in observatt. 4, 7. pag. 417. Lips. Arabiam vocari Indiam vel nescirent, vel de India vera intelligerent. Plerique norunt et commemorant Indiae Nysam, quam inter Cophena et Indum fl. ponit Arrian. de exped. Alex. Lib. 5. in. sub radicibus Meri-

montis Curt. 8, 14, 12. Strabo 15, pag. 472. f. 687. Arrian. in Indic. c. 1. Ex Plinio autem 6, 23. f. 21. elucet, aliquos ad Indiam ideo non retuliſſe, quia ad Cophenem fl. fuit ſita, quem facit Indiae terminum. Diſerte etiam negat Arrian. in Ind. c. l. Nyſaeos Indicam gentem fuiſſe, ſed ex Indis originem tantum traxiſſe. Pandaeorum genti dat Solin. c. 52. f. 55. quocum conſentit Martianus 6. p. 224. Pandaei autem iuxta Sogdianos habitarunt, vel iis adeo adſcribuntur a Salmaſio ad Solin. p. m. 700. ubi plura conlegit de Pandaeis. Ptolemaeo, quod addi poſſit, ſunt *Pandoi* f. *Pandovi* in cod. Palat. et prope Hydaſpen. Cum apud eundem urbs *Nagara* etiam Dionyſiopolis dicatur, vel eadem eſt, quae Nyſa, vel non procul inde diſita, et h. videtur eſſe *Nagar*, quam et Geographi Turcorum in eodem tractu oſtendunt, ut docet d'Anville p. 10 ſqq. c. l. in quo tamen renititur Mannert in Geogr. T. 5. p. 38. In Geographia Indiae, quae Tamulica lingua ſcripta eſt, et a Bayero in hiſt. regni Bactr. pag. 4. ſq. adlegatur, mentio fit urbis *Niſada-buram*, quae ſita erat ad radices montis *Meru*, in quo facile *Meron* agnoſcas. A Graecis, (nam illud Perſicum) τὸ *pur* omiſſum et hinc *Nyſa* remanſiſſe videtur, uti idem exiſtimat Pinkenthaler pag. 11. arcem urbis *Kandhar* eſſe putat ad eundem montem, quod tamen dubium facit Nyſae ſitus inter Cophenem et Indum apud Arrian. de exp. lib. 5. in. Inclaruit autem priſca haec urbs conditore ſuo Bacobo, quem et iactant incolae apud Arrianum et Curtium. Et ſic tradunt alii auctores cum iis, quos iam indicavi, veluti Plin. 6, 23. f. 21. Iſidor. orig. 15, 1. Euſtath. ad Dionyſ. v. 1159. — Vid. Popma et Freinshem. ad Curt. c. l. Atque id factum eſſe a Baccho in expeditione Indica, Indis domitis, narrant, de qua expeditione longam fabulam compoſuit Nonnus, quam explodit Strabo c. l. Aucta terrae cognitione eo prolatam putat Voſſius, (Mythol. Briefe T. 1. p. 262.) contra Boettigerus (Gr. Vaſen-Gemälde alicubi) inverſo ordine narratam a Graecis eſſe, quia

Bacchus in India natus, et inde egreſſus fuerit. Remanſit tamen inde memoria apud poetas in Bacchi attributis, etſi Diodorus Siculus 1, 19. forte quia Oſirin eundem, quem Bacchum, putaret, ut ex comparatione rerum intelligitur, et Herod. 2, 42. diſerte ait, Oſiridi urbis Nyſae originem tribuit. Nomen Nyſa tulit auctore Acuphi apud Arrian. de exped. Alex. M. 5, 1. a nutrice Bacchi. Inde vero Bacchum Διόνυσον adpellatum notat Diod. Sic. 3, 63. Montem etiam prope Nyſam eodem, quo urbe, nomine antea vocitatum tradit Arrianus in Ind. in. Cf. Plin. 8, 60. ſ. 39. ubi diſerte in *Nyſa monte*, quod quidam ſollicitarunt.

clariſſima) Non aliam ob cauſam, niſi quod per expeditionem Alexandri ſumta fuit occaſio fingendi, unde celebrata fuit in Graecis fabulis, quum, quantae fuerint reliquae Indorum urbes, non modo non ſcivit auctor, ſed nemo unquam, nec Graecus, nec Romanus. IACOBVS GRONOVIVS *MS.*

Meros) Ad urbem Nyſam, ut ſupra dictum eſt, quem et adferunt laudati fere auctores. Curtius c. l. adfirmat, ita ab incolis vocari, de quo Clericus in indicia de Curtio cap. 6. §. 4. Translata ea nomina Graeca ſunt eo a Macedonibus, vel ad analogiam Graecam inflexa et ad fabulae detorſa. Acuphis apud Arrian. de exped. Alex. M. 5, 1. ſ. ab ipſo Baccho nomen impoſitum dicit, quia in femore Jovis ſuccreverit. Cf. Indicor. in. Multos de hoc monte et hac eius adpellatione laudat Olearius ad Philoſtrat. vitam Apollonii 2, 9. Hedera lauroque refertum deprehendiſſe Macedonas, narrat idem priori loco cap. 2, et Curtius c. l. quod mirum viſum eſt, cum hedera alibi non creſcat in India, teſte etiam Plinio 16, 62. ſ. 34. H. *Meru*, ut ſupra dictum. Sequentia ſic expreſſit Boccatius de montibus h. v. *Meros mons Indiae Jovi ſacer, cuius in ſpecu incolae Liberum patrem fuiſſe nutri-*

tum arbitrantur. Et sic Solinus fere cap. 52. f. 55. Vid. Theophr. in hist. plant. 4, 4. m. Pensel autem ad Strabonem Vol. 4. pag. 2019. nec urbem, nec montem unquam in India fuisse putat, sed a Macedonibus omnia efficta, de quo supra, interim h. esse *Meruwa* vel *Maga-Meron.*

femori — insuitum) Res nota, sed varie expressa. Herodotus 2, 146. quem repetit, levi facta mutatione, Eustath. ad Dionys. v. 1159. ἐς τὸν μηρὸν ἐνεῤῥάφατο. Aristides T. 1. p. 29. ῥάψασθαι habet et ῥάμμα; Agatharchides de mari rubro cap. 4. p. 10. Hudf. καταῤῥάπτω; Apollodor. 3, 4, 3. ἐνῤάπτω; Orpheus hymn. 47, 3. ἐγκαταῤάπτω. Et sic alii modo simplici, modo composito utuntur. Cf. Wesseling ad Herodot. c. l. et Diodor. 3, 63. Muncker. et Staveren. ad Fulgentii mythol. 2, 14. Sic ex Latinis Ovid. Metam. 3, 312. *patrioque tener — insuitur femori.* Hinc in Graecis vocatus Bacchus εἰραφιώτης, (Dionys. v. 576.) vel μηροῤῥαφής; de quibus cf. Rhoer ad Porphyr. de abstin. 3, 17. et quos laudant Barnes. ad Euripid. Bacch. v. 286. et Lennep ad Coluth. 3, 2. Alii aliis verbis utuntur, vel alio modo et forma rem indicant. Sic Diodor. Sic. 3, 64. ponit ἐγκρύψαι; Palaephatus apud Malalam in Chronogr. p. 17. Ven. Ζεὺς τὸν λοιπὸν χρόνον τῆς μητρικῆς αὐτοῦ γαστρὸς ἐν τῷ ἰδίῳ κόλπῳ ἐφύλαξε; Plin. 6, 23. f. 21. *Iovis femine editus;* Martian. Cap. 6. pag. 224. *Iovis femine procreatus;* Solin. cap. 52. f. 55. *femine natus.* Ita nempe inter *femur* et *femen* variant auctores. Cf. Freinshem. ad Curt. c. l. Iustin. 1, 9, 8. Ampel. cap. 30, et quae notant Muncker. et Staveren. ad Hygini poet. astron. 3, 5. Hinc vero Meron montem nomen traxisse refert Arrian. de exped. Alex. M. 5, 1. f. Ceterum fabula satis est decantata. Vid. Heyne ad Apollodor. 3, 4, 3. Explicat autem eam erudite ex Phoenicum lingua Clericus in Hesiodi Theogon. v. 940.

ingeſſit) Suavitas ingenioſe comminiſcendi ex ſimilitudine vocis, quae aliud apud Indos notavit, aliud apud Graecos. IAC. GRONOVIVS *MS.*

§. 5. *Indo ad Gangen)* De iis vid. poſt.

Palibothri) De ſcriptura inſerto *m* poſt *i* et *th* pro *t* vid. not. crit. pag. 232. Stephanus omnino habet urbem Indicam huius nominis, unde format Παλιμβροτηνός. Palibothri, ut Noſter, etiam alii, eadem forma, qua *Bactri, Gandari.* Mela ponit inter Indum et Gangen, ut Plin. 6, 22. ſ. 19. ex nexu, ut recte iudicat Harduinus, qui in ſequ. per illorum regionem *Iomanem* (hodie Diſchumna ſ. Zemna) in Gangen currere dicit. Hic videtur Harduino eſſe Arriani in Ind. c. 4. *Omalis*, ubi legitur καὶ Ὥμαλιν. D'Anville vero pag. 54. quoniam id diſerte adfirmet Arrian. in Indic. cap. 10. *Erannoboran* eſſe exiſtimat h. *Jemné.* (Cf. Mannert Geographie T. 5. pag. 90.) Ptolemaeus 7, 1. Palibothra urbem iuxta Gangen et per numeros, et quod in India intra Gangen recenſet, cis eum locat. Inde d'Anville h. eſſe putat *Helabas* ſ. *Eleabad*, in quibusdam fabulis olim, ut fertur, dictam *Praye*, in quo *Praſii* latere videntur, ſervatque veſtigia antiquitatis, v. c. obeliscum. Nuper Palibothra conſtituit Robertſon pag. 35. ubi Allahabad; Rennell in Memoir p. 49 ſqq. ubi ruinae exſtant urbis *Patelput-her* in vicinia urbis hodiernae *Patna* in regione *Bahor*, cui adſentitur Mannert p. 100. c. l. uti Roberſono d'Anville. At nullum hic veſtigium regiae viae exquiri poteſt, cuius meminit Strabo 15. p. 474. ſ. 689. quod adfirmat Forſter (Reiſe nach Bengalen 1796.) pag. 200. Ipſe igitur non alienus videtur a Rennellii ſententia. Cf. pag. 55. Praſios eosdem etiam eſſe putat Heeren de Romanorum Indiae notitia pag. 96. (in commentatt. — Goetting. Vol. 11. P. 1.) Difficultates tamen olim movit de hoc urbis ſitu cis Gangen Salmaſ. ad Solin. p. m. 699. Cum

enim Praſiis hanc urbem adſignent auctores, veluti Strabo 15. p. 483. f. 702. Arrian. in Indic. cap. 10. — eosque Curtius 9, 2. in. (ubi pro *Pharraſios* legendum eſſe *Praſios* omnes contendunt) aeque ac Gangaridas ulteriorem Gangis ripam colere ſcribat, ſatis illi Salmaſius fidei tribuit, ut de Melae auctoritate dubitet, ideo refutatus ab Harduino ad Plin. c. l. etſi Salmaſio alii etiam ſuffragantur. Ita enim Diodor. Sic. 17, 93. (quem exſcripſit Curtius) Praſios vel Praeſios, (ut alii etiam illos vocant, quos laudat Weſſeling. ad Diodor. Sic. c. l. ubi vulgo Ταπραισίων, in Codd. etiam Βρεσίων) ut Gangaridas in ulteriori Gangis ripa conlocat. Nec diſſentit Plutarch. in Alex. M. cap. 62. Accedit in primis tabula Peutingeriana 12. E. in qua *Palibotra* urbs ultra Gangen ad ripam conſpicitur. Nihil eorum adtigit d'Anville, quae quamvis gravia videntur, tamen, quia Arrianus c. l. Palibotra ad confluentem Gangis et Erannoboae ponit, et Ptolemaeus intra Gangen, ut alii, ſuperiora minime infringere poſſunt, cum Allahabad Robertſoni p. 34. et 206. c. l. in ſitu unice conveniat. Et ſic deſcribit Tieffenthaler T. 1. p. 159 ſq. *Elahbad*, quam a gentilibus *Peag*, *Priag* et *Prag* vocari dicit. Fluvium alterum adpellat *Zemna*, Rennell *Iumna*, (Plinio 6, 21. f. 17. *Iomanes*, qui tamen poſt ab *Erannoboa* diſtinguit) in cuius ulteriori ripa cum iaceat, facile commiſtio illa quorundam ſcriptorum oriri potuit, maxime cum Ganges imbribus auctus ad ipſam urbem accedat. Tieffenthaler etiam obeliscum deſcripſit, ſed de vetere adpellatione nihil adtulit. Alii, quos vidi, ubi h. *Patelpoot-her*, uti Bayer hiſt. regni Bactr. p. 16. nomen *Palibothra* in Indicum transtulit. In primis id argumentis adſtruere conatus eſt Rennellius in Memoirs — p. 49 ſq. Nempe prope *Patna* olim illa urbs ſteterat. Strabo etiam 15. p. 474. f. 689. dicit ex Oceano adverſo Gange quosdam vectos eſſe ad Palibothra usque. Poſt μεγίστην πόλιν adpellat, Plin. c. l. *ampliſſimam ditiſſimamque civitatem*, unde etiam *Palibothri* dicti fuerint; et Strabo c. l. p. 483.

ſ. 702. Praſios ἔθνος διαφορώτατον τῶν πάντων (conſentit Plin. c. l.) reges ſuos Palibothros inde adpellaſſe ſcribit. De urbe autem ipſa optime expoſuit Ameilhon in Handlungs-Geſch. von Egypten, quem ideo laudat Penzel ad Strabon. Vol. 4. p. 2022. Veteres autem, ut alia Orientis nomina, neutro pluralis uſurpant, hinc μέχρι Παλιβόθρων apud Strab. 15. p. 474. ſ. 689.

atrae gentes) *Papuas* ſ. *Horaſoras*, quorum reliquiae in Sumatra et vicinis inſulis adhuc ſuperſunt; olim in continente. Ita Heeren c. l. p. 96.

Aethiopes) Vid. Plin. 6, 22. ſ. 19. Αἰθίοπες ἀπὸ Ἰνδοῦ ποταμοῦ ἀναστάντες πρὸς τῇ Αἰγύπτῳ ᾤκησαν Syncell. p. 120. ſ. 151.

recta) Ut non habeant ſinus, et ideo ſint inportuoſa, ut inde ſubponat quoque navigationem ad gentes illas non eſſe. L. GRONOVIVS *MS.*

marinis opibus) Sic *opes maris* Noſter 1, 12, 4. *divitiae maris* Rutil. itin. 1, 532. *auriferorum opes fluminum* Pacatus in paneg. ad Theodoſ. Aug. cap. 4. §. 4. Liv. 21, 7. in. *creverant opes* (de Sagunto) *ſeu maritimis ſeu terreſtribus fructibus.*

§. 6. *Tamus)* Vid. not. crit. pag. 237 ſqq. Incerta hic ſunt omnia, vel dubia. De Tauro, quem Caucaſum Macedones dixiſſe conſtat, alibi. Caucaſum hic deficere dicit (eo ſenſu) Oroſ. 1, 2. ubi ſint *Imai* montes, etſi alii *Timani*, *Tinavi.*

Colis) Primus commemorat Mela, ſed varie poſt exprimitur, cuius cauſa ex Ptolemaeo 7, 1. commode peti poteſt. Hic enim: Κῶρυ ἄκρον, ὃ καὶ Καλλίγικον; et Κόρου ἀκρωτηρίου mentio fit apud Marcian. Heracl.

p. m. 25. Hudf. qui tamen poſt τῷ Κώρυ habet. Hinc depravationibus forte additis Plin. 6, 23. ſ. 20. promontorium *Calingon*. Idem tamen promontorium *Coliacum*, (antea ed. *Colaicum*, illud aptius, uti et voluerat Salmaſ. in Solin. p. m. 782. nec minus p. 783. in Ptolemaeo) 6, 24. ſ. 22. vocat. *Colis* Avien. in deſcr. orbis v. 1356. ſed idem *alta dorſa Coliadis rupis* c. l. v. 785. fere ut *Peloris* et *Pelorias* in Sicilia. Cf. Euſtath. ad Dionyſ. v. 1143. Sic Dionyſius Periegetes νῆσον Κωλιάδος v. 592. de Taprobane (ubi Paraphraſtes ἤτοι τῆς Ἀφροδίτης, de quo vid. Euſtath. ad c. l. fuſius. Κωλιὰς, inquit, ἡ Ἀφροδίτη, ſed et alias cauſas addit nominis) et v. 1148. τέρματα Κωλίδος αἴης, ubi *Colidis terrae* reddidit Priſcianus; nam in priori loco omiſit. Utrumque dici notat Euſtath. ad Dionyſ. v. 1143. In Oroſio 1, 2. pag. 12. ed. Haverc. eſt *Caligardamna*, ut fere habent Codices; ante *Calligicum* in edd. Venetis, quae ex MSS. ductae ſunt, pro *Colligicum*, quod propius accedit. Aethicus p. 724. (ad ed. Gronov. Melae) ubi Oroſium reddidit, adpellat *Calidardam*. Videtur haec variatio inde orta, quia vicina ibi fuerunt promontoria diverſa, quae vel diſtinguenda omnino ſunt, ut fecit d'Anville in tabula praefixa, vel etiam ipſi auctores ſeparatim intellexerunt. Cf. etiam d'Anville p. 123 ſq. c. l. De cauſa nominis *Colis* ſ. *Colias* prolixius diſſerit Euſtath. ad Dionyſ. v. 592. quae ducta videtur a cognomini promontorio Atticae, quod huc forte translatum, vel etiam totum nomen depravatum ſic eſt. Eius altitudo celebratur. Nam Avien. in deſcr. orbis v. 1356. *Colis vergit in aequor Oceani tantoque iugo ſubit aetheris auras, Arceat alituum ſubducta ut rupe volatum;* et altero loco: *alta Coliadis dorſa rupis.* Conſentit cum priori deſcriptione Dionyſ. v. 1148 ſq. et Ἄορνιν vocatam dicit, quae videtur eſſe *petra Aornos* ab Alexandro expugnata, cum ante Hercules fruſtra obſediſſet. Eius mentionem in primis faciunt Arrian. 4, 28. Curt. 8, 11. in. Euſtath. ad Dionyſ. c. l. et quos laudant

Freinshem. et Cellarius ad Curtium. Quod vero Indum eius radices ſubire adiiciunt, dubitationem movet iuſtam, vel aliud flumen, quod in Indum excurrit, quale exemplum paulo ante habuimus, cum Indo commutarunt, quamvis Arrianus hoc non admittere videtur propter Alexandri M. progreſſionem inde ad Nyſaeos. A Colide autem dicti ſunt incolae, et gentis dignitatem adſumſerunt *Calingae proximi mari* Plin. 6, 21. ſ. 17. Apud Strabonem 15. p. 474. ſ. 689. Κωναικοὶ pro Κωλιακοὶ, ut legendum vidit Salmaſ. in Solin. p. m. 783. probante Penzelio ad Strabonem Vol. 4. p. 2021. ubi monet Κωλίγγας Aeliani Hiſt. An. 16, 18. eosdem videri. An vero huc Κῶλοι Stephani h. v. quos ad Caucaſum ponit, pertineant, Κόλχοι porro iidem dicti ſint, ut multis probare ſtudet Salmaſ. in Solin. p. m. 783. id in dubium vocavit Voſſius ad Melam h. l. Incerta ſunt iſta quidem, et ad coniecturas redeunt. Caucaſum, ad quem ponit Stephanus, in Indiam translatum eſſe conſtat, et hinc forte *Coli* et *Colchi*, quorum illi Κωλικοὶ ſunt apud Scylacem p. 31. Hudſ. Ita enim lego pro Κορική. Situm autem Colidis latis declaravit Noſter, conſentiuntque alii vel diſerte, ut Dionyſ. v. 1148. — vel adhibitis in notanda progreſſione verbis aliis. Sic Plin. 6, 22. ſ. 19. *A Gange verſa ad meridiem plaga.* Priſcianus in perieg. v. 595. ubi Dionyſius *Colida* habet, interpretatur: *Hinc proram convertens navis ad auſtros.* Qui contra tendunt, ab Indo inde extremum angulum orientis faciunt, vel terminum, ut Strabo 15. p. 474. ſ. 689. Et ſic Oroſ. 1, 2. p. 12. ed. Haverc. dum illi ad Eurum ſubiicit inſulam Taprobanen, e qua vocari oceanus Indicus incipit, quem ſupra Noſter ad Indicum ſpectare dixerat. D'Anville p. 123. *Coli* deprehendit in Indica voce *Koil*, quae notat templum, quod ibi Deae *Ramana* conſecratum eſt. Inde putat eſſe hodie *Ramanan-Koil* refutatque pag. 124. eos, qui *Comarin* putarunt, velut Harduinum ad Plin. 6, 24. ſ. 22. Bochartum in Chanaan 1, 46. aliosque apud Ortelium,

cum hoc potius ſit *Comaria* Ptolemaei c. l. ut iam antea iudicavit Ferrarius in Lex. Geogr. ſ. v. *Colaicum*, ubi Baudrand aliorum ſententias adfert. Ceterum non nimis ſevere exigenda eſſe ea dicit d'Anville p. 125. quae de converſione orae in hoc promontorio narret, immo maxime mirandum eſſe, quod eam in hac ora omnino noverit, cum Ptolemaeus ignoraverit. Hic nempe multo aliter latera haec Indiae oſtendit et contra verum.

Gangis) Gr. Γάγγης. A iuvene nomen traxiſſe tradit ſpurius Plutarch. de flum. h. v. qui ſe in eum praecipitavit, cum antea *Chliarus* vocaretur. *Gangen* a *Gangaro* vetuſtiſſimo Indiae rege dictum, quosdam putaſſe, refert Boccatius de fluminibus h. v. Oritur fec. Melam in *Hemode Indiae monte multis fontibus*. Secutus eſt Artemidorum, qui teſte Strabone 15. pag. 494. ſ. 719. idem tradidit. Ipſe vero Strabo antea p. 474. ſ. 690. eum et Indum aliosque e Caucaſo derivat. Ἀπό τινος Καυκάσου ὄρους ἀρκτικοῦ ἀνατολικοῦ Euſtath. ad Dionyſ. v. 1088. ut Indus ex eodem fonte. Sed ad v. 1143. ex Emodis montibus ducit. Plinius 6, 22. ſ. 18. *Gangen*, inquit, *alii incertis fontibus, ut Nilum, — alii in Scythicis montibus naſci dixerunt*, quae verba reddunt Solin. c. 52. ſ. 55. et Mart. Capella 6. p. 223. et poſt Boccatius de fluminibus h. v. Sed Oroſius 1, 2. p. 21. ed. Haverc. *mons*, inquit, *Oſcobares*, (variant Codd.) *ubi Ganges fluvius oritur*. (prope Dahas) Curtius 8, 9, 5. *ab ortu*, inquit, *eximius ad meridianam regionem decurrit*, ubi *ab ortu* exponitur de origine, quam ſic vage nimis indicavit Curtius. Diu et poſteriori aevo latuerunt fontes Gangis, quare haec discrepantia facile excuſatur; et recentiores etiam ſuperiori ſaeculo eſſe putarunt in montibus, qui Indiam a Thibeto dirimunt, cum tamen hinc e montibus demum progrediatur et adpareat magis. Debetur originis notitia Ieſuitis, qui iuſſu imperatoris Chinenſium *Kan-hi* illa loca explorarunt et tabulis expreſſerunt. Ex quo tem-

pore conſtat, naſci ad radices montium, qui vocantur *Kentaïſſe*, ex pluribus fontibus, (duos praecipuos fontes habet Pennant in View of Hindoſtan) duos grandes lacus transire, poſt ad occidentem labi, dum a montibus obiectis in Indiam vertere cogatur. Vid. d'Anville c. l. pag. 64 ſqq. ubi pluribus de fontibus Gangis omninoque de Gange expoſuit. Rennelliana tabula et fontes et flexum primum Gangis luculenter exhibet. In lacu tamen, cum erupit, et ex abruptis in plana devenit, hoſpitari dicit etiam Plin. c. l. Curtius c. l. eum ab obiectis rupibus, cum ad meridianam regionem decurrit, ad orientem inclinari tradit, hic, ut alibi, parum gravis auctor. Sic tamen et alii in orientem flecti tradunt, ut Strabo 15. p. 474. f. 690. Lucanus 3. 231. (qui adeo ad oſtia refert,) Vibius Sequeſter p. m. 16. — quod aliquatenus tantum dici poteſt. Maximus Indiae fluvius celebratur Indoque etiam maior. Vid. Arrian. in Indic. cap. 4. et ſic Euſtath. ad Dionyſ. v. 1143. maximum adeo *τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ποταμῶν ἰσοροῦσιν*, poſt Indum, tum Iſtrum et Nilum ſequi. Unde poſt Mela de Indo: *Hinc paene Gangen magnitudine exaequat*; et hinc minus recte Cicero de N. Deor. 2, 52. *Indum omnium fluminum maximum* dicit, quod verius de Gange Strabo 15. p. 475. f. 692. Curtius 9, 2, 2. et alii, quos ibi laudat Freinshemius. Idem autem Arrianus c. l. grandem iam inde ab ipſis fontibus oriri tradit. Magnitudinem eius efficiunt multi fluvii, aliqui adeo ipſi navigabiles, qui in eum ſe exonerant. Plin. c. l. omnino 19 habet, totidemque fere enumerat Arrian. in Indic. cap. 4. qui parum a Plinio discrepat. Ita vero recentiores deſcribere vidi, ut, ubi rapidus ſit, multum terrae abripiat, verſus mare vadoſus ex limo conlecto reddatur. Ἀσυνὲν ὕδωρ illi dat Dionyſ. v. 626. Profundum facit 100,000 pedibus Martian. Cap. 6. p. 224. quamvis alii omittunt Mille. Plin. c. l. ſic: *ubi minimum* 8 *M. P. latitudine, ubi modicum ſtadiorum centum; altitudine nusquam minore paſſ.* 20. Solinus c. 52. *minimam lati-*

tudinem facit 8 *M. P. maximam* 20, *altitudinem, ubi vadosissimus est*, 100 *pedum*. Alios vide apud Freinshemium ad Curtium 9, 2, 2. quibus facile addi alii possunt, ut Agathemer. 2, 2, 10. Eustath. ad Dionys. v. 1144. In mare rubrum eum deducit Curtius 8, 9, 6. satis conspicuo errore, quod licet a quibusdam latius extendatur, uti docuit in admirandis 1, 3. Lipsius, ad vera Gangis ostia permitti tamen non potest. Excurrere enim constat in Gangeticum sinum, ubi Eoum mare cum Indico committitur. Hinc Avien. in Perieg. v. 1339. *Ganges fit limes cespiti Eoo*. Hinc etiam Agathemer. 2, 10. de Gange et Indo: ἐκδιδόασιν ἐπὶ τὴν πρὸς νότον θάλασσαν. In ostiis discrepant veteres, et, si recte Servius ad Aen. 9, 30. retulit, et pro *Melonem* legendum est, consentiente Burmanno et aliis, *Melam*, Noster non omnino septem ora numerat, sed 3 tantum alveos habere ex aliorum narrationibus addidit, adeo ut in recensionibus nostris quaedam desint. Ita vero μίαν ἐκβολὴν illi tribuit Strabo 15. pag. 475. s. 690. Ptolemaeus 7, 1. recenset quinque, ex vitio, quod irrepsit in Bertii tabulam Asiae 11. adiecto Tilogrammo, civitate, 6 numerantur. Quintum adfert, *Antibolen*, etiam Marcian. Heracl. p. 29. Hudf. Secundum Boccatium de fluminibus h. v. alii habuerunt 7, alii 9, alii 3 tantum. Tieffenthaler c. l. Vol. 2. p. 119. illi tribuit 11 magna ostia et interiectas illis 33 insulas. De cursu eius versus meridiem ibi adnexa est magna tabula. Quod ad 7 ostia referunt Virg. Aen. 9, 30. ubi: *septem surgens amnibus altus — Ganges*, non bene factum monet Heyne propter verbum *surgens*, quod ad fontem pertinet, vel etiam alveos. Inde vero India divisa est in Indiam *intra* et *extra Gangen*, ut fecit Ptolemaeus. Dicti etiam inde accolae *Gangaridae* s. *Gangarides*, pro quibus in aliis legitur *Gandaridae*, ut Diod. Sic. 2, 37. 17, 93. Plutarch. in Alex. cap. 62. unde Γανδαρῖτις Strabo 15. pag. 479. s. 697. et post Dionys. v. 1144. etiam Γαργαρίδαι. Contendit tamen Salmasius in Solin. p. m. 698.

praeferendum esse Γανδαρίδαι, et sic semper Graecos auctores adpellare, Latinos solos dicere *Gangarides*, cui suffragatur Wesseling ad Diod. 2, 37. et cum Ptolemaeus duplex γ praeferat, Latinos secutum arbitrantur. Tuentur tamen plures Latinam formam, ut Cellarius ad Curt. 9, 2, 2. et in Geogr. ant. 3, 23, 34. Penzel ad Strab. Vol. 4. pag. 2028. Oberlin. ad Vib. Sequ. pag. 396. *Gandaros* eosdem putat, ut *Ori* et *Oritae* dicantur, Salmasius c. l. etsi dubium videtur. Cf. ad Melam II. 1, 2, 5. pag. 72. de discrimine. Hinc vero *Gangetica tellus* de India Lucan. 4, 64. Diversum denique a Gange putat cognominem fluvium in Plinii verbis 6, 23. f. 20. *ab ostio Gangis ad promontorium Calingon*, D'Anville p. 136 sq. qui hodie dicatur *Ganga*. Tieffenthaler Vol. 1. p. 326. *Gangen maiorem* et *minorem* habet, quorum ille ab indigenis vocetur *Padda* et *Paddauvati*, hic *Bhaghirthi* vel usitatius *Bhaghirethi*. Ceterum Gangen Indis sacrum haberi et coli adpulsa causa narrat Sonnerat T. 1. pag. 273 sqq. (voyages aux Indes.) Plura de Gange dabit Bernoulli ad Tieffenthaler Vol. 2. T. 1. p. 119 sqq.

Emodo) Graeci vel Ἡμωδὰ ὄρη, ut Strabo 15. p. 474. f. 689. et p. 494. f. 719. vel Ἡμώδου ὄρος, ut Diod. Sic. 2, 35. Dionys. v. 748. 1146. sed, ut Strabo, v. 1162. vel Ἡμωδὸς simpliciter, ut Arrian. in Indic. cap. 2. Eustath. ad Dionys. v. 748. notat, quosdam etiam Ἡμωδον dicere. Τὰ Ἡμωδὰ Ptolem. 6, 15. et 16. Ut monet Eustath. ad Dionys. v. 1143. dicitur τὸ Ἡμώδου ὄρος et τὰ Ἡμωδά; alii etiam προπαροξύνουσιν. Apud Plin. 6, 21. f. 17. *Emodi montes*. Eius partem h. esse *Imaum* versus Scythiam dicit d'Anville pag. 4. Tieffenthaler Vol. 1. pag. 12. illum vocat h. *Zambu*, hunc in montana regione *Camaun* ponit, veteresque aberrare in situ dicit. De *Paropamiso* dictum satis puto in not. crit. pag. 245 sq. Situs cognoscitur vel ex ipsa Indi origine, quae spectat occidentem septemtrionalem, vel ex aucto-

ribus. Ita enim Arrian. 5, 5. dicit, Taurum circa Bactrianos cum eo committi et in Alex. M. honorem Caucasum fuisse adpellatum, et ante cap. 3. f. Indum oriri dicit in Paropamiso, seu Caucasi montis citeriori parte i. e. versus septemtrionem occidentalem, uti ex itinere Alex. M. intelligitur. Strabo 15. pag. 474. f. 689. dum ab Ariana ad Eoum mare procedit, primum ponit *Paropamisum*, tum *Emodum*, denique *Imaum*. Cf. 11. p. 352. f. 511. Agathemer. 2, 9. μέγιστον ὄρος vocat, ut Taurum, cuius tamen ille pars est. Inde vero adparet, cum Ganges magis ad orientem fluat, Indus inde ad septemtrionem, parum certos esse et sibi constare veteres, qui, dum haec ipsi declarant, Indiam ab Emodis montibus inchoant, ut Plin. 6, 21. f. 17. De situ hodierno post. Boccat. de montibus s. v. Emodus hunc eundem credit cum iis, quos *Emochos* vocant.

conceptus) Sic *editus* 3, 5, 6. et similia, in quibus variat Noster. Sic Curtius 6, 4, 5. *alio fonte conceptus editur*. Illud etiam Lucan. 2, 403. *fontibus hic* (Apenninus) *vastis immensos concipit amnes*, ubi Oudendorp. Melae hunc locum adfert, et ib. 3, 257. *quos nunc diversis fontibus edit Persis*.

Indus) Gr. etiam Ἰνδός. Idem dictus etiam Φισσὼν sec. Chron. Paschale p. 29. (Ven.) *Sindus* auctore Plinio 6, 23. f. 20. vel *Sandus* ante Hardouinum, qui ex auctore peripli maris Erythraei p. 21. 23. (Hudf.) conicit *Sinthus*. Forte huc pertinet ostium Indi apud Ptolem. 7, 1. in. ὃ καλεῖται Σίνθων, ex quo *Sinthum* pro Indo fecisse Arrianum c. l. putat Dodwellus de aetate et auctore peripli maris Erythraei §. 13. pag. 99. (Hudf.) quia totidem eius, quot Indi, Ptolemaeus faciat ostia. Olim etiam praeterea dictum *Mausolum* tradit Plutarchus spurius de fluminibus s. v. *Indus*. Fontes in Paropamiso habet Noster. Strabo 15. p. 474. f. 690. ut omnium aliorum, in iugis

Caucaſi (Tauri) montis, et ſic Avien. perieg. v. 1290. *Indus Caucaſiae praerumpens rupis ab antro Adverſum pelago rubri procul aequoris amnem Porrigit inque Notum recto fluit agmine aquarum.* Cf. Curt. 8, 9, 3. Utrumque alii vel *Caucaſum*, vel *Paropamiſum* promiſcue ponunt. Vid. Plin. c. l. Arrianus 5, 4. in. Diod. Sic. 2, 37. omnino ἀπὸ τ. ἄρκτων ἄρχεσθαι dicit. Addit Plinius c. l. *adverſus ſolis ortum effuſus.* Tieffenthaler Vol. 1. p. 67. dicit fontes Indi inter provincias *Caſchmir* et *Caſchgar* reperiri. Ex fluminibus, quae in eum excurrunt, aliqua indicat Noſter, de quibus poſt ſingulatim. Plinius c. l. 19 omnino adfert, Strabo 15. pag. 482. f. 700. ἀξιολόγους 15 eſſe dicit, quorum aliquos nominat. Diod. Sic. 2, 37. habet ποταμοὺς οὐκ ὀλίγους πλωτούς. Et ſic paſſim nominantur fluvii in Indum excurrentes, veluti apud Arrianum, Curtium. Hinc magnitudo eius intelligitur, quam praedicant veteres multi, Gangis tamen latitudine inferiorem, de quo antea. Diodorus tamen Sicul. 2, 35. omnium fere poſt Nilum maximum praedicat, Cteſiam, monente ibi Weſſelingio, ſecutus, quem vide in Photii Cod. 72, p. 144. ubi etiam de fl. latitudine. Cf. Plin. c. l. et ibi Harduinus. In curſu diviſus Patalenen cingit, et, quod Nilus in Aegypto facit, Delta format, uti tradunt Strabo 15. pag. 475. f. 690. et Arrianus c. l. et Indicor. cap. 2. Curtius 8, 9, 4. *ceteris gelidiorem* refert, et *aquas a colore maris haud multum abhorrentes.* Tandem duobus oſtiis exit, ut noſter refert, et Strabo 15. p. 475. f. 690. Arrian. 5, 3. f. Septem enumerat, nominibus additis, Ptolemaeus 7, 1. in. Plura etiam notantur in tabula Rennelliana. Simpliciter *oceano infunditur* Plin. c. l. Arrian. 5, 3. dicit εἰς τὴν μεγάλην θάλασσαν τὴν κατὰ Ἰνδούς, ὡς ἐπὶ νότον ἄνεμον, quam Strabo c. l. μεσημβρινὴν vocat. Oroſius autem 1, 2. mari rubro dicit, quod quidam huc producunt, ut ante dictum eſt. Ceterum Melae verba ſic reddidit Boccatius de fl. I. v. Indus: *demum in duobus diviſus alveis inter ſe longe diſtantibus ab oceano*

recipitur. Lentum curſum Noſter indicat verbo *trahit*, unde etiam pro *niger* apud Claudian. in conſul. Olyb. et Prob. v. 170. Heinſius malebat *piger*. At Euſtath. ad Dionyſ. v. 1088. illi tribuit λαβρότατον ῥόον ὀξυὺ, ubi etiam duo eius oſtia agnoſcit. Alexandri temporibus et proxime poſt credebant, Nilum et Indum communi alveo fuiſſe commiſſos. Strabo 15. p. 474. ſ. 696. Arrian. de exp. 6. in. Finxerunt etiam in Indo animalia crocodilis ſimilia, forte h. *Cayaman.* Sed ante exitum Ptolemaeorum meliora edocti ſunt per navigationes. Vid. Dodwellus de aetate et auctore peripli Erythraei maris §. 8. p. 138 ſq. H. *Soor* vel etiam *Sinde*, *Sindh*, et ubi exit, praecipuum oſtium vocatur *Mehran.* Vid. Rennel's Memoirs of a Map of Hindoſtan p. 53.

Paropamiſo) De *m* et *n*, quae variantur in penultima, dictum in not. crit. p. 245 ſq. uti de quarta a fine ſyllaba. Inde etiam incolae *Paropamiſadae* et *Paropaniſadae.* Vid. Weſſeling ad Diodor. Sic. 17, 82. et de accentus etiam variatione Euſtath. ad Dionyſ. v. 1097. Stephanus h. v. ſcribit Παροπαμισσοὺς et ſic reliqua. Eius nomen ex Indorum lingua repetit Bayer, in hiſt. regni Bactr. p. 10. Incolae Παροπαμισάδαι, ut ipſum primarium nomen varie. Accolas *Paropamiſſadaeos* vocat Stephanus, vel, uti volunt Salmaſius et Holſten. *Paropamiſſadas*, ex quo quidem conſequeretur τοὺς παροικοῦντας et κατοικοῦντας eodem nomine deſignari, et Stephanum male garrire. Quod in noſtro 1, 2, 5. *Paropaniſii* vocantur, Voſſii eſt opus, non Melae. Terminabat mons ille Indiam verſus ſeptemtriones ab una parte, (Agathem. 2, 6.) ab altera Ariaham, (Strabo 11. p. 497. ſ. 723.) et emittebat amnes Indum et Oxum, de quibus ſuo loco. Tauri partem fuiſſe, indicavit Noſter 1, 15, 2. et ex Ariſtobulo refert Gaza de originib. Turcorum, med. qua parte Macedones in Indiam irruperint. In gloriam Alexandri M. ut Caucaſum ſuperaſſe videretur, Macedones, quos poſtea

ſecuti ſunt ipſi auctores, cum dixerunt *Caucaſum*, uti diſerte ſcribit Arrian. 5, 3. Aliorum loca dabit Cellarius in Geogr. ant. 3, 22, 1. Cf. etiam ad 3, 5, 6. Addit Strabo 15. pag. 474. f. 689. alios Indiae montes, in iis Emodum, Imaum. Alii, in his etiam Curtius, Arrianus, Caucaſum diſtinguunt ab Paropamiſo, uti docuit Cellarius c. l. Equidem ex Strabone explico ſic, ut Paropamiſus ſit ſuperiori ſenſu Caucaſiorum montium pars, quam proprio nomine notant, paſſim etiam omnino Caucaſi nomine complectuntur. Iſtam tamen adpellationem ductam eſſe ab Indorum voce *Khoo* ſ. *Khau*, putat Bayer. c. l. pag. 8. Ab Paropamiſo regio finitima nomen traxit, Paropamiſadarum regio, vel, uti eſt in Cod. Arriani 5, 3. optimo, probante Gronovio, Παροπαμισάδων χώρα. Eam deſcripſit Diodor. Sic. 17, 82. nivibus obſitam, maxima ex parte planam, arboribus orbam, ſterilem fere et triſtem, in quo conſentientem habet Curtium 7, 3, 6. graviter hoc nomine caſtigatum a Clerico in arte Critica P. 3. Sect. 3. cap. 2. p. m. 403. cum alia omnia ibi reperiantur. At ita ex veterum fide traditum eſſe, docuit Perizon. ad Aelian. V. H. 12, 37. Curtiumque vindicavit etiam in eius Vindic. p. 120 ſqq. Cf. item Weſſeling. ad Diodor. c. l.

et alia — ſed) De hac forma vid. ad 2, 6, 6.

Cophen) De varia declinatione et forma dictum eſt in not. crit. pag. 246. Curſum eius ſatis denotat iter Alexandri cis Indum verſus occidentem. Ante enim ad Cophen venit, quam Indum adtigit. Vid. Strabo 15. p. 480. f. 697. Arrian. 4, 22. et 5, 1. Et hinc Plin. 6, 21. f. 17. *Inde* (a Cophete) *ad flumen Indum*, unde progreditur ad Hydaſpen — et magis diſerte 6, 23. f. 21. in. *Cophetem ultimum finem* (Indiae) *vocat*. Arrian. 5. in. Nyſam inter eum et Indum ponit. De eo ſic Avien. in perieg. v. 1345. *Tertius* (poſt Hydaſpen et Aceſinem)

amnis item ſecat agri proxima Cophes In medioque Sabae ſunt ceſpite. In Ptolemaeo 7, 1. Κῶα fluvius hic memoratur, qui in Indum hac parte excurrit, eiusque divertigium. (ἐκτροπή.) Diverſum autem eſſe a *Cophe* ex Arriano patet, qui utrumque habet, et 4, 23. Χόην hunc vocat. Ex quo, ſimul adparet, in Alex. M. itinere ad Indum Cophen fuiſſe priorem. Secundum Strab. 15. pag. 479. f. 697. prior fuit Choaſpes, qui in Cophen effluxit, poſt Cophen Indus. Si ex *Choaſpa* urbe ad flumen ſita in Ptolem. 6, 20. Choaſpes eſt, uti etiam coniicit Salmaſ. in Solin. p. m. 495. diſcedit Ptolemaeus, apud quem in Indum ſimpliciter decurrit. D'Anville p. 6. putat, Cophen eſſe fluvium prope *Kandahar*, quem nomine prodit Tieffenthaler Vol. 1, pag. 15. *Nilab*, quamvis addit, ex veterum tabula eſſe olim *Choen*. Vid. d'Anville quae c. l. disputat, conlatis tamen ſupra poſitis, et quae habent Salmaſ. in Solin. p. m. 493. et Freinshem. et Cellarius ad Curt. 8, 10, 22. In tabula Rennelliana fluvii duo coeunt *Nilab* et *Hir*. Hic in illum influit et remotior eſt ab Indo, ita ut *Hir* videatur eſſe *Choes*, *Nilab Cophen*, uti et Nyſae ſitus inter Cophen et Indum declarare videtur ex Arriano 5. in. Cum vero *Nagara* (vid. ſupra *Nyſa*) apud Ptolemaeum ad *Suaſtum* ponatur, idem eſſe videtur, qui noſtro *Cophes*.

Aceſines) Sic Graece, ut inluſtratum eſt alibi. Delabitur in Hydaſpen, uti produnt Arrian. de exp. 6, 1. f. qui inde Hydaſpen in Indum deducit. Feſt. Avien. in deſcr. orb. v. 1344. ubi *magnus ſorbet Hydaſpes Delapſum ſumma ſaxorum mole Aceſinem*, penultima igitur longa, uti ap. Dionyſ. v. 1138. Curt. 9, 4, 8. *a meridie Aceſines Hydaſpi confunditur*, loco quidem minus congruo, de quo vid. Freinshem. Diod. Sicul. 17, 96. (ubi utriusque notat συμβολήν, et ſic Euſtath. ad Dionyſ. c. l.) At Arrianus contra 5, 1. f. Indic. c. 4. apud Ariſpas Hydaſpem in Aceſinem ducit, hunc apud Mallos in Indum,

maiorique hic fide dignus eſt, in primis cum omnia ſic bene cohaereant, quae in iis locis geſſit Alexander M. ut docuit clare Freinshem. ad Curt. c. l. Addit Arrian. in Ind. c. 3. Hydraotem et Hyphaſin, quos recipiat. Magno autem errore Gangen ab eo augeri tradit Curt. 8, 9, 8. et ſic etiam ſecum pugnat. Nec magis bene Oroſius 3, 19. m. Alexandrum M. per Aceſinem in Oceanum devectum eſſe narrat. Magnum fl. fuiſſe intelligitur ex Arriano 5, 4. in. 6, 3. Nilo adeo et Iſtro maiorem in Indic. cap. 3. et rapidum 5, 20. In hodierno nomine et curſu variatur. Tieffenthaler Vol. 1. p. 16. ſic conſtituit: *Hyphaſis* Satluz, *Hydraotes* Beha, *Aceſines* Ravi, *Hydaſpes* Tſchinab. D'Anville pag. 23. ſic: *Aceſines* Ravei, *Hydraotes* Biah, *Hyphaſis* Caul. Rennel adcuratius, tabula geographica incolarum adhibita, ſic, inde a ſiniſtra Indi ripa exorſus: *Hydaſpes* Behat ſ. Chelum, *Aceſines* Jenaub ſ. Chunaub, (quod probat Mannert in Geogr. P. 5. p. 72.) *Hydraotes* Rauvee, *Hyphaſis* Setlege ſ. Suttuluz. Alii h. *Beyah* eſſe volunt. Quae ex Ptolemaeo accommodat d'Anville p. 23. cum ordine et narratione aliorum non bene congruunt; *Zaradrum* enim putat eſſe *Aceſinen*. At *Hyphaſis* eſt ante Zaradrum verſus Indum, quem tamen ulteriorem omnes faciunt. Attamen Hydaſpes in eum excurrit, quare Ptolemaeus ab aliis recedit et turbat.

Hydaſpes) Ὑδάσπης Graecis, pro quo in Ptolem. 7, 1. corrupte Βιδάσπης. Clarum (forte etiam propter notam Alex. M. navigationem) fluvium vocat Plin. 6, 21. ſ. 17. et non ignobiliorem *Hypaſin*, quem Noſter non adtigit, alii etiam *Hypanin* vocant, ut Strabo et in Plinio c. l. Codices quidam, ut apud Martian. Capellam 6. pag. 223. ubi Plinii verba refert. Vid. Harduin. ad Plin. c. l. et proxime antea. De omnibus ſic 1. GRONOVIVS *MS.* „Hos tres particulatim nominat, quia per expeditionem Alex. M. erant notiſſimi, qui ad Gangen non venit, et ideo de fluviis in illum influentibus nullum nominat.“

De influxu in Indum Lucan. 3, 236. *Vaſtis Indus aquis mixtum non ſentit Hydaſpen.* Nomen ex Perſica lingua explicavit, ut Aceſines, Hypanis — nuperrime (1797.) Vincent ad Nearchi paraplum. (Angl.) *Nyſaeum* vocat Lucan. 8, 227. quia, notante Scholiaſte, a Nyſa, Indiae monte, deſcendat; *fabuloſum* Horat. 1. od. 22, 7. ob fabulas de India iactatas; πλωτὸν νήεσσιν Dionyſ. v. 1139. H. alii *Ialum*, alii *Behut* eſſe putant. De eius curſu et incurſu in Indum cf. v. Zach Monatliche Correſpondenz (an. 1801.) T. 4. p. 486.

iugum) Montem in fluvii alveum ſitum circumluit. IAC. GRONOVIVS *MS.*

duobus oſtiis) De divortiis fluvii poſt influxum aliorum, uti docet Burmann. ad Lucan. 3, 235. etſi per ſe patet.

§. 7. *Chryſe)* Vox Graeca, quaſi convenirēt aureae Cherſoneſo, ut vocarunt Latini regionem prope illic poſitam, ſed magis verſus meridiem, quam Mela hanc inſulam deſcribit. IACOB. GRONOVIVS *MS.* 11. Diſtinguenda vero duo eſſe, ex Ptolemaeo adparet, *auream Cherſoneſum* 7, 2. et *auream argenteamque regionem* paulo poſt infra Hemodum, et ſupra auream Cherſoneſum trans Gangen. Discrepant tamen de his inter ſe auctores, non in adpellatione ſolum, ſed et in ſitu: 1) Circa Gangen auctor peripli rubri maris p. 35. Hudſ. ubi verſus orientem ἐσχάτη ἤπειρος ἡ Χρυσῆ, quam diſtinguit p. 34. ab aurea Cherroneſo, ut Ptolemaeus facit, ſic ut prior ſit in hoc aurea regio. Et ita alii. Vid. Salmaſius in Solin. p. m. 701, ubi multum disputavit ſuper hoc. Adde Relandum in diſſert. de Ophir §. 7. in diſſert. Miſcell. T. 1. p. 173. qui *Ophir* fuiſſe putat. 2) Extra oſtium Indi; ut Plin. 6, 23. ſ. 21. ubi etiam Melam expreſſit, cum quo conſentit Curt. 10, 1, 11. qui dicit

inſulam oſtio amnis ſubiectam auro abundare. Cf. et Solin. cap. 52. f. 55. qui Plinium repetit. 3) Ad mare Eoum, ὁπόταν, relicto Oceano Scythico, πρὸς ἠῶ ἅλα κάμψῃς, ut Dionyſ. v. 589. et ſic explicat ibi Euſtathius πρὸς τοῖς ἐῴοις τοῦ Ὠκεανοῦ; Avienus in perieg. v. 770. *ad ortum Scythici maris;* Martian. Capel. 6. pag. 224. *prope Nyſam;* Stephanus omnino Chryſen dicit Cherroneſum Indiae. D'Anville p. 166 ſqq. auream Cherſoneſum putat eſſe paene inſulam h. *Malaya.* Sed quae ſit Noſtri inſula, non conſtat. Hill ad Dionyſ. v. 589. Chryſen putat h. *Malaccam*, Argyren *Sumatram*.

ſoli) Plin. c. l. dicit: *fertiles metallis, ut credo. Nam quod aliqui tradidere, aurum argentumque iis ſolum eſſe, haud facile crediderim.* Mart. Capella c. l. *inſulas duas praedicandas auri argentique metallis ac foetura etiam vocabulis adprobatur. Nam una Chryſea, Argyrea altera nuncupatur.* Dionyſ. v. 590. a ſole derivat: ἔνθα καὶ αὐτοῦ Ἀντολίῃ καθαρῇσι φαίνεται ἠελίοιο, et ſic Avien. c. l. *Inſula — aurea, quod fulvo ſol hic magis orbe rubeſcat.* Euſtath. ad Dionyſ. c. l. utrumque coniungit et auri fertilitatem et ſolis ſplendorem. *Ex re* autem eſt *ex natura*, de quo vid. Corte ad Salluſt. de B. I. cap. 78. in. ubi et hunc Melae locum adiecit.

Taprobane) Gr. Ταπροβάνη. Quis *Taprobana* dixerit, ut refert etiam d'Anville pag. 142. equidem ignoro, et ex Cellario ductum puto. Multa de illa veteres tradunt. Olim dicta eſt Παλαισιμούνδου, poſt Σαλικὴ, uti adfirmant Marcian. Heracl. pag. 96. Ptolem. 7. 4. Agathemer. 2, 6. Stephan. h. v. unde ſua hauſit Euſtath. ad Dionyſ. v. 593. quidam tamen πάλαι aliis interpoſitis vocibus a Σιμούνδου ſeiungunt, et Euſtathius ποτὲ Σαλικὴ dicit, ex quo elucet, hoc nomen iam tunc etiam interiiſſe. Plinius 6, 24. f. 22. oppidum habet Palaeſimundum; et ſic Salmaſ. in Solin. p. m. 781.

unum coniunctumque nomen cenſet. Ambitum eius deſcripſerunt Marcianus et Plinius, qui et alia memorabilia de ea adfert, cum Claudii tempore legatis inde advectis diligentius fuerit cognita. Oppoſita erat promontorio Cory, (Marcianus, Ptolemaeus) ſeu, ut Plinius ſcribit, proximum erat promontorium Coliacum quatridui navigatione. Strabo 15. p. 475. ſ. 690. ab orientali promontorio, ubi Coliaci (Coniaci) habitabant, quatridui itinere verſus Aethiopiam ponit; hoc quidem male. Poſt auctore Oneſicrito a continenti removet 20 dierum navigatione; Plinius c. l. *incipit ab Eoo mari inter ortum occaſumque ſolis Indiae praetenta;* Dionyſ. v. 592. verſus auſtrum Goliados, qui etiam magnam inſulam vocat, et eidem promontorio ad Eurum ſubiicit; Oroſius 1, 2. p. m. 12. ex ea Oceanum Indicum incipere vocari addit. Nempe ex diverſa auctorum progreſſione illa iudicari etiam debent. Avien. v. 777. *ſuper aeſtiferi torretur ſidere cancri; Haec immenſa patet.* Arrian. in periplo maris Erythr. pag. 35. Hudſ. ſitum oſtendit in occaſum verſus Gangen, et de ea plura commemorat, quibus ex recentioribus alia addidit Stuckius p. 88 ſqq. Longam facit Strabo 8 M. ſtadiorum, auctore Eratoſthene, ſed eodem Plinius 7 M. ſtadiorum, ut alii, quos ibi producit Harduinus, latam quinque. Cf. etiam Ptolemaeus, et quos ſupra indicavi. Vicos tantum, nullas urbes in ea eſſe, tradiderat, Plinio teſte, Eratoſthenes; plurimas tamen nominat Ptolemaeus, et 10 civitates illi tribuit Oroſius 1, 2. Μητέρα ἐλεφάντων vocat Dionyſ. v. 593. per excellentiam, quia, teſte Oneſicrito apud Plinium, maiores ibi et bellicoſiores, quam in India, gignantur, quod et alii referunt ab Harduino ibi laudati, veluti Avien. v. 717. Stephanus. Accedit Ptolemaeus, qui tigres addit et praeterea aurum, argentum et alia. Incolas eius *Salas* vocat Ptolemaeus, a quibus inſulae nomen inditum videtur. De nominum tamen illorum mutatione dubitat Dodwell de

aetate et auctore peripli maris Erythraei §. 8. pag. 91. (Vol. 1. Geogr. Hudſ.) et Arrianum cum Ptolemaeo Palaeſimundi inſulam confundere putat; ſitum enim docere, de Pliniana eum non loqui, quia ponat poſt regna Ceprobotis et Pandionis et ex adverſo Azaniae Aethiopicae, quae Ptolemaicae Taprobanae magis reſpondeant; ſimul vero duas commiſcere, uti Marcianum, nempe antiquam Plinii contra mediam Indiam, et novam, quam Ptolemaei aetate ſe inveniſſe putabant mercatores; nomen *Salica* ad aliam inſulam transiiſſe. Plura de illa praeter Dodwellum et Stuckium dabunt Salmaſius ad Solin. c. l. d'Anville p. 142. de Schmidt opuscul. p. 175 ſq. quae tamen fere ſpectant omnia ad Romanorum aetatem, qui, teſte Plinio, poſt Claudii demum tempora accuratius cognoverunt. Plinius optime antiquiora et recentiora tempora diſtinguit. Vid. Heeren de Graecorum de India notitia p. 146. (in commentatt. Goetting. Vol. 10.) Hinc vero etiam, quae hodie ſit, diſceptatur. Olim *Sumatra* putabant, aut *Iamboli*. De illa multa Marsden in the hiſtory of Sumatra p. 4. et 7. Plerique conſentiunt in inſula *Ceylon*, ut olim iam Ortelius h. v. Cf. d'Anville pag. 142 ſqq. ubi contra *Sumatrae* pugnat, quae nimis ab India diſtet, et a Ptolemaeus nimis Taprobanen ſuam extendat. Quis *Zamatiam* vocet, uti dici ſcribit Dinothus in adverſar. hiſtor. p. 159. ignoro, cum ipſe non indicet. In *Ceylon* conſentit cum Voſſio, qui plurima congeſſit, Mannert in Geogr. T. 5. p. 275 ſqq.

Orbis alterius) I. e. Antichthonum, uti ex Mela 3, 9, 4. intelligitur: *Quod ſi eſt alter orbis, ſuntque oppoſiti nobis a meridie Antichthones.* Et ſic Plin. 6, 24. ſ. 22. explicat: *alterum terrarum orbem eſſe, diu exiſtimatum eſt, Antichthonum adpellatione*, pro quo Solin. cap. 53. *et quidem eum, quem Antichthones habitare crederentur*, quamquam hoc ex coniectura, cum aliter

legant Codices. Voſſius ad Melam h. l. vult: *Antiſcythas — crederent.* Salmaſ. in Solin. pag. 782. *Aſcitas, Aſcios* et alia. Sic *mundus alter* de *Antipodibus* dixit Apulei. in Metamorph. lib. 11. pag. 804. Oudendorp. et *mundi pars altera interiecto ſole* Tibull. 4, 1, 150. de terris ultra tropicum. Cf. v. 166. ubi noſtra terra opponitur. Accedit, quos de ſeptemtrionibus, ſolis ortu occaſuque et umbris narrat ex legatorum Taprobanenſium commemoratione Plinius, et in hac inſula obſervari et evenire, quod ſupra omnino Indiae tribuebat Noſter, unde novus, vel alter orbis eſſe videbatur. Quod vero dicit Plinius: *diu exiſtimatum eſt*, ſubiicit: *ut liqueret inſulam eſſe, Alexandri Magni aetas* resque *praeſtitere.* De Hipparcho nihil. Sed ſic ante Alex. M. orbis alterius initium habita ea inſula videtur, quod Noſter Hipparcho tribuit, quem tamen Alex. M. temporibus poſteriorem fuiſſe conſtat. Alii illo priores, veluti Oneſicritus, Megaſthenes, Eratoſthenes, (vid. Plin. c. l.) inſulam faciunt. At ante Alex. M. ne nomine quidem cognita fuiſſe videtur. Quod igitur ante Alex. M. factum dicit Plinius, probabilius Mela poſteriori aetati adſignat. Cf. Salmaſ. in Solin. p. m. 782. et quae disputata ſunt in not. crit. p. 251. ad II. 1, 1. 8.

Hipparcho) Vid. Käſtner über das Lob, welches Ptolemaeus dem Hipparcho ertheilt in Akademie der ſchönen Künſte Vol. 1. P. 4. p. 5. ſ.

prope verum) Sic Lucilius Iun. in Aetna v. 175. *manifeſta fides et proxima vero.*

§. 8. *Patalene)* Variatur in inſulae huius nomine. Quidam per duplex *tt Pattalene*, Πατταλήνη, ut Strabo 15. p. 482. ſ. 700. Cf. id. 15. p. 495. ſ. 720. Ptolem. 7, 1. Dionyſ. v. 1093, ubi Euſtathius derivat ab urbe Πάταλα, inſulamque etiam Παταλήνη ſcribi notat.

Alii habent *Patale*, ut Plin. 6, 23. ſ. 20. ubi forte excidit ultima ſyllaba; attamen idem paullo poſt *Patalam* repetit. Nam omnes reliqui inſulam faciunt *Patalenen*, inque ea urbem *Patala*. Gr. Πάταλα, vel, teſte Stephano h. v. etiam Πατάλη. Et ſic diſerte Ptolem. c. l. Arrian. de exp. Alex. 6, 18, 6. τὰ Πάτταλα diſerte νῆσον etiam adpellat, ut antea urbem. Inde ducitur Παττα-λεὺς ap. Arrian. 6, 17, 9. Cf. Stephanus h. v. ubi gentile excidiſſe putat Salmaſius. Arrianus 5, 4, 3. originem vocis ex Indica lingua derivat, in qua ſignificet τὸ Δέλτα Graecorum, cuius formam efficiat inſula. (ubi quidem ſimplici τ dedit Gronovius, qui alibi duplici.) De etymologia cf. etiam Relandi diſſertt. T. 1. p. 227. Inſula autem diviſo amne Indo in oſtia duo formatur. Cf. Arrian. 6, 20, 2. et ſic alii. Unde Avien. in deſcr. orbis v. 255. *Ora — Indo duo ſunt mediumque per agrum inſula ſe vaſto fundit tergo Patalene.* Sellierius ad Curt. 9, 8. f. putat h. eſſe *Tatta*. D'Anville c. l. pag. 37. *Tatta nagar* in provincia *Sindi*. In tabula Rennelliana hoc ſitu inveni *Tatta*, quo Noſter inter ipſa oſtia oſtendit, Plin. 6, 23. ſ. 21. in ipſis faucibus Indi, *triquetra figura*, (Delta innuit) 220 M. P. latitudine, quam 2000 ſtadiorum faciunt alii. Vid. quae disputat Strabo 15. pag. 482. ſ. 701. Quod putat Tieffenthaler Vol. 1. p. 14. h. eſt *Pakiari*. Contra *Tatta* ex Ptolemaeo pugnat Mannert p. 62. (Vol. 5. Geogr.) ſitum tamen verum propter incertam oſtiorum Indi cognitionem non conſtare addit. De *Tuberone* et *Aruſace* fl. vid. not. crit. pag. 257.

CAP. VIII.

MARE RUBRUM ET UTERQUE HUIUS SINUS PERSICUS ET ARABICUS.

§. 1. *Rubrum)* Sic a Latinis vocari diſerte tradit Plinius 6, 28. ſ. 23. Graecis Erythraeum, ut idem vocat 4, 36. ſ. 22. in quo recedit a Mela, qui a Graecis adpellari tradit ἐρυθρὰν θάλασσαν, quod quidem ab ipſis auctoribus probatur. Rarius enim occurrit ἐρυθραῖος de hoc mari, veluti apud Dionyſ. v. 38. 597. 711. in inſcriptione Latina ſub Nerone Claudio apud Reineſium in ſyntagm. inſcrr. antiqu. 7, 31. Sic Avien. v. 67. Neque tamen id Graecis *rubrum* ſignificat, ſed eſt gentile ab ἐρυθρὰ θάλασσα, quod ex Stephano intelligitur. Hinc ἐρυθραῖος κάλαμος apud Dionyſ. v. 1127. eſt, qui ad ripas maris Erythraei, alias rubri, naſcitur, quo ſenſu etiam ἐρυθραίους Ἀριηνοὺς dixit v. 714. et *Erythraeam myrrham* de Arabica Plin. 12, 35. ſ. 16. Cf. Salmaſ. ad Solin. cap. 52. ſ. 55. p. m. 741. Multum etiam intereſſe adfirmat Agatharchides pag. 4. Hudſ. utrum mare Erythrae, quaſi viri, i. e. Erythraeum dixeris, an ἐρυθρὰν θάλασσαν, quod eſt coloris. Hebraeis dicitur ים סוף ob algae, vel iunci, quod putant, copiam, etſi ſe vidiſſe negat Shaw (voyage) T. 2. p. 89. et noſtra aetate Bruce (Reiſen) T. 1. p. 288. Cf. etiam Bochart in Phaleg 4, 29. Secundum alios ab Hebraeis etiam vocatur ים אדום, quod oras Idumaeae adluat, (cf. 1 Reg. 9, 26.) etſi ipſum provinciae nomen etiam *rubrum* ſignificare poteſt. Cf. Penzel de arte hiſtor. p. m. 74. Nec abſimile cenſet Bochartus in Chanaan 2, 16. rubri maris nomen inde tractum eſſe. Nempe in loco 1 Reg. 9, 26. mare *Suph* in terra Idumaeorum (אדום) ponitur. Quod igitur Hebraei *Suph* adpellarunt, vicini mare Edomicum ſ. Idomaeum putarunt et verterunt ἐρυθρὸς, de quo vid. Fullerus in

Miſcellan. ſacr. 4, 20. et Ludolphus in comment. hiſtor. Aethiop. 1, 26, 1 ſq. Bocharto adſentitur etiam le Grand ad Lobo voyage d'Abiſſinie diſſ. 6. T. 1. p. m. 326 ſqq. qui praeterea ſic forte dictum putat a claſſibus Salomonis. Cf. etiam Bruce (Reiſen) Vol. 1. p. 287. Dubitat tamen Reimarus ad Dion. 68, 28. cum ſic nusquam mare adpelletur. Alias eius nominis cauſas infra dabo. Idem vero etiam vocatur *mare meridionale* (νοτίη θάλασσα), ab Herodoto 2, 158. ubi quidem obponitur boreali i. e. interno ad Syriam. Cf. 4, 37. Ita Arabicus ſinus ſe effundit εἰς τὸν κατὰ μεσημβρίαν ὠκεανὸν apud Diodor. 3, 38. et ſec. Strabonem 2. p. 83. f. 121. uterque ſinus εἰς νοτίαν θάλασσαν; idemque Arabiam ad mare Atlanticum permittit 16. p. 528. f. 767. Sed in ambitu eius et finibus ſtatuendis discrepant veterum narrationes. Modo enim latiori, modo anguſtiori ſenſu ponitur. Latiori facit duos ſinus, Arabicum et Perſicum, quo intellexit Noſter, Strabo 16. p. 526. f. 765. aliique. Anguſtiori ſaepe de Arabico ſinu dicitur. Sic mare rubrum Perſico obponit Plin. 6, 32. f. 28. ubi ſcribit, Arabiam inter duo illa maria procurrere, ut de Arabia loquitur etiam Ammian. 23, 6. p. 290. Gronov. pro quo Dionyſ. v. 929. habet *mare Perſicum* et *Arabicum*, Oroſius 1, 2. pag. 14. Haverc. *ſinum Perſicum* et *Arabicum*. Eadem obpoſitio eſt in Plinio 32, 11. f. 2. Id porro intelligitur ex ſitu adiacentium locorum. Sic Arabiam cum Noſtro 1, 10. Pliniua 5, 12. f. 11. ad rubrum mare et odoriferam illam beatae cognomine inclutam pertinere dicit, ubi, cum aperte Arabiam ſterilem intelligat, mare rubrum etiam ad ſinum Perſicum referri poteſt. Sic Arſinoen Plin. c. l. rubri maris oppidum facit, quod proprie erat ſinus Arabici. Sinam montem ad mare rubrum ponit Procopius de aedif. 5, 8. Cephei regnum Conon narrat. 40. a mari interno ad eam usque Arabiam, quae vicina eſt rubro mari i. e. Arabico ſinui, permittit. Cf. Procop. de bello Perſ. 1, 19. in. Salmaſ. ad Solin.

cap. 33. f. 36. p. m. 343. Sed et diſerte id adfirmat Euſtathius ad Dionyſ. v. 38. ubi ſic: ἕτεροι τὸν Ἀραβικὸν κόλπον καὶ τὸν Ἐρυθραῖον ταυτίζοντες. Et ſic Agatharchides mare rubrum intellexit, uti docet Salmaſ. p. m. 353. c. l. Sed et Herodotus 2, 8. et 158. ubi narrat, canalem deduci a Patumo, Arabiae urbe, quae alias eſt Ἡρώων πόλις, in mare rubrum, quod et facit Plinius 6, 33. f. 29. cum contra de his canalibus Strabo 1. p. 26. f. 38. commemoret ſinum Arabicum. Alias tamen (2, 159.) Herodotus ſinum Arabicum diſtinguit a mari rubro, ad quod illum eſſe ſcribit, in primis 2, 11. ubi ex illo etiam mari ducit. Idem 1, 203. latiſſime ponit et cum Atlantico coniungit. Eodem autem ſenſu intelligi debet, quando narratur, populum Iſraeliticum ים סוף, ἐρυθρὰν θάλασσαν Graecis interpretibus (Exodi 13, 18. —) transiiſſe. Contra alii mare rubrum de ſinu Perſico dicunt, ut locorum adpoſita nomina docent. Sic Molo, Mediae ſatrapa, ſub Antiocho M. Seleuciam ad Tigrim capit, ſubactaque Babylonia et rubri maris regione, Suſa contendit. (Polyb. 4, 48. Cf. ibid. cap. 46. 54. 13, 9.) Perſidis partem ad mare rubrum ponit Nearchus p. 34. Hudſ. et terminum Perſici imperii ſtatuit Xenophon Cyrop. 8, 6, 20 ſq. 8, 8, 1. cum Plinio 6, 26. Traianus per Tigrim, capta Cteſiphonte, in mare rubrum ſubvectus eſt. (Eutrop. 8, 3. Dio 68, 28. qui diſerte monet, mare illud rubrum Oceani eſſe partem.) De Tigride idem tradunt Herodot. 1, 189. 6, 20. Diodor. Sic. 19, 17. Seneca in Troad. v. 11. Strabo 11. p. 364. f. 529. Curt. 5, 1, 15. Vibius p. m. 18. Sed plura loca conlecta dabunt Cuper. in obſervatt. 4, 8. ubi etiam de ſinu Arabico diſſerit, Schwartz. ad Cellarii Geogr. ant. 3, 10, 46. Reimar. ad Dion. c. l. Weſſeling ad Diodor. 2, 11. et Schweighaeuſer. ad Polyb. 5, 46. omninoque Relandus in diſſ. de rubro mari in eius miſcellan. P. 1. p. 59 ſqq. differt. 2, 6. Diſerte vero ita Perſicum ſinum vocari, adfirmant

Suidas ſ. v. ἐρυθρὰ θάλασσα, Paraphraſtes Dionyſii ad v. 607. Cf. Politus in animadverſ. ad Dionyſ. lib. 3. c. 16. p. 238. ubi plura omnino de rubro mari leguntur. Alii mare rubrum plane diſtinguunt a ſinu Arabico et Perſico, in quibus Marcianus in periplo pag. 13 ſqq. (Hudſon.) Cf. etiam Salmaſ. ad Solin. c. 1. p. m. 342. et 345. qui hinc explicat, cur alii τὰ τῆς ἐρυθρᾶς στενὰ pro faucibus Arabici ſinus, alii pro intimo receſſu ponant, prout eum a mari rubro excludunt, vel illi adiungunt, uti et diſcitur in univerſum ex Procopio de B. P. 1, 19. Nec magis conſentiunt, qui, excluſo utroque ſinu, de mari rubro eiusque terminis loquuntur. Herodotus 1, 203. uti iam notavi, mare illud, quod Graeci navigant extra Herculis columnas, Atlanticum et rubrum vocat, idemque et unum eſſe dicit, i. e. cohaerens, quia obponit Caſpio, quod per ſe eſt, nec cum alio commiſcetur. Strabo 16. pag. 526. ſ. 765. eo nomine complectitur mare auſtrinum extra Arabiam et utrumque ſinum, Arabicum et Perſicum. Marcianus in periplo p. 13. (Hudſ.) utrumque ſinum discernit a mari rubro, Arabiam ipſam ad mare rubrum, quod incipit ab anguſtiis eius ſinus, et Homeritas in Arabia ad initium rubri maris, quod ab Indico excipi ait, promovet. Cf. pag. 11. et 15. Ex quo conficitur, ſinum Perſicum, etſi eum ſeparatim, ut Arabicum, memorat, ad Indicum potius ab ipſo referri. Ita nempe diſerte ſcribit pag. 14. egreſſo ſinum Perſicum ad ſiniſtram occurrere mare Indicum. Agathemerus 2, 11. ab Indico mari progreſſus, ſubiicit Carmanium, rubrum, quod cum illo coniungatur, ubi oſtium ſinus Perſici ſe aperit. Poſt rubrum mare ponit ſinum Arabicum, poſt hunc et reliquam rubri maris partem mare Aethiopicum iuxta Barbariam. Et ſic 2, 6. ſinum Arabicum partem facit rubri maris, quo nomine etiam illum vocat 1, 2. Plinius, qui 6, 28. ſ. 24. mare rubrum in duos ſinus dividi ſcribit, in Arabicum tamen influere addit mare Azanium, cuius quidem initium

facit 6, 34. f. 29. a Ptolemaide, cognomine Epitheras. Azania autem, unde vocatum, vicina eſt Aethiopiae regio ſecundum Ptolemaeum 4, 8. qui 4, 7. adpellat mare Barbaricum ad Raptum promontorium pertingens, et rubro mari vicinum facit, uti per nexum et ſeriem Plinius. Ab altera parte orientem verſus mare rubrum, quod ab utroque ſinu ſeparatum deſcribit Ptolemaeus 6, 7. idem connectit 6, 8. in. cum ſinu Carmanio et hinc cum mari Indico, in quo etiam inſulas Carmaniae adiacentes extra ſinum Perſicum ponit. Plinius 6, 28. f. 23. rubrum mare verſus orientem a ſinu Perſico incipit, in quem irrumpat. Ita vero, quia Carmanium mare ignorat, coniungere videtur cum mari Indico, a quo etiam rubri maris terminos ad receſſum ſinus Arabici, Procopius de B. Perſico 1, 19. ab Indico mari extendit ad Arabici ſinus intimos receſſus. Subiicit tamen, aliis rubrum mare dici, quod extra ſinum Arabicum incipiat ab Aethiopibus Auxomitis. Latiori ſenſu Arrianus in periplo mare rubrum intelligit et deſcribit. Incipit enim ab Aegypti portu Μυὸς ὅρμῳ, qui eſt in ſinu Arabico, et complectitur inde reliqua a mari Indico. Idem tamen in Indicis ſeparatim ponit Arabicum ſinum, quem Oceani facit cap. 43. in. etſi a ſinu Arabico in mare rubrum perveniri poſtea ſcribit. Ad mare rubrum ponit Perſida cap. 40. ſinum Perſicum poſt Carmaniam cap. 27. Ab his omnibus ſeparat mare Indicum c. 20. Mare igitur Erythraeum ibi poſt ſinum eſt Perſicum verſus Indiam. Sed ea fere ex Nearchi ſententia refert, qua etiam *Organa* inſula, in qua Erythras regnavit, ad Carmaniam ponitur, et mare vicinum inde ἐρυθρὰ θάλασσα incolarum teſtimonio dictum erat. Ita et Curtius 8, 9, 14. verſus Indiam illud reiicit. Cf. 3, 9, 9. ubi Bactrianos, Sogdianos et Indos eius accolas facit, et 10, 1, 13. Ita etiam diſerte Livius 45, 9, 6. ubi plura indicabunt viri docti. Dionyſ. v. 38. prope Indicum ad auſtrum ponit Erythraeum et Aethiopicum.

Mare, quod totam Aſiam a meridie adluit, ſic veteribus dici contendit Relandus c. l. Tom. 1. pag. 65 ſqq. ubi omnino plura reperies. Sic latiſſime Suidas ſ. v. Ῥωμαίων ἀρχή, quam ad orientem limites habuiſſe dicit Indos, mare rubrum, Nilum, catarrhactas et paludem Maeotida, quod quidem valet de poſteriori aetate. Ita Herodotus 4, 37 ſqq. modo latius de auſtrali oceano, (cf. ſupra) modo artius de utroque eius ſinu intelligit. Cf. de varia ſignificatione, quos memorat Beckius ad Ariſtophanis aves v. 145. Adparet ex his, quam vaga olim fuerit inconſtansque rubri maris adpellatio, quae ab Idumaeae litore per ſinum univerſum Arabicum non ſolum, ſed et per Oceanum Auſtralem, qui Arabiam et Indiam adluit, producta eſt. Alias ex nexu intelligi debet, quae rubri maris pars intelligatur, quod bene docuit Ludolf in commentar. ad hiſtor. Aethiop. 1, 26, 6 ſq. Noſter eius principia ducit ab Indico pelago, uti adparet ex cap. 7. et ad Aethiopiam terminat, etſi Indico mari illud latiori ſenſu complectitur 1, 2. in. Hodie, quod refert Iuan in Allgem. Reiſen, Vol. 1. pag. 226. rubri maris nomen ignorant accolae, qui unice vocant *mare Meccae*, quod quorſum valeat, inde diſcitur. De mari rubro praeter auctores paſſim commemoratos vid. d'Anville in Memoires de l'academie — de Paris Tom. 35. p. 591 ſqq. et Vincent commentar. in Arriani periplum, unde excerpta leguntur in Zach Monatliche Correſpondenz T. 3.

ſive quia) Variae exſtant auctorum de cauſa nominis ſententiae, quarum quidem noſter duas adfert. Sunt autem omnino hae: 1) a colore aquarum, quem vel omnino memorant, vel ducunt aut a ſolis repercuſſu et radiorum rubrorum in mare iactu, aut a vicinorum montium inluminatione rubra et rubri coloris effuſione. Vid. Agatharchides de mari rubro p. 2. (Hudſon.) ex eo Strabo 16. pag. 535. ſ. 779. Curtius 8. 9, 14.

Plinius 6, 28. f. 23. Beda de natura rerum c. 42. Agathemer. 2, 11. Uranius lib. 2. Arabicorum apud Stephanum f. v. ἐρυθρὰ θάλασσα, Suidas f. eadem voce, Euſtathius ad Dionyſ. v. 38. aliique, qui tamen fere ad unum omnes id reiiciunt. Aquas quidem rubras eſſe, etiam hodie negant viri, qui id explorarunt, immo perlucidas eſſe quidam adfirmant, ſed a variis coraliorum, quae in mari rubro naſci tradit etiam Plinius 32, 11. f. 2. generibus hunc vel illum colorem aquam fumere. Cf. Ruan Allg. Reiſen Vol. 1. p. 206. Lobo voyage d'Abiſſinie (ed. 8.) Tom. 1. p. 51 ſq. qui dicit, aquas eius non differre ab Oceano; rubram eſſe, ubi ſubſit multa herba, *Ouemon*, qua ex imo ſublata et producta, rubrum etiam colorem evaneſcere. Cf. etiam Bruce Reiſen Vol. 1. p. 288. etſi idem antea p. 238. a rubro ſimul montium vicinorum colore petit, miraturque adeo, cum vanae ſint aliae cauſae, cur nullus ſcriptor hanc cauſam adtulerit; 2) a vicinorum montium rubro colore. Euſtathius ad Dionyſ. c. l. Inde terram, pluviis ſolutam, mare tingere. Stephanus c. l. et Euſtathius; 3) a fonte quodam, qui aquam rubicundam ac minio plenam in id mare emittat. Ita Cteſias Cnidius apud Strabon. c. l. et inde Euſtathius c. l. Fontem illum in litore eſſe, et, ſi oves biberint, velleris colorem mutare addit Varro apud Solin. cap. 36. f. 33. Cf. etiam Martianus Capella lib. 6. p. 219. (Grot.) Quae quidem nemo ſerio refutet, ſerio minime dicta; 4) ab arena, vel terra rubri, minii colore, quae aquis ſit ſubiecta. Cf. Euſtath. c. l. itaque ex peregrinati teſtimonio hic comprobat Vadianus, etſi aliorum teſtimoniis coarguitur; 5) quod rubens et ἐρυθρὸν omne ſoleat vocari, quod aeſtu calet, et ſub zona torrida ſeu rubente poſitum eſt. Coniectura haec eſt Relandi diſſ. P. 1. p. 78 ſqq. quam probabilem iudicat Reimarus ad Dionem 68, 28. ſed iam olim cum aliis memoravit Strabo 16. p. 535. f. 779. Euſtathius c. l. παρὰ τὸ πυροῦσθαι μάλιστα τῷ ἡλίῳ τὸ ἐκεῖ κλίμα;

6) ab *Edom*, de quo ſupra dictum eſt; 7) a *Suph*, alga, vel iunco. (Vid. ſupra.) Eam cauſam probat Lobo (voyage d'Abiſſinie ed. 8.) T. 1. p. 53, et *Suph* ad herbam refert in Aethiopia cognitam, forte *Gamemon*, quae ſubnaſcens paſſim undis rubrum colorem efficiat. Refutat tamen eam propter cauſae eius levitatem le Grand ad c. l. diſſert. 6. T. 1. p. 326 ſq. 8) ab Erythra rege; et ſic plerique veterum, reiectis aliis cauſis. Cf. Agatharchides c. l. ex quo Strabo repetit. Dio 68, 28. Priſcian. v. 606. Curtius 8, 9, 14. Philoſtratus in vita Apollonii 3, 50. extr. Arrianus in Indicis cap. 37. Plinius c. l. Solinus cap. 56, f. 33. Martian. Capella 6. p. 219. aliique cum Noſtro. Refutavit tamen praeter alios in primis Relandus in diſſertatione notata. Neque omnino ἐρυθρὸς ab Erythra rege dici poteſt, ut recte Salmaſ. ad Solin. c. 33. p. m. 341, immo ἐρύθριος ſ. ἐρυθραῖος. Cf. ſupra in. Ceterum de nominis cauſis opiniones varias illas, vel omnes, vel pleraſque commemorarunt Strabo, Plinius, maxime Agatharchides, Euſtathius c. l. et ex iis Rademus et Freinshem. ad Curt. 8. 9. 14. De ipſo Erythra deinceps.

Erythraeis) Gr. Ἐρυθραῖος, ex quo adparet, male a multis, hodie etiam vocari *Erythrum*. Cf. Salmaſius ad Solin. c. 33. p. m. 341. Pro eo Ἐρυθραῖον βασιλέα dixit Dionyſ. v. 607. et inde *Erythraeus rex* Priſcian. v. 606. et Avien. v. 796. Scilicet eodem modo, quo τὸ ἐθνικὸν, vel τοπικὸν, ſimplicis nominis faciunt periphraſin, uti Romana, Syracuſana urbs, et alia. Cf. Salmaſ. c. l. At de ipſo hoc Erythra, unde nomen mari adhaeſit, variae narrationes feruntur. Plerique adpellant regem, ἔθνος Stephanus. Clinias Perſei, qui ad filiam Cephei liberandam ex Argis in Aethiopiam et inde ad Perſas profectus ſit, filium facit, cui matrem Andromedam addit Martianus Capella lib. 6. pag. 220. Quod Agatharchides (p. 3.) ex Perſa quodam audierat,

ipso dissentire Plinium, qui 6, 26. f. 23. et 32. f. 28. intervallum faciat 50 M. P. pro quo 5 melius scribendum existimat. At latitudinem eius inter Arabiam et Carmaniam etiam facit 400 stadiorum Agathemer. 1, 3. quae efficiunt 50 M. P. Arrianus in periplo maris Erythraei p. m. 20. (Hudf.) habet 600 stadia circiter i. e. 75 M. P. Harmozon pr. commemoratur etiam a Marciano p. 21. quod Harmazum est Ptolem. 6, 8. Carmaniae omnino promontorium Plin. 6, 26. f. 23.

cervice) Collo. Nam Persicus sinus prope capitis effigiem habet, et introitus cervicis proceritatem. VARIANVS.

reddit formam) Uti Curtius 3, 2, 5. *scuta cetrae maxime speciem reddentia*, notante hic Ciacconio. *Forma* et *species* hinc coniunguntur, de quo Garaton. ad Cicer. in agrar. 2, 13. *Exemplum et effigiem virtutis reddere* dixit Liv. 26, 14. extr. Plinius 6, 28. f. 24. Nostrum secutus, sic: *situs eius humani capitis effigie.* Hinc velut *figuratio detornato finiri* scribit Ammianus c. l. Strabo 16. p. 526. f. 765. de forma rotunda sic: ἀπὸ τοῦ στόματος ἡ ἐν δεξιᾷ παραλία περιφερὴς οὖσα κατ' ἀρχὰς μὲν ἀπὸ τῆς Καρμανίας πρὸς ἕω μικρόν, εἶτα πρὸς ἄρκτον νεύει, καὶ μετὰ ταῦτα πρὸς τὴν ἑσπέραν μέχρι Τεριδόνος καὶ τῆς ἐκβολῆς τοῦ Εὐφράτου. Κυκλοτερὴς vocatur ab Agathemero 1, 3. Adluit oram Carmaniae, Persidis, Susianae et partim Babyloniae, et ab altero latere Arabiam, paulloque minor est, quam Pontus Euxinus, uti monet Strabo, qui et utrumque latus ab ostio ad Teredonem et retro pari longitudine esse affirmat, unde conficiuntur 20,000 stadia, quod etiam habet Ammianus c. l. Ponti ambitum facit Strabo 25,000 stadiorum, ut alibi dictum est. Marcianus pag. 32. aliquantum minuit, forte corruptus, dum ponit stadia periph 6750. Cum Strabone consentiunt Agathem. 1, 3.

et Plinius 6, 28. f. 24. in 25,000 paſſibus; quem vel ipſi, vel librarii male reddiderunt, Solinus 58. f. 54. et Martian. Capella lib. 6. p. 225. Plura dabit d'Anville ſur le Golfe Perſique in memoires de l'academie — de Paris T. 30. p. 132 ſqq. et de eius vetere forma vid. Heeren in Commentatt. — Goetting. Vol. 13. p. 1593 ſqq.

§. 3. *Arabici)* Gr. κόλπος Ἀράβιος, ſaepe. In Dionyſio v. 924. et alibi Ἀῤῥαβικός; *ſinus Arabus* apud Avien. in deſcr. orb. v. 1199. Temere a quodam paludem olim habitum eſſe notat Strabo 1. p. 32. f. 47. *Arabias mare* videtur, certe ex parte, vocare Plin. 12, 41. f. 18. Plura d'Anville in deſcription du Golfe Arabique. Vid. ad calcem Memoires ſur Egypte p. 219 ſqq. et in primis nuper Goſſelin ſur la Geographie — des anciens Tomo 2. In S. S. vocatur יַם־סוּף; de quo ſupra. Arabes vocant *Bahr-Kolzum* q. e. abſorbere. Vid. d'Anville c. l. pag. 220. Eius fluxum et refluxum memorat Herodot. 2. 11. cum Diodoro 3, 38. praeter alios, unde calumnia orta in tranſitum Iſraelitarum.

ὸs artius) Στόμα eius στενὸν παντάπασιν dicit Strabo lib. 2. pag. 69. f. 100. Anguſtiſſimum eſt κατὰ Δειρήν, teſte Strabone 16. p. 529. f. 769. nempe 60 ſtadiorum, etſi addit ſua aetate non illa στενὰ dicta eſſe, ſed ultra, ubi traiectus eſt 200 ſtadiorum, ſex quidem inſulis ſic contiguis, ut aegre tranſitus pateat. Sic 60 ſtadia habent Arrianus et Agathemerus, conſentiente Timoſthene apud Plinium, qui numeravit 7 M. P. ex Harduini quidem emendatione a Codd. adiuta. Mox tamen Plinius fauces hiberno orienti obverſas ab aliis 6 M. P. aliis 12 M. cenſeri patere ſubiicit. Poſt anguſtias etiam in mari rubro Δήρην (ſic enim ille) urbem in promontorio ponit Ptolem. 4, 7. ex quo et Strabone diſcitur, fuiſſe in Aethiopia, cui teſte Artemidoro apud Strabonem c. l. oppoſitum erat in Arabia ipſa *Acila*, vel, ut eſt in ſcriptis,

Ocila; in Ptolem. 6, 7. *Ocelis* (per ῑ) emporium. In Plinio 6, 26. f. 23. eſt *Ocelis*, ſed 12, 42. f. 19. *Ocila*, ubi dicitur portus Gebanitarum. Ita Arrian. p. 14. (Hudſ. per ῑ) non tam vicum, quam portum et aquationem eſſe adfirmat. Habet etiam 60 ſtadia Arrianus p. 14. (Hudſ.) ſed anguſtias illas ponit iuxta Avalitem et Ocelin, uti p. 5. quod parum refert. Inde corrupti videntur numeri in Diodoro Sic. 3, 38. qui latitudinem et oſtii et receſſus facit 16 ſtadiorum. Quod Lobo in voyage d'Abiſſinie T. 1. p. 41. (ed. 8.) ſinum Arabicum incipere proprie ait a promontoriis *Gardafui* et *Fartaqui*, et inde protendi ad *Babelmandel* per ſpatium miliariorum 150, (lieues) aperte id intelligit de externo mari ſ. parte rubri maris. At contra de ſinu valet, quod ante p. 43. ſcribit, rubrum mare incipere ab inſula *Babelmandel* et inde ad *Suez* progredi.

latitudo) Ita omnino ſinum Arabicum deſcribunt auctores. Herodotus 2, 11. dicit μακρὸν κ. στενόν. Agathemerus 1, 3. στενὸν κ. τρομώδη et Oroſius 1, 2. p. 15. (Haverc.) *ſinum longo anguſtoque ſulco ſaxis inſulisque creberrimo.* Βράχους ἔμπλεων Θάλασσαν vocat Procop. de Bello P. 1, 19. Hinc etiam Strabo 2. p. 69. f. 100. comparat cum fluvio. Bidui navigatione in latitudinem taxaverat Timoſthenes teſte Plinio 6, 33. f. 28. At dimidii diei navigationem, vel ubi latiſſimus ſit, ponit Herodot. c. l. Latitudinem a plerisque 475 M. P. prodi ſubiicit Plinius 6, 33. f. 29. Neque tamen aeque lata eſt undique. Ita diſerte Diodor. Sic. 3, 38. dicit, a Panormo portu ad obpoſitam continentem unius diei navigatione extendi, diſtantiam autem maximam eſſe circa Tyrcaeum montem et Macariam, ubi terrae obpoſitae conſpici non poſſint.

receſſus) Graecis eſt μυχὸς, ubi ſinus poſt longum in terras excurſum definit. Μύχατον πόρον vocat

Dionyſ. v. 924., qui addit, inter Syriam Arabiamque volvi, paulumque ad orientem converti et inde ad Elanos i. e. Elanitas. Ita nempe pro Σελανῖτ. leg. eſſe dudum monuerat Salmaſ. ad Solin. cap. 33. p. m. 342. evincuntque Priſcian. v. 867. et Avienus v. 1103. ubi illum locum referunt. Nempe ex ἄχρις Ἐλανῶν adhaeſit τὸ σ. Receſſus autem eius vocatur Αἰλανίτης, uti diſerte notat Marcianus pag. 9. (Hudſ.) Idem μυχὸς Ἐλανίτης Straboni 17. pag. 557. f. 809. Promiſcue enim efferunt auctores per αι et ε, uti pluribus docuit Salmaſ. ad Solin. cap. 33. p. m. 342. Alias ſcribendi varietates adtulit Cellarius in Geogr. ant. 3, 14, 31, quarum cauſae intelliguntur ex Plinio 6, 32. f. 28. *Aelana* enim urbs, unde nomen aliis, aliis *Elana* dicta eſt, et ſic etiam Λαιανίτης apud Agatharchidem pag. 57. (Hudſ.) Vid. Bochart. in Chan. 1, 44. Salmaſ. c. l. et Weſſeling ad Diodor. Sic. 3, 43. Omitto alias corruptiones, quas paſſim adfert Marciani periplus. Cf. etiam Holſten. ad Stephanum pag. 16, qui notat, a quibusdam κόλπον Αἴλα, f. quod vult Berkelius, Αἴλαν vocari, uti urbs ipſa apud Procop. de B. Perſ. 1, 19. in. dicitur Αἴλας, quam geographi dant in illo receſſu ſitam Arabiae. Hinc et ſinus Aelaniticus f. Elanitic. Vid. de urbe Politus in animadverſ. in Euſtath. ad Dionyſ. 2, 16. p. 240. Plerique vocant κόλπον, et Procopius c. l. ibi πορθμὸν ἐς ἄγαν στενὸν γίνεσθαι ait. Spectabat orientem et adiectam habebat Arabiam Petraeam et Nabataeos. (Strabo 16. p. 534. f. 777.) Inde Aegyptum verſus in receſſu alter ſinus fuit, quem, teſte Plinio 6, 33. f. 29. *Aeant* vocarunt, in quo fuit *Heroum oppidum*, Ἡρώων πόλις apud Strabon. 16. p. 522. f. 759. Atque ita Geneſ. 46, 27. 28. Alexandrini vertunt Hebraicam vocem גֹּשֶׁן. (Goſen.) *Heroopoliticum* inde vocari refert Plin. 5, 12. f. 11. qui κόλπος Ἡρῶος eſt Theophraſto in hiſt. plant. 3, 8. Urbs eadem Stephano eſt Ἡρώ, ubi et pleniorem ſcripturam Strabonis notat. Cf. ad Antonini itin. pag. 170. (Weſſel.) In eodem ſinu

Strabone 16. p. 553. f. 804. ponitur etiam *Cleopatris* urbs, quam ab aliis idem *Arſinoen* vocari dicit. Hodie ex nonnullorum ſententia vetuſtum nomen ſervat, *Herou*. Alii *Sues* eſſe arbitrantur, uti notat Harduinus ad Plin. 6, 33. f. 29. Addit, ſe ex teſte locuplete et αὐτόπτῃ audiiſſe, in acumine ultimo leucam unam latitudine non excedere, inde per leucas 12 paullatim creſcere usque ad latitudinem 3 leucarum. Quod refert d'Anville deſcription du Golfe Arabique (vid. ad calcem memoires ſur l'Egypte) p. 222. hodie vocatur *Bahr-Aſſuez*. Nempe *Suez* creditur aliis olim *Arſinoe*, aliis *Heroum oppidum* fuiſſe. Celeberrimum hunc ſinum fecit tranſitus Iſraelitarum ex Aegypto profugorum, quem vulgo factum credunt, ubi h. eſt *Suez*. Niebuhr tamen Reiſebeſchr. nach Arabien Vol. 1. p. 254. prope rudera urbis *Koſſum* ponit, quia prope *Suez* nimis ſit ille ſinus angustus. Cf. idem von Arabien pag. 404. Prodigii eius memoriam apud accolas ſervatam eſſe, diſcitur ex Diodoro 3, 40. In eodem μυχῷ ſinus Arabici a Strabone 10. p. 553. f. 804. ponitur Arſinoe, Cleopatris etiam ab aliis adpellata, quae cum alia Aegypti Arſinoe non debet confundi. Vid. Weſſeling ad Hieroclis ſynecdem. pag. 725. Eandem et Plinius 4, 12. f. 11. rubri maris oppidum vocat, et 6, 33. f. 29. in ſinu *Charandra* conditam dicit, unde peculiare hic μυχὸς nomen habuiſſe videtur. Iſthmus autem hic a ſinu Arabico ad mare internum pertingit, (Marcianus p. 6. Hudſ.) et a Gaza ad ſinum Elaniticum pedeſtri itinere verſus meridiem ſtadia continet 1260, (id. p. 10.) a Peluſio ad Heroopoliticum ſtadia 900, vel ſecundum Poſidonium paullo pauciora 1500. et ſerpentibus infeſto itinere. (Strabo 17. p. 552. f. 805.) Plinius 5, 12. f. 11. inter Aelana et Gazam intervallum facit 150 M. P. i. e. 1200 ſtadiorum. Idem c. l. ex Agrippae narratione a Peluſio Arſinoen, quam in intimo receſſu poſitam ſupra notavi, per deſerta 125 M. P. i. e. 1000 ſtadia removet, ſed ab Aegyptio mari 125 M. P. 2, 68. Ceterum de receſſu

vel μυχῷ diverſa eſt in auctoribus notatio et locorum hinc conlocatio. Sic *Poſidium* promontorium Diodor. Sic. 3. 42. in. ponit ἐν τῷ μυχῷ, Ptolem. μετὰ τὰ στενὰ τοῦ Ἀραβίου κόλπου. Nempe quia rubrum mare alii pro ſinu Arabico uſurpant, alii pro mari Oceano. Vid. pluribus Salmaſ. ad Solin. cap. 33. p. m. 345. ubi exemplis inluſtravit.

longa) Varie longitudinem notant auctores. Herodotus 2, 11. ſi quis remorum ope utatur, ex receſſu in apertum mare 40 diebus navigari dicit, de quo iudicari poteſt ex iis, quae ad 2, 7, 6. adtuli. Certiorem alii menſuram adferunt. Sic Strabo 2. pag. 69. ſ. 100. ad fauces usque habet ſtadia 10,000, quot Agathemerus 2, 14. quae efficiunt 1250 M. P. non 1333. uti falſo legitur. Hic tamen 1, 3. ab Heroopoli ad Ptolemaidem ἐπὶ θήρας habet ſtadia 9000, et a receſſu Elanitico in Arabiae latere ſtadia 14,000, quod duxit vel ex Strabone 16. p. 528. ſ. 768. vel, quos hic teſtes producit, Alexandro et Anaxicrate. De longitudine etiam diſerit ex aliis Plinius 6, 33. ſ. 28. eoque teſte Timoſthenes taxaverat totum ſinum quatridui navigatione; Eratoſthenes ab oſtio XIII M. in quamque partem, Artemidorus Arabiae latere XVII quinquaginta M., Troglodytico XI 37 M. P. Agrippa XVII 22 M. P. ſine differentiis laterum.

paene) Mirum hoc, cum ad receſſum eius ſitae ſint Aegypti urbes. Conſtat tamen ſibi infra, ubi vid. §. 7.

Caſium) De eo ad 1, 10, 3. in.

faſtigio) Trans oſtium ſtatim, quantam poteſt amplitudinem occupat, mox ſeſe faſtigat, eſtque anguſtiſſimus, ubi intimus. VADIANVS.

minus —) Pro magis magisque anguſtus. Sic Caeſar de B. G. 5, 1. *minus magni fluctus.* Nepos in

Timoleonte 3, 3. *minime multa veſtigia ſervitutis.* Ita tamen apte propter ſuperiora ad anguſtias tranſit, quae inde contrahuntur.

§. 4. *Chelonophagi)* Qui oſtreis veſcuntur, ſ. teſtudine, quae Graece χελώνη dicitur. Hae, ut Plinius lib. 9. [c. 12. ſ. 10.] tradit, adeo in Indico mari magnae ſunt, ut ſingularum ſuperficie habitabiles caſas integant. Strabo lib. 16. [p. 532. ſ. 773.] adeo magnas in alio loco reperiri ſcribit, ut Chelonophagi in eis navigent. VADIANVS. De navibus idem Plinius. De domibus et cibo 6, 28. ſ. 24. De cibo etiam Solin. cap. 54. ſ. 57. De magnitudine teſtudinum, quae cibis, vaſis, domibus, navibus inſerviant, multa adferunt etiam Agatharchides de mari rubro pag. 34. (Hudſ. ſeu apud Photium cod. 250. cap. 19. pag. 1350. ed. Schotti) Diodor. Sic. 3, 21. Aelianus H. A. 16, 17. De illorum comeſtione vid. quos laudat Buffon allgemeine Natur-Geſchichte (Berolini) T. 6. p. 311. At in illorum ſedibus ponendis diſcrepant auctores. Cum Noſter progrediatur ab Indico mari ad mare rubrum, uti docet cap. 7. quod aperte reſpicit verbis *ab his, quae diximus*, prope Perſicum ſinum eos poni intelligitur. Non igitur circa Arabiam, quod viſum erat Ortelio ſ. v. Chelonophagi. Sic Plinius 6, 28. ſ. 24. iis adſignat Carmaniae angulum, ubi *Oritae* Nearchi. Cum Plinio conſentiunt Solinus c. l. Marcianus, in periplo p. 22. (Hudſ.) et Ptolemaeus 6, 8. Contra Strabo c. l. ponit ad Arabici ſinus latus, quod Aethiopiae et Troglodytis obiacet. Atque ſic etiam Agatharchides et Diodorus cc. ll. Arrianus eos plane praeteriit. Cauſa haec eſt, quod tam in Aethiopiae ea parte, quam in Indico mari piſcatio teſtudinum fuit celebris. Hinc in Indico mari prope Taprobanen maximas procreari et capi, narrat Aelianus H. A. 16, 17. et de Troglodytide 17, 3. Vid. quae diſputat Salmaſ. ad Solin. c. 54. ſ. 57. p. m. 837.

Carmanii) Regio Graecis Καρμανία, incolae Καρμανοὶ vel etiam Καρμάνιοι, de quo monui in not. crit. p. 263 ſq. Ducitur inde Καρμανὶς, veluti ἄκρα apud Dionyſ. v. 606. unde reddiderunt Priſcian. v. 664. et Avienus v. 795. Nomen, quod putat Bochartus in Phaleg. 4, 4. traxit a *Carman*, quod apud Chaldaeos aliosque Orientis populos ſignificet *vitem*, cuius abundantia et excellentia laudatur. Vid. infra. Terminos ab una parte conſtituit Mela; ad Indicum Oceanum conterminos habebat Ichthyophagos, (Strabo 15. p. 495. ſ. 720. Nearchi paraplus pag. 21. Hudſi) quos *Indos maritimos* vocari a Curtio 10, 10, 8. putat Penzelius ad Strabonem Vol. 4. p. 2052. etſi, ſi Curtium conferas cum Nearcho p. 10. (Hudſ.) proprie Oritas ſic reddidit, non tamen excluſis Ichthyophagis, cum ab Indis illis in Carmaniam transiiſſe narrat, quod de Ichthyophagis, qui erant Oritis conterminis, refert Nearchus. Proprie ii erant Gedroſiae populi. Infra Gedroſiam enim ad mare ponit Nearchus pag. 11. (Hudſ.) Arrianus vero pro eo de exped. Alex. 6, 23. Gedroſorum regionem ad mare defertam dicit, ibique tantum piſcatores inveniri ſub parvis tuguriis degentes. Pro Ichthyophagis ab hac parte Indicum pelagus ponit Marcianus in periplo pag. 20. (Hudſ.) Idem ab oriente habet Gedroſiam, ab occaſu Perſida. Verſus ſeptemtrionem erat Parthia, (Ptolemaeus 6, 5. Agathemer. 2, 6. Cf. Strabo 15. p. 499. ſ. 726.) Perſidis initium erat a promontorio *Temiſtea* et *Aphrodiſiade* inſula, (Plinius 6, 28. ſ. 25.) quae Nearcho p. 31. ſunt prius *Tarſias*, poſterior *Cataea*. Carmaniae oram patere duodecies centena M. P. ex Nearcho refert Plinius 6, 27. ſ. 23. cum ille habeat 3700 ſtadia, quae efficiunt 465 M. P. At ſic complectitur tantum Carmaniae litus ad ſinum Perſicum, cum alias cap. 28. ſ. 24. inconſtanter recentiores terminos praeferat, ubi Chelonophagos in Carmaniae angulo ponit. Marcianus tamen p. 20. qui cum Ptolemaeo 6, 8. a *Bagrada* fl. ad Perſida incipit, inde ad *Carpellam* promontorium

numerat ſtadia 4250, a *Carpella* porro ad *Muſarna urbem* in Gedroſiae confinio 5350, quae ſummam conficiunt ſtadiorum 9600, non, ut ibi editur, 1200. Quod igitur ex Nearchi paraplo diſcitur, habitarunt olim in ora maritima inde ab Indo fluvio *Arabies.* (aliis, quod et ibi volunt, *Arbies*, vel *Arbii*, *Arabitae.*) Vid. Harduin. ad Plin. 6, 25. ſ. 23. et Wernsdorf. ad Priſcian. v. 1008. Oritae ſub Gedroſia, Ichthyophagi ad Carpellam promontorium ſinus Perſici, Carmanii, Perſae. Ita ſeriem populorum deſcribit etiam Strabo 15. pag. 495 ſq. ſ. 720 ſq. Cf. etiam Diodor. 17, 104 ſq. De ipſis populis illis vid. Salmaſ. ad Solin. cap. 54. ſ. 57. p. m. 858. et de eorum ſitu. Poſt Oritae, qui Arbie ſi. ab Arbibus diſterminabantur, et Ichthyophagi Carmaniae fuerunt adſcripti, et hinc bifariam diſpertiti Carmanii, quorum *οἱ μὲν ὑπειράλιοι, τοὶ δ' ἔνδοθεν ἠπειρῶται*, uti eſt apud Dionyſ. v. 1085. *Litora pars habitant, mediae pars limina terrae* Priſcian. v. 993. Poſt Carmanios ponit Gedroſios, Oceano vicinos. Etſi enim ſubiicit Oritas et Arbies citra Indum, adparet tamen Carmaniis eos tribui. Duplicem enim poſteriores auctores proferunt Carmaniam, cuius alterutram in maximis Perſiae provinciis Ammianus 23, 6. pag. 284. (Gronov.) vocat *Carmaniam maiorem;* alii deſertam unam, alteram ſimpliciter Carmaniam, in quibus Ptolemaeus 6, 6. et 8. Marcianus in periplo pag. 20. (Hudſ.) Veram Carmaniam vocat alteram Agathemer. 2, 6. Deſertam Parthiae ſubiacere dicit, veram ad mare usque hinc permitti, in quo et alii conſentiunt. Antiquo ſenſu Carmanii in Mela recte intelligi poſſunt per ſitum commemoratum. Sed quod de iis narrat, ſi alios audias, ad Oritas vel Ichthyophagos potius referri debet, ultra habitantes, uti infra notabitur. Atque ſic miſcere, vel turbare videtur. In deſerta ad Parthiam neque oppidum, neque fluvium memoravit Ptolemaeus, at frequentem iis facit Carmaniam veram. Subegit Carmaniam olim Ninus, (Diodor. 2, 2.) poſt paruit Perſis, quorum rex, Cyrus,

Tanyoxarcen (Smerden vocat conſtanter Herodotus) filium iuniorem, Carmaniis dominum conſtituit. Atque hinc Perſidis provinciis maximis Carmaniam adnumerat Ammianus c. l. Indiae regionem igitur laxe facit Stephanus, cui etiam Oritas adſcribit, cum tamen utraque regio cis Indum, Indiae terminum, fuerit ſita. Sic et *Arbin* et *Arabin*, qui iidem, fluvium facit Indiae. Nempe quia teſte Nearcho in paraplo p. 4. (Hudſ.) Arbies genus fuere Indicum. Vid. Berkel. ad Stephan. p. 152. Ita Carmanios vocat Indos Philoſtrat. in vita Apollonii 3, 55. et Gedroſios Stephanus ſ. v. Γεδρωσία Indicam gentem facit, et alibi (ſ. v. Κέδρωσσοι) ad mare rubrum ponit. Sic Ὠρίτας gentem Indicam facit Stephanus h. v. Nempe, quod Plinius 6, 25. ſ. 20. adfirmat, cis Indum etiam aliquas regiones, 4 ſatrapias, adiiciunt, in quibus hac parte Gedroſia. Alexandri tempore, ſub Dario ſatrapas etiam habuiſſe, docet Nearchus pag. 29. (Hudſ.) Memoratur tunc, cum Alexander in Carmaniam veniſſet, Aſpaſtes a Curtio 9, 10, 21. 29. quem ob novarum rerum ſtudium interfecit Alexander. Succeſſit ei Sibyrtius, qui cum Thoante mortuo ad Gedroſiae et Arachoſiae ſatrapiam evectus eſſet, ipſe ſucceſſorem habuit Tlepolemum in Carmania. Ita forte componi ſeries narrationis apud utrumque ſcriptorem poteſt, in quo haeſit Freinshemius ad Curtium. De Tlepolemo ſuffragatur etiam Nearchus c. l. eidemque hanc ſatrapiam ſervavit Perdiccas poſt Alexandri mortem, (Diodorus Sic. 18, 3.) et Antipater. (idem 18, 39.) Satrapas habuiſſe etiam tempore Antiochi regis, cuius imperio hic fuit ſubiectus cum aliis, docet Polyb. 11, 34, 14. (Schweighaeuſ.) cum antea Antiochum Epiphanem in bello contra Ptolemaeum ducibus Medo et Macedone. Poſt cum Parthi Orientis regiones plurimas occupaſſent, ſui iuris fuiſſe videntur, quia a Parthis diſtinguuntur, ubi Artabanus regno Parthico a ſuis exutus, ad Hyrcanos et Carmanios, quibus per adfinitatem innexus erat, ſpe auxilii confugit. Vid. Tacit. Annal. 6, 36.

Oritas, qui ad Arbin fl. in Carmaniae poſterioris angulo habitabant, ἔθνος αὐτόνομον vocat h. v. Stephanus, ex Strabone puto lib. 15. p. 495. f. 720. Parthorum regnis adſcribit Plinius 6, 27. f. 23. conl. cap. 29. f. 25. et ibi Harduino. Vid. etiam Solin. c. 58. f. 55. Contra Perſis, qui et tunc reges Parthis ſubiectos habuerunt, dat Salmaſ. ad Solin. c. l. p. m. 843. Certe Iſidorus Characenus in Parthorum ditione ignorat Carmaniam. H. *Kerman. Vitium frumentique* feracem eſſe *arboresque pomiferas* alere praeter *oleas* narrat Nearchus p. 22. (Hudſ.) Conſentit, vel repetit Strabo 15. p. 499. f. 726. et Plinius 6, 27. f. 23. A vitibus nomen duxiſſe Bochartum ſupra notavi. Alias etiam Carmaniorum opes laudat Plinius, veluti *lapides pretioſos*, (36, 12. f. 8. 37, 33. f. 8. 47. et 48. f. 9.) *minium*, (33, 40. f. 7.) *arbores turiferas*, (12, 31. f. 14.) *ladanum*. (12, 37. f. 17.) Ceterum a Carmania adluens mare *Carmanium* dictum eſt, conterminum Indico et rubro. [Agathemer. 2, 11.] Denique totum hunc locum reddit iisdem paene verbis Boccatius de maribus ſ. v. *Perſicus ſinus*. Oram Carmaniae et Gedroſiae nuper (1797.) egregie expoſuit Vincent ad Nearchi paraplum. (Angl.)

veſtè) Quae deinceps ſequuntur, Nearchus, Arrianus, Curtius de Oritis et Ichthyophagis narrant, qui ultra Carmanios habitarunt fere, Oritae in primis, ſi Melae tempora ſpectes. Plinius 6, 28. f. 24. Nearcho et Mela conglutinato a flumine Arbi, unde Oritae incipiebant, quod ipſe Plin. 7, 2. refert, promontorium ipſum Carmaniae ab hominibus inhabitari ſcripſit, praeter capita toto corpore hirtis, coriisque piſcium veſtitis, quo nomine reprehenditur a Salmaſio ad Solin. cap. 50. f. 57. p. m. 839. etſi temere Harduinus diverſum hunc eſſe fluvium velit ab eo, qui Gedroſios adluat, et iuxta Carmaniae promontorium effluere. Oritas tamen Ichthyophagos coniungit Plin. 6, 25. f. 23. et poſt eos ponit

Carmaniam antiquo more. Ceterum ſic Agatharchides de mari rubro p. 27. (Hudſ.) Ichthyophagos ſuos, quos ab Arabia ad Indiam promovet, cum feminis nudos eſſe refert Diodorus 3, 15. qui illum ducem maxime ſequitur: τούτων τ. βαρβάρων τινὲς γυμνοὶ τὸ παράπαν βιοῦντες. Ferarum tamen pellibus ſe veſtiiſſe ſcribit Curtius 9, 10, 10. grandium piſcium Nearchus p. m. 10. (Hudſ.) διφθέρας ἰχθύων μεγίστων dicit Philoſtratus in vita Apollonii 3, 55. Ferarum δορὰς commemorat etiam Diodor. 17, 105. Ita vero noſtrum intellexiſſe, ſubiecta docent.

ac fruge) Deſertam et vaſtam regionem vocat Curtius 9, 10, 8. atque hac de cauſa Macedonas eam ingreſſos, ad famem redactos eſſe, ſcribit. Conſentit Nearchus pag. 13. (Hudſ.) σῖτός τε αὐτόθι οὐκ ἐνῆν. Idem p. 18. ὀλίγοι σπείρουσι, ubi et regionem vocat ἄδενδρόν τε καὶ ἄφορον καρπῶν ἡμέρων. Nec gramen habere Ichthyophagorum terram adfirmat p. 12. Farinam ex piſcibus toſtis molitam, frumenti parum habuiſſe idem p. 16. Pecoribus adeo pabuli loco farinam ex toſtis piſcibus praebet Nearch. p. m. 12. 18. pro quo Philoſtratus in vita Apollonii 3, 55. piſcibus pecora ali, ut ficubus in Caria, narrat. Cf. etiam Aelian. in H. An. 15, 25. Idem in Thraciae loco fieri, narrat Athenaeus 8, 7. et apud Celtas Aelian. c. l. In locis deſertis regionem nec arborum, nec fructuum feracem eſſe, adfirmat Nearchus pag. 18. Conſentit cum Nearcho, duce ſuo, Strabo 15, p. 495. f. 720. Sic Gedroſiam, ſub qua ponendam eſſe hanc Carmaniae partem in Mela ſupra monui, verſus mare deſertam dicit Arrian. de exped. Alex. 6, 23. Contra Carmaniam antiquo ſenſu fertiliorem eſſe praedicat, quam Ichthyophagorum et Oritarum regionem, diſerte adfirmat Nearchus p. 22. (Hudſ.)

ſine pecore) Alia omnia ex Nearcho diſcuntur, etſi pecora piſcibus, vel facta ex piſcibus farina ali refert,

de quo proxime antea, Plutarchus in Alexandro cap. 66. ὀλίγα κ. ἀγεννῆ πρόβατα κεκτῆσθαι ſcribit, ſed piſcibus adſuetos fuiſſe addit.

ſedibus) Tamen οἰκεῖα eis tribuit Nearchus pag. 17. refertque p. 18. ditiores ea confeciſſe ex balaenarum oſſibus, tenuiores ex ſpinis piſcium. Ex conchis tuguria conſtruere refert Curtius 9, 10, 9.

volant) Vid. ſupra.

carne) Spectat id praecipue Ichthyophagos, quos inde nomen traxiſſe dicit Nearchus p. 17. ἰχθύας σιτέονται, καθότι περ κληΐζονται, etſi etiam Oritae nullum alium cibum noviſſe adfirmat Plinius 7, 2. quam piſcium, quos unguibus diſſectos ſole torreant, et ſic panem, teſte Clitarcho, ex iis conficiant. De pane, item polenta, ex toſtis piſcibus molitis idem Nearchus p. 16 ſq. De comeſtione carnis piſcium, quos ſole durant, etiam Curtius 9, 10, 10. De modo, quo piſces capiunt, aeſtu nempe maris recedente, Nearchus p. 17. et Diodorus 3, 15. quo farinam conficiunt, Diodor. 3, 16. ex Agatharchide maxime de mari rubro pag. 28. (Hudſ.) pluribus. Id vero maxime fieri in regionibus deſertis, ubi penuria ſit frumenti, cuius vicem praebeant, adfirmat Nearchus p. 18. Duplicem tamen rationem idem adfert p. 15. Qui verſus Oritas erant, crudis piſcibus alebantur, qui Carmaniis erant contermini, aſſatis in clibano. De utroque etiam Diodor. 3, 16 ſqq. Pecoribus adeo frumenti loco farinam abiici, antea dictum eſt. Alexandrum omnes Ichthyophagos piſcibus vivere vetuiſſe, refert Plin. 6, 25. extr. ſ. 23. et ex eo Solin. cap. 57. ſ. 54. Neque tamen noſtri Ichthyophagi cum aliis commiſceri debent, qui ad ſinum Arabicum ab Arriano in periplo rubri maris ponuntur, et ab Agatharchide p. 27. (Hudſ.) et Diodoro 3, 15. inde ad Carmaniam et Gedroſiam extenduntur. In aliis etiam

regionibus a Ptolemaeo Ichthyophagi commemorantur, qui in eo loco, ubi Nearchus habet Oritas, commemorat fere 6, 8. Chelonophagos, omninoque Carmaniae populi illius utriusque antiqui regionem adtribuit. De Chelonophagis res manifesta est in Plinio 6, 28. f. 24. Ad Gedrosiam refert Ichthyophagos Diodorus Sic. etsi diserte non nominat, uti docet series narrationis et morum descriptio 17, 105. Solinum, qui cap. 57. f. 54. scribit, Ichthyophagos post Indos montanas regiones tenere, castigavit Salmas. ad c. l. p. m. 828. Plinius 6, 26. f. 23. inde a Tubero (alii aliter) incipit longo tractu, ut dierum 20 spatio Nearchus praenavigaverit.

hirsuti) Plinius 6, 28. f. 24. Nostrum sic reddit: *praeter capita toto corpore hirti.* Eadem mutatio huius verbi alibi. Ubi enim Noster 3, 9, 5. dicit: *feminae toto corpore hirsutae*, ille 6, 36. f. 31. habet: *hirta feminarum corpora.* Atque sic reddidit Mela, quod in Nearcho p. 10. (Hudf.) est: τὰ ἄλλα σώματα δασέες, κ. τὰς κεφαλὰς, vel uti ex Nostro et Plinio recte emendat Salmasius ad Solin. c. 54. f. 57. p. m. 838. τὰ ἄλλα σώματος δασέες ἐκτὸς κεφαλῆς, ut κεφαλὴ sit facies. Blancardus ad Arriani Indica p. 557. hunc esse verbi δασὺς usum, ut hirtus sit, et λεῖος obponatur, pluribus docuit. Potest addi Hanno in periplo pag. 5. (Hudf.) qui δασείαι τ. σώμασι dixit, quae Mela *hirsutus*, Plinius *hirtus.* Curtius 9, 10, 9. illis tribuit *comas hirsutas et intonsas, et ungues nunquam recisos.* Conf. Diodor. Sic. 17, 105. Sic in extrema India hirtis corporibus homines esse tradit Gellius 8, 4. quos Plinius 7, 2. eadem voce usus vocat *Astomos.*

Cedrosii) Regio Graecis Γεδρωσία vel Κεδρωσία, Latinis *Gedrosia* et *Cedrosia.* Variatur enim. Illud plerique malunt, in his Strabo 15. pag. 496. f. 721. et alibi, epitomator lib. 15. p. 200. (Hudf.) Dionys. v. 1086. et

ex eo Priſcian. v. 994. et Avien. v. 1286. Nearchus p. 11. 21. Theophr. hiſt. plantar. 4, 5. f. Plutarch. in Alex. c. 67. Arrian. de exp. Alex. 6, 22. et alibi, Aelian. H. A. 17, 6. Marcianus in periplo p. 14. et alibi — ex Latinis Plinius 6, 23. f. 21. et alibi, Oroſius 3, 23. — Per K efferunt Diodor. 3, 15. 18, 3. (ubi quidam Codd. Γ) 17, 104. Agatharchides p. 27. (Vol. 1. Geogr. min. Hudſ.) Suidas h. v. ubi *πόλις* prave vocatur, certe obſcure. Stephanus utramque ſcripturam adfert ſub vocibus Γεδρωσία, et Κέδρωσσοι; monet tamen in priori loco, ſe apud Polyhiſtorem (Alexandrum, vid. ſ. v. Κοτιάειον) per K inveniſſe, ſed codicem non ſatis fuiſſe emendatum. Immo ex ſuperioribus adparet, utramque ſcripturam in uſu fuiſſe, de qua vid. etiam Valeſ. ad Ammian. 23, 6. pag. 285. (Gron.) et Weſſeling. ad Diodor. 3, 15. Arrianus ab aliis ſic recedit, ut in prima ſyllaba ponat conſtanter *α*, uti de exped. Alex. 6, 23. quod et in adiectivo facit. Hinc Γαδρωσίων χώρα et γῆ 6, 23, 25. pro quo Γεδρωσῶν *αἶα* Dionyſ. v. 1086. quem tamen ideo notat Stephanus, et Γεδρωσία χώρα Aelian. H. An. 17, 6. Denique in Plinio 6, 25. ſ. 23. dicuntur etiam *Gedruſi*, ſi recte habet. Gentila item variatur: *Gedroſii* et *Gedroſi*. Illud Nearchus in paraplo p. 11. 21. (Hudſ.) Strabo 15. p. 498. ſ. 724. — *Gedroſi* Dionyſ. v. 1086. Plin. 6, 23. ſ. 21. et alibi. In utroque variatur in Arriano de exped. Alex. 6, 23 ſq. Quare non eſt, quod miretur Stephanus ſ. v. Γεδρωσία, cur Dionyſius Gedroſos declinaverit. Aptius tamen et magis proprie dicendum eſſe monet Euſtath. ad Dionyſ. l. l. Γεδρωσιανοὶ, pro quo et in aliis Γεδρωσηνοὶ, quod eſt apud Strabonem hodie 15. p. 498. ſ. 724. etſi prius ex Strabone adfert. Noſtro 1, 2. ſ. 4. *Cedroſis* inſolita forma dicitur. Vid. ibi. Sita eſt Gedroſia inter Carmaniam et Indiam. (Marcianus in periplo p. 14. et 24. ubi prolixe deſcribit, Agathemer. 2, 6. aliique.) A Maſarna prope Arbin fl. ad Indum promovet Marcianus pag. 24. Supra erat Drangiana et Arachoſia, uti docent Strabo 15.

p. 497. l. 723. Ptolemaeus 7, 21. Latius olim patuiſſe, adparet inde, quod Oritae et Ichthyophagi etiam ſub Gedroſia habitaſſe narrantur a Nearcho in paraplo pag. 11. (Hudſ.) cum poſt ii populi Carmaniae fuerint accenſiti, ut ſupra notatum eſt. Paruit etiam olim cum Arachoſiis et populis aliis cis Indum Perſis, ſecund. Strabonem 15. p. 498. l. 724. quos omnes fere ſuo tempore ſub Indorum ditione fuiſſe addit. Satrapae ante et poſt Alexandrum commemorantur, uti de Carmania ſupra, apud Arrian. de exped. 6, 27. Diodor. 18, 3. In Perſidis maximis provinciis etiam hanc ponit Ammian. c. l. Ad mare ſterilem dicit Arrianus de exped. Alex. 6, 23. frugum omnino indigam, nec Ichthyophagorum terra meliorem, ceterum ἀρωματοφόρον κ. μάλιστα νάρδου κ. σμύρνης, Strabo 15. p. 496. l. 721. item p. 499. l. 726. et ex eo Euſtathius ad Dionyſ. v. 1086. Idem de arboribus, etiam ubi deſerta alias loca ſunt, Arrian. de exped. Alex. 6, 22. H. *Circan* et *Mackeran*; aliis *Mecraa*.

Perſae) Ipſa regio Gr. Περσίς, quam formam fere retinuerunt Latini, ex cuius accuſativo *Perſida* et hic poſteriores in caſu recto dixerunt *Perſida*. Rarius *Perſis*, ut in Plauti Perſ. 4, 3, 28. Incolae *Perſae* utrisque, a Πέρσης, pro quo Graecos etiam Πέρσα dixiſſe notat Stephanus, ad quem Hölſken. p. 252. addit Περσίδαι (l. Περσεῖδαι ἄνδρες) ex oraculo apud Herodot. 7, 220. quod tamen rectius cenſetur patronymicum ex Περσεύς, gentis auctore, de quo deinceps. Περσᾶς tamen, quam Πέρσας, maluit ſcribere Agatharchides de mari rubro cap. 3. p. 51. (ed. Hudſ.) ut ipſe notat diſerte. Bochartus in Phaleg 4, 10. id nomen ducit a voce Arabica פרס equus, Hebraeis פרש eques, quia Cyrus eos populos primum equitandi artem docuerit, eamque praeceperit; (cf. Xenophon in Cyrop. 4, 3.) quare ante Cyri tempora, qui vixerunt auctores ſacri, illud nomen ignorare; antiquiora fuiſſe *Chus* et *Elam*, quae quidem Perſidis magnam partem

incluserint. Sic certe Iosephus antiqu. Iud. 1, 6. (7.) 4. ab Elamo ducit Elamaeos, quos Περσῶν facit ἀρχηγέτας. Idem ibi 9, 14, 3. Χουθᾶς χώρας ἐν τῇ Περσίδι facit mentionem, et fluvii cognominis, unde Salmanasares colonos in captam et denudatam incolis Samariam deduxit. Alia adfert Herodotus 7, 61. quo auctore olim dicti sunt Persae Κηφῆνες a Graecis, a se ipsis et accolis Ἀρταῖοι. Cum postea Perseus ad Cepheum venisset, ductaque eius filia Andromeda Persen filium suscepisset, nomen ab hoc sortiti sunt Persae. Cf. etiam cap. 150. et Stephanus sub v. Πέρσαι, apud quem tamen Medea pro Andromeda, quod recte habet s. v. Χαλδαῖοι et Ἀρταῖα, et quae conlegit Berkel. ad Stephan. p. 218. Utrumque fabulis accenset Bochartus c. l. et Artaeos, principes, optimates esse contendit. A Perseo dictos negat etiam Agatharchides de mari rubro cap. 3. p. 5. (Hudſ.) *Chorsaros* a Scythis vocatos esse, scribit Plinius 6, 19. s. 17. et ex eo Solin. c. 52. s. 49. quod probri causa factum arbitratur Bochartus c. l. repugnante Harduino ad Plinium c. l. Aliud nomen addi, ab Achaemene prisco quodam rege petitum, notat Cellarius in Geographia ant. 3, 19, 2. Inde enim Achaemenia Persis, seu pars eius, sec. Stephanum h. v. Certe Achaemenius in poetis pro Persicus frequentatur, etsi potius tribum indicare videtur apud Pasargardas, teste Herodoto 1, 125. quod nomen patronymicum ab Achaemene, Persei nepote, unde Persidis reges orti sunt. Vid. Salmas. ad Solin. cap. 57. s. 54. et Hyde in hist. relig. Pers. p. 416. ubi plura habebis. Ipsa Persis modo latiori sensu, de Persarum imperio, veluti apud Plinium, Ammian. 23, 6. quod recensitae provinciae docent, modo strictiori, ut hic, de Perside propria ponitur, quod quidem ex adiunctis iudicari debet. Marcianus huius terminos sic constituit p. 18. (Hudſ.) sq. A septemtrione erat Media, ab occasu Susiana, ab oriente Carmania, a meridie sinus Persicus, atque hic eius initium petit Plinius 6, 28. s. 25. a Temistea promontorio post Daram

fluvium ad Oroatin fl. quo dividitur ab Elymaide. Ita parvo discrimine Marcianus c. l. et Ptolemaeus 6, 4. Cf. etiam praeter alios, Strabo 15. p. 500. f. 727. qui duce Eratosthene longitudinem facit in septemtrionem et Caspias portas 8000 stadiorum, latitudinem a Susis ad Persepolin 4200, et inde ad Carmaniae fines 1600. Marcianus c. l. latitudinem facit 4000 stadiorum, totidemque longitudinem, nempe quia in terminis discrepant, quos Strabo promovet. Maritimae orae spatia definit Ammian. 23, 6. Cinctam fuisse totam montibus altis refert Dionys. v. 1063. ipsam ὀρεινὴν χώραν Xenophon Cyrop. 1, 3, 3. cuius etiam τραχύτητα praeter ipsum c. l. 7, 5, 67. memorant Herodotus 1, 71. 9. ult. Plato de legibus 3. pag. 143. Bipont. (f. p. 695.) Arrianus de exped. Alex. 5, 4. Hinc etiam de prisca Persarum inopia, tenuiori victu, habitu viliori, frugalitate et disciplinae severitate multa in auctoribus commemorantur, quae quidem inde a Medorum consociatione degenerarunt magis magisque in molliſſimam luxuriam; de quibus singulatim exponere prolixum est, cum sat multi existent libri, qui data opera Persarum res inlustrarunt, uti docet Meuselii bibl. hist. Vol. 1. P. 2. Paucis igitur complectar Persici regni, quod plurimas gentes continuit, summam, verbis usus maxime Ammian. 23, 6. *Hoc regnum quondam exiguum, cum apud Babylona magnum Alexandrum fata rapuissent, in vocabulum Parthi conceſſit Arsacis, obscure geniti.* Hactenus. Post veluti postliminio Persarum imperium restitutum est ab Artaxerxe, Alexandri Severi temporibus, uti refert Zosimus 1, 18. Herodianus 6, 2. aliique. Sub Parthorum tamen etiam imperio suos reges habuit Persis, qui quidem nomine magis, quam potentia erant, et Parthorum arbitrio obnoxii. Vid. Strabo 15. p. 501. f. 728. qui de sua aetate id adfirmat. Omnino Satrapiarum omnium rectoribus hunc honoris titulum Parthorum reges concessisse, ut meliori iure ipsi *reges regum* vocarentur, contendit et docere nititur Dodwell. in diss. de Isidoro

Characeno §. 1. p. 58. (Geogr. min. Hudſ. Vol. 2.) etſi Salmaſ. ad Solin. cap. 55. ſ. 58. inde intelligi poſſe putat, cur Perſis poſtea ſub Parthorum regnis non commemoretur. Ea vero de cauſa etiam Parthi et Perſae promiſcue a poſterioribus maxime auctoribus dici ſolent. Vid. ad Eutrop. 6, 8. ſ. 7. et alibi. Hodie *Farſiſtan* in ea parte cernitur.

Sabis) . Vid. not. crit. pag. 265 ſqq. Quaeritur, utrum ab aliis *Sagis* vocetur ſ. *Saganus*, uti contendit Voſſius, an Ptolemaei ſit *Sarus*, quod placet Ciacconio. Plinius etiam *Sabin* habet 6, 27. ſ. 23. et *Saganum* c. 28. ſ. 23. et diverſos facere videtur. Ut, quatenus poteſt, iudicium adiuvetur, proponam, quae de Carmania Plinius adtulit. Ponit autem Carmaniam ſenſu antiquo, quia praemittit Ichthyophagos Oritas, ſubiicit Perſida cap. 25. ſ. 23. oramque Carmaniae ex Nearchi ſententia et computatione repetit cap. 27. ſ. 23. a cuius initio oſtendit *Sabin* fl. remotum 100 M. P. Inde vineas coli et arva ad flumen *Andanin* 25 M. ſpatio. At ipſa Nearchi narratio p. 22 ſq. Hudſ. (apud Arrianum in Indicis c. 32.) a *Badi*, quem locum vitibus conſitum dicit, ad *Anamin* fl. (qui ſine dubio eſt *Anamis* Plinii) in Armuzia, numerat, ſi ſingula computes, ſtadia 1600 i. e. 200 M. P. quae a Plinii menſura maxime recedunt, qui Oneſicriti narrationem ſecutus videtur. Cum Ptolemaeus 6, 8. *Sabin* oppidum commemoret, quod forte ad cognominem fl. fuit ſitum, et *Sabas* Dionyſii v. 1069. in hoc tractu ſuſpicatur inde Salmaſius ad Solin. c. 54. ſ. 57. ab Arriano ſcriptum eſſe pro *Badi Sabin*. Attamen et ſic numerorum diſcrepantia remanet, niſi verba 25 M. ſpatio ad agrum vitiferum unice referas, etſi hoc efficitur, *Andanin* non eſſe noſtrum *Sabin*. Accedit, quod Nearchus et Plinius Armuziam, vel Armoziam vocant regionem, per quam Andanis effluebat. Marcianus p. 21. (Hudſ.) enim ab Addani (ſic pro Andani) ad Armozuſam promontorium numerat ſtadia 1400, ſic ut cum Arriano, vel Nearcho in curſu maritimo

et aetatis intervallo comparari poſſit. Armozuſa autem, cum illum *Addanin* vocet a Carpella, Carmaniae antiquae promontorio, removet 2100 ſtadiis Marcianus in periplo p. 21. Nunc de *Sagano*, quem Plinius habet 6, 28. f. 25. a promontorio incipiens praemiſſa Armozeorum mentione, *Saganum* fl. unde ad alios Perſida verſus progreditur. Quod ſi eſt Armozon promontorium, inde ad Saganum fluvium Marcianus c. l. numerat ſtadia 1000, et ſic Plinius, qui ſupra ab initio Carmaniae ad Sabin habebat 100 M. P. Carmaniam ab illo promontorio incipit. Sin a Carpella, inde ad Armozonta Marcianus habet ſtadia 750, nullo quidem interpoſito flumine, quod et ignorat Ptolemaeus. Plinius enim Arbis, et Arbii ex male intellecto Oneſicrito, vel Nearcho temere interponit, uti docuit Salmaſius ad Solin. cap. 54. f. 57. p. m. 838. Ex notis igitur fluviis remanet Saganus, qui accommodari huc poſſit, et Plinius ſuo ſaepe more diverſos auctores in eadem re narranda prave intellexit, et diverſa fecit, quae erant eadem. Nec renuit Mela, qui Carmanios ad dextram Perſici ſinus locat, et Sabin per eos deducit. At ſi Mela ſibi conſtat, *Sarus* Ptolemaei, *Salarus* in ed. Argent. 1520. vel *Saralis* interpretum, intelligi cum Ciacconio nequit. Hic enim ultra Carpellam fluebat ad Chelonophagos Gedroſiam verſus, uti docet Marcianus p. 22. (Hudſ.) qui vocat *Salarum*, uti edit. Argentorat. 1520. Ptolemaei. Ceterum *Sabin* h. *Bindamir* vocari ad Plin. 6, 27. f. 23. ſcribit Harduinus.

Andanis) De hoc et Coro dictum in not. crit. p. 267 ſqq. *De Coro* haec Voſſius: Quod Corum flumen attinet, iſtud eodem quidem, quo Mela, ordine recenſet Ptolemaeus, verum hic nimis oſtio ſinus Perſici vicinum facit, cum e Mela hoc tantum colligi poſſit, ſitum eſſe inter Euphratis et Andanis fluminum oſtia. Sed profecto videtur Ptolemaeus in Corii fluminis ſitu erraſſe, cum *Corus*, *Corius* ſive *Cyrus* idem ſit, atque is, qui vulgo

Brandemir nominatur. Amnis vero, qui huic coniungitur, *Araxes* appellatur ab auctoribus, qui Alexandri res geſtas ſcripſerunt. Nempe ubicunque veteres Cyrum fluvium deſcripſere, illic quoque addidere Araxem aliquem et Cyropolim, ſive Cyreſchatam, quod in multis locis contigit. VOSSIVS.

§. 5. *In parte)* Intimi ſinus, quae obpoſito tractu ſinus faucibus reſpondet. Vid. Ptolemaei quintam tabulam Aſiae. VADIANVS. Ipſe ſatis declaravit Mela ſubnexis verbis: *quae pelagi oſtio adverſa eſt.*

Babyloniorum) De quibus aliqua ad 1, 11. De Chaldaeis nunc igitur potiora ſummatim. Regio Gr. Χαλδαία, etſi rarius, monente etiam Cellario in Geogr. ant. 3, 16, 17. qui Hieronymum ad Ezechiel. 16. unum teſtem producit. Ita vero etiam Ioſephus in antiquit. Iud. 1, 7, f. 8. in. Stephano dicitur Χαλδαία χώρα, uſitatius nomen ſuo tempore antea fuiſſe notat Χαλδαϊκή. Χαλδία regio Ponti, cuius incolae Chaldaei etiam, apud Euſtath. ad Dionyſ. v. 767. Conſtantin. Porphyrog. de themat. 1, 8. et alibi. Uſitatius eſt γῆ Χαλδαίων, uti אֶרֶץ כַּשְׂדִּים reddunt interpretes Alexandrini, et habet Lucas Act. Apoſt. 7, 4. pro quo vulgatus etiam habet *Chaldaea*, notante Cellario. Sic γῆ Χαλδαίων Ioſeph. antiqu. Iud. 1, 7. f. 8. Incolae Chaldaei ſaepe, unde Χαλδαϊκὰς, veluti apud Ioſeph. ant. Iud. 1, 2. f. De Chaldaeorum nomine et ſedibus antiquis non una eſt doctorum virorum ſententia, quorum ſummam attingere hic breviter liceat. Olim dictos eſſe *Arphaxadaeos* ab Arphaxade eorum principe, Semi filio, Noae nepote, tradit Ioſephus antiqu. Iud. 1, 6, f. 7, 4. At ſecundum Stephanum f. v. Χαλδαῖοι et Euſtathium c. l. nomen antiquum fuit Κηφῆνες, a Cepheo, patre Andromedae, quam Perſeus liberavit, unde regio Κηφηνία, veluti apud Agatharchid. de mari rubro p. m. 3. (Hudſ.) et Stephanum

ſ. v. Χαλδαῖοι. Sed parum in hoc ſibi conſtant auctores, et varie diſpertiuntur hoc nomen, veluti Perſidis populo, de quo ſupra, Aethiopibus, (Agatharchides c. l.) quorum regem faciunt Cephea (Apollodorus 2, 4, 3. Stephan. ſ. v. Ἰόπη, Tzetzes ad Lycophron. v. 834. — quod duce Clinia hiſtoricos, maxime poetas, adfirmare ſcribit Agatharchides c. l.) et Aegyptiis, (Euſtathius ad Dionyſ. v. 910.) forte propter Aethiopiae viciniam, unde *Cephea Meroe* dicitur a Propertio 4, 6, 78. Vulgo tamen Aethiopiae rex fuiſſe narratur. At cum Andromedae a Perſeo liberatae fabulam ad Iopen Palaeſtinae, vel Phoenices referri ſoleat, eo potius videtur pertinere. Ita quidem Conon narrat. 40. ſcribit, Cephei regnum poſt Phoenices nomen ſortitum eſſe. Sed de Cepheo vid. ad 1, 11, 3. De origine nominis Chaldaei prolixe diſſerit Stephanus h. v. qui Cephenes etiam Chaldaeos vocatos eſſe a Cepheo ſcribit, niſi forte transpoſitae ſunt utraeque voces, ut cum praecedentibus narratio congrueret. Hellanicus ſcripſerat, mortuo Cepheo, cum milites ex Babylone profecti Cepheniam occupaſſent, nomen mutatum eſſe. Nomen a Chaldaeo quodam duxerat Dicaearchus de Graeciae ſtatu, ex quo natus fuerit Ninus, Babylonis conditor, huncque omnes Chaldaeos in unum congregaſſe. Hieronymus in quaeſt. ad Geneſ. 22, 22. a *Chaſed* ducit *Chaſdim*, i. e. Chaldaeos, uti nimirum etiam Alexandrini interpretantur. Atque hanc opinionem plerique ſequuntur. Vid. Perizon. in addendis ad origin. Babylon. pag. 366 ſqq. Illorum antiquiſſimas ſedes, duce Ioſepho antiqu. Iud. 1, 6, (7.) 4. quaerunt aliqui in *Arphachſad* regione, (vide ſupra de nomine) quae Ptolemaei 6, 1. *Arrapachitis* ex corruptione uſitata nominum eſſe videatur, inter Aſſyriam et Armeniam, ubi Plinius 6, 10. *Saphenos* i. e. *Cephenes* ponit. Sic prope Armeniam Xenophon de expedit. Cyri 4, 3. deprehendit Chaldaeos, quos liberos et fortes fuiſſe ſcribit. Armeniae finitimos idem facit in Cyropaed. 3, 1. et poſt coactos fuiſſe narrat pacem

cum Armeniis inire, et in Cyri exercitu militare; Perſae etiam olim a Graecis Cephenes vocatos eſſe, ex Herodoto 7, 61. ſupra notavi. Addunt porro, quod fama propagavit, Noachi arcam in Armeniae montibus conſediſſe. Quae quidem, additis aliis, prolixe perſequuntur Schloetzerus in Repertorium für Bibl. und Morgenländiſche Literatur Tom. 8. p. 113 — 176. et Ditmarus über das Vaterland der Chaldäer. (Berolini 1786. 8.) Aliam viam ingreſſus eſt Michaelis, qui in ſpicilegio Geographiae Hebraeorum exterae P. 2. p. 77 ſqq. ſeptemtrionalem Chaldaeam ad Pontum, ubi Chalybes, Chaldaei iidem dicti, de quo ad 1, 19, 9. veram et antiquiſſimam patriam Chaldaeorum Orientalium fuiſſe cenſet; paullo illos ante Nabochodonoſarem inde erupiſſe, et Babylone, poſt etiam Aſia potitos eſſe, quia Ieremias 1, 14. et alibi dicat, Palaeſtinam, a ſeptemtrione motos, invaſiſſe, quod de Chaldaeis ad Pontum unice valeat; porro Babylonem a Cuſchitis conditam adfirmari Geneſ. 10, 8. 10. recentem autem eam Chaldaeorum in Oriente coloniam eſſe, diſci ex Ieſaia 23, 13. 14. cum tamen Chaldaei omnino fuerint antiquiſſimi. (Ierem. 5, 15.) Forſterus in epiſtola ſubnexa pag. 95 ſqq. non refragatur quidem, ſed ad tempora Moſis circa Exodum coloniam illam reiicit. Maxime id mihi quidem evincere videtur, quod de loco eruptionis in Palaeſtinam adtulit Michaelis, etſi eius ſententiam infringere ſuperiores conati ſunt, et ſui temporis narrationes ſecutus eſt Ioſephus c. l. dum ſcripſit, Semi illos filios, in quibus Arphachſad, Aſiam ab Euphrate ad Indicum Oceanum tenuiſſe. Poſt habitarunt in Meſopotamia, et inde in Babylonia, ſupra quam ponit Ioſephus antiqu. Iud. 1, 7. f. 8. f. cum Ammiano 23, 6. Vid. Perizon. c. l. Ita in Babylonia conlocat Diodor. 2, 29. 15, 50. et in priori loco antiquiſſimos Babyloniorum vocat Chaldaeos. Incoluiſſe eam Babyloniae partem, quae contermina erat Arabiae et mari Perſico, refert Strabo 16. p. 509. f. 739. Cf. etiam Vitringa in Ieſaiam cap. 13.

pag. 413. Prope Scenitas etiam in Arabia, quos Nomadas vocat et Chaldaeorum infestatores, produxit Plinius 6, 32. f. 28. Inclaruit maxime in illis Berosus, qui Χαλδαϊκὰς ἱστορίας scripsit, quas passim adlegat Iosephus, veluti antiqu. 1, 2. f. 10, 11. in. Postea, quod gentis erat nomen, factum est artis et sectae, quae diserte distinguit Cicero de nat. Deor. 1, 1. Nempe Chaldaei apud Babylonios sacrorum ministerio fungebantur, qualem *Belesyn* producit Diodor. Sic. 2, 24. In primis autem astrorum scientiam colebant et divinandi vaticinandique artem cupide et cum fama sectabantur. Hinc Chaldaei apud Sueton. in Vitellio cap. 24. qui proxime antea erant mathematici. Hinc Chaldaeorum doctrina simpliciter pro *astronomia* apud Plin. 6, 30. f. 26. qui Hipparcni, oppido, eam doctrinam maxime viguisse addit. At in utraque lingua vulgatus est hic usus, quius etiam in Hebraica exstant vestigia apud Danielem 2, 1. Vid. Gellius 1, 9. 14, 1. et Vossius de Idololatria 2, 47. quos ideo laudavit Wesseling. ad Diodor. 2, 29.

Tigris) Sic Graeci et Latini, qui quidem in masculino consentiunt, non item in scripturae forma et in casibus obliquis, etsi Suidas h. v. adfirmat: Τίγρις τὸ ζῶον, Τίγρης τὸ ὄνομα ποταμοῦ, suae forte aetatis consuetudinem spectans, quae tamen in eo sibi minime constitit. Τίγρης habent ex aliis Strabo 2. p. 54. f. 79. qui tamen subiicit Τίγριδος, quod et alibi legitur, ex librariorum alterutrum vitio, cum et epitome libri 11. p. 150. (Hudf.) et ipse Strabo aliquoties Τίγρις scribat, v. c. lib. 11. p. 364. f. 529. ut hoc in illo loco praeferendum videatur, etsi et Τίγρης dedit Siebenkees. Τίγρης est apud Arrianum de exped. Alex. 7, 7. et in Indicis cap. 42. Herodot. 5, 52. 6, 20. etsi in priori loco Codd. etiam scribunt Τίγρις, Iosephus de antiqu. Iud. 1, 1. f. 2, 3. ubi etiam variatur, Stephan. f. v. Ἀπάμεια. Vid. de utraque terminatione Wesseling. ad Diodor. 2, 11. Inde vero Τίγρητος Arrian.

de exped. Alex. 7, 7. Xenoph. de exp. Cyri 4, 1, 3. Procop. de B. P. 1, 17. uti quidem dedit Hoeſchelius; alii Τίγριδος. Liban. orat. 9. pag. 304. (Reisk.) ubi tamen Codex Bavar. ſupra ſcripſerat Τίγριδος, orat. 12. p. 392. (ſine nota variationis.) Τίγρητα Liban. orat. 12. p. m. 384. Τίγρητι Zonaras 12, 30. Plerique ſcribunt Τίγρις, at obliquos variant. Sic Τίγριδος Strabo 2. p. 54. f. 79. et alibi, Strabonis epitome lib. 11. p. 145. (Hudſ.) Dio 35, 6. et alibi, Agathemer. 2, 6. Procop. de B. Perſ. 1, 17. Ptolem. 5, 20. Marcian. pag. 14 ſqq. (Hudſ.) — Τίγριδι Strabo 11. p. 360. f. 522. epitome 11. p. 146. (Hudſ.) Dio 68, 26. — Plutarchus in Lucullo cap. 22. Neque tamen in his caſibus obliquis eſt conſtans vel lectio, vel auctorum ſcriptura. Ita in Strabone lib. 15. p. 501. f. 728. bis eſt Τίγριος, et ſic Codices lib. 11. c. l. cum Moſcovienſi, quem conſuluit Matthaei, Τίγριος et Τίγρι. Τίγριος conſtanter in Dionyſio v. 992. ad quem etiam Euſtathius v. 976. adfert Τίγρεϊ (quod ipſe habet Strabo 16. pag. 511. f. 743.) et Τίγρεως ad analogiam aliorum verborum. Accuſativum plerique, etſi non ſine librorum discrepantia, faciunt Τίγριν, ut Herodot. 1, 188. Strabo 2. p. 55. f. 80. et alibi, Diodor. 2, 11. 19, 17. Dio 68, 28. 78, 1. Strabo epit. 11. p. 150. (Hudſ.) Procopius de B. Perſ. 1, 11. 17. Libanius in anthol. Gr. Tom. 3. p. 112. (Iacobs.) cum in orationibus aliter ſoleat. Vid. de his variationibus Weſſeling ad Herodot. 1, 188. et Diodor. 2, 11. et in primis, quae prolixe diſputavit Euſtathius ad Dionyſ. v. 976. qui adeo notat ex libris Πίγρητος, quod ſe etiam in Arriano inveniſſe teſtatur Blancardus ad Arrian. de exped. Alex. p. 453. — Latini conſentiunt in caſu recto; in obliquis non item. Uſitate *Tigris*, (genit. ut Plin. 6, 31. f. 26. et 27. —) *Tigri*, (Plin. 6, 16. f. 13. 31. f. 27. — et ſic in ablativo) *Tigrim* vel *Tigrin*, quia libri variant. (Lucan. 3, 261. Seneca Troad. v. 10. Virgil. ecl. 1, 63. Curt. 4, 5, 4. et alibi.) *Tigridis* tamen habet

Oroſ. 1, 2. pag. 19. (Haverc.) ubi quidam MSS. et edd. etiam *Tigris*. *Tigridem* Ammian. 23, 6. p. 286. (Gron.) Eutrop. 9, 18. (12.) *Tigridis* Solinus c. 40. f. 37. *Tigride* Lucan. 3, 256. Penultimam poetae fere producere ſolent. Corripit tamen Manilius 4, 806. Nomen traxit ex Perſica voce, vel, uti plerumque ſcribunt, ex promiſcuo uſu, quod Medi ſic adpellent ſagittam. Ita Plin. 6, 31. f. 27. Strabo. 11. p. 364. f. 529. Curt. 4, 9, 16. Solin. c. 40. f. 37. Euſtathius ad Dionyſ. c. l. qui eadem de cauſa Acida Siciliae fluvium vocatum eſſe addit, de quo idem etiam Schol. Theocr. ad 1, 69. Cf. Hyde veteris Linguae Perſicae λείψανα pag. 99 ſq. qui Angliae fluvium in Siluribus *Arrow* ob rapacitatem ita dici narrat. Hinc diſerte auctores eius ὠκύτητα memorant, uti Strabo c. l. Dio 68, 28. Hinc ἀγάῤῥοος epigr. Libanii in Anthol. Gr. T. 3. p. 112. (Iacobs) *rapidus* Horat. Odd. 4, 14, 46. et Lucan. 3, 256. ποταμῶν ὠκιστος ἁπάντων Dionyſ. v. 983. Poeticis coloribus rapiditatem inluſtravit Avien. in deſcr. orbis. v. 1164 ſqq. Vid. Relandi diſſert. miſcell. P. 1. p. 43 ſq. et Philoſtorg. hiſt. eccleſ. 3, 7. et 8. ibique Gothofredus, quos laudarunt viri docti ad Dionem et Lucanum, *Tir* Perſis ſagittam eſſe, notat Tieffenthaler Beſchreibung von Hindoſtan (ed. 4.) Vol. 2. P. 1. p. 177. Hinc a *Tiris* nomen, quod ſic corruptum ſit a Graecis et Latinis. Pietro della Valle tamen in viaggi epiſt. 17. uti monet ad Strabonem ſuum pag. 1844. Penzel, celerem eum eſſe negat. Sed vide inferius paullo. Contra tigrem feram a ſagitta apud Perſas et Medos vocatam, et ab hac fluvium exiſtimat Iſidor. Orig. 12, 2. Et ſic alios idem voluiſſe, ex Euſtathio ad Dionyſ. c. l. diſcitur, qui eo etiam adluſiſſe dicit oraculum Iuliano datum. Cf. Lactantii Sympoſium 38. et ibi Heumann. p. 71. At fabulae ſunt, quae de nominis cauſa ex aliis adfert ſpurius ille Plutarchus de fluminibus h. v. nempe a tigri, quam Iupiter Baccho ſubmiſit, ut Tigrim traiiceret, vel a Baccho ipſo in tigrim mutato. Nomen antiquius fuit, teſte Ioſepho antiqu. Iud. 1, 1.

f. 2, 3. *Diglad*, ex quo refert idem Zonaras Annal. 1, 2. eoque nomine indicatur τὸ μετὰ στενότητος ὀξύ. Hebraicum eſt *Hiddekel*. Prioris nominis veſtigia ſervavit Plin. 6, 31. in. f. 27. in. ubi haec: *Ipſius nomen, qua tardior fluit, Diglito, unde concitatur, a celeritate Tigris incipit vocari.* Igitur illud nomen geſſit ab ortu, quod etiam teſtibus idoneis in hodierno apud accolas nomine *Daghelé* remanſiſſe ad Plinium notat Harduinus. Plutarchus c. l. illi antiquius nomen tribuit Σόλλαξ, quod ſit κατωφερὴς, pro quo Euſtathius ad Dionyſ. c. l. habet Σύλλαξ. Sed properandum eſt ad ipſius fontes et curſum enarrandum, in quo quidem potiſſimum ducem ſequar Plinium, qui 6, 31. f. 27. prolixe de iis expoſuit. *Oritur in regione Armeniae maioris fonte conſpicuo in planitie: loco nomen Elegoſine eſt;* quod tamen varie offerunt libri, uti in Solino cap. 40. f. 37. qui Plinium expreſſit, quod docet Salmaſ. p. m. 487. At discrepant de eius fontibus auctorum narrationes. Ex Armenia, vel eius montibus fluere tradunt Xenophon de exped. Cyri 4, 1, 3. Iuſtin. 42, 3, 9. Curtius 5, 1, 13. Eratoſthenes apud Strabonem 2. p. 55. f. 80. Ptolemaeus 5, 13. Herodot. 5, 52. Procop. de B. Perſ. 1, 17. Nearchus p. m. 37. (Hudſ.) Eorum aliqui vel omnino ex Armeniis montibus ſimul deducunt Euphraten, uti Eratoſthenes, vel certe prope remotos eſſe utriusque fontes narrant, veluti Xenophon, qui et ita ſe habere, cum antea ab accolis didiciſſet, addit, ſi cum Larcherio pro ἔστιν οὗ τὸ στενὸν legas: ἔστιν οὕτως ἔχον, vel diſerte in uno eodemque monte ſtadiis 42 a Theodoſiopoli (quae h. putatur eſſe *Erzeron*, ab aliis *Haſſan-cala*. Vid. Tournefort voyage T. 3. lettr. 18. p. m. 125.) fontes ponunt, quorum unus ad dextram Euphraten reddat, alter Tigrim. Sic Procopius, quem hoc nomine reprehendit Tournefort voyage T. 3. lettre 18. pag. 124. (Lyon 1727.) Contra idem probat Strabonem, qui lib. 16. pag. 359. f. 521. utriusque fluvii fontes diſtare dicit 2500 ſtadiis. Etſi enim antea

ex eodem monte, quo Euphrates, q. e. ex Tauro, Tigrim oriri ſcribit, ſatis tamen ipſe poſtea explicat, quam Tauri partem intellectam velit, ſc. Niphatem, quem et diſerte nominat. Idem adfirmat 11. pag. 364. f. 529. et inde epitomator lib. 11. p. 150. (Hudſ.) Strabonem ſequitur, uti ſolet fere, Euſtathius ad Dionyſ. v. 988. Sic vero uterque discrepant Strabo et Plinius cum ſuis. Niphates enim, Tauri pars, propius adiacet Meſopotamiae. Discrepat porro a Plinio Strabo, quod 11. p. 364. f. 529. de origine dicit: ὁρμηθεὶς ἄμικτον φυλάττων τὸ ῥεῦμα διὰ τὴν ὀξύτητα. Plinius enim ab initio tardius eum fluere adfirmat, quod et fonte in planitie indicato probatur. Quae enim contra disputat Salmaſ. ad Solin. c. 37. f. 40. p. m. 487. aut arguta ſunt, aut ipſo disputationis eventu vana. Porro non diverſis fontibus in Perſide edi cum Euphrate canit Lucan. 3, 257. ubi Perſis de Perſico regno intelligi poteſt, vel debet. De iisdem autem fontibus utriusque aliorum ſimiles opiniones ibi adtulit Grotius. Ita vero Vibius Parthiae dat hunc fluvium. Quod vero e montibus Uxiorum oriri ſcribit Diodorus 17, 67. vel ipſius, vel librariorum, quod putat Weſſelingius, error eſt. Uxii enim in interiori Perſide habitabant, uti conſtat ex Strabone 16. p. 512. f. 744. Suſiisque erant finitimi. (Nearchus apud Arrian. in Indicis cap. 40.) Immo hoc valet de Paſitigri, uti docent Strabo 15. p. 501. f. 729. Arrianus de exped. 3, 17. m. et Curtius 5, 3. in. — Sic tamen etiam Diodor. 17, 110. prope Suſa Tigrim vocat, ubi etiam volunt docti Paſitigris. Vid. tamen, quae monuit Oberlin. ad Vibium p. m. 198. et antea Cellarius in Geogr. ant. 3, 9, 5. Inde vero Plinius illum ducit in *Arethuſam* lacum, quem transvectus cum impetu diſſimilique colore, occurrente Tauro, in ſpecu mergitur, unde prope *Zoroanda*, locum ita vocat, (ubi h. *Hazur*) erumpit, quod inde probat, quod demerſa perferat. Plinium breviter reddit Solinus c. 40. f. 37. De lapſu hoc ſubterraneo multi loquuntur, uti Strabo 16. pag. 514.

f. 746. Dionyſ. v. 989. et eius interpretes Latini, Seneca epiſt. 104. Nat. Qu. 3, 26. et 6, 8. Iuſtin. 42, 3, 9. (qui poſt 25 M. P. grande flumen demum in regione Sophene emergere addit; *deſideratus diu emergit* Seneca N. Qu. 3, 26.) Plin. 2, 106. f. 103. Ammian. 23, 6. p. 285. (Gron.) Lucan. 3, 261 ſq. Tanto vero magis diſſentiunt in nomine lacus, ex quo terras ſubit. In Plinio eſt *Arethuſa*, in Strabone 16. c. l. Θωνῖτις; et ſic Dionyſ. c. l. Priſcian. v. 913. — Eundem etiam *Thonitin* vocari *Arſenen*, (η) adfirmat Strabo 11. pag. 364. f. 529. Ammian. c. l. vocat *Soſingiten*, Avien. v. 1171. *Thoſpitim*, quem tamen teſte quidem Plinio emerſus demum intrat, et alterum facit. Ptolemaeus 5, 13. omnino tres lacus facit, *Thoſpitim* propius fontes, *Lychnitim* et *Areeſam*; (η) Plutarchus de fluminibus h. v. unum commemorat *Arſacida*. Ex quibus adparet, quantum ferveat auctorum diſſenſio de fontis loco aeque, ac de lacu, quo traiecto in terram demerſus prodeat. Cf. etiam, quae habet Wernsdorf cum Ortelio ad Avien. c. l. Diſſenſum tamen illum dirimit Plinius c. l. qui eum bis paludes intrare, *Arethuſam* et *Thoſpitem*, bis terram ſubire et erumpere adfirmat, cumque eo Solinus c. 40. f. 37. Nec a ſe recedit Plinius, dum ſcribit, teſte Claudio Caeſare, Arſaniae fluvio tam vicinum fluere in regione Arrhene, ut, cum intumuere, confluant, nec tamen miſceantur. Fuit autem *Arrhene* in Armenia maiori, (vid. ibi Harduin.) et Arſania eiusdem regionis fluvius, uti diſcitur ex Plinio 5, 20. f. 24. Quod quidem intelligi debet ante meatum ſubterraneum, quem fieri, uti emerſum, in Meſopotamia, ſcribit 2, 106. f. 103. cum Strabone 6. p. 190. f. 275. Alterum etiam Plinii lacum intelligere debet Strabo, quia refert 11. p. 364. f. 529. ex illo apud *Chalonitim* emergere et *Opim*, relictis ad dextram (inverſo ſcilicet curſus ſitu) *Gordyaeis* montibus, procurrere, cum lib. 16. p. 514. f. 746. haud procul a Gordyaea eum prodire ſcribat. Ubi ſita autem fuerit *Chalonitis*, optime docet Plinius 6, 30.

ſ. 26. qui in eo tractu ponit Cteſiphontem, a Parthis conditam. Vid. Cellarius in Geogr. ant. 3, 17, 23. et Schweighaeuſer. ad Polyb. 5, 54, 7. Quod in altero loco de Gordyaea ſcribit, Perſidis haec erat (i. e. Perſici regni) pars, notante Stephano, qui item Tigridis ἐκβολὴν, i. e. ſcaturiginem, ut docet Berkelius, iuxta ponit. Situs ex Gordyaeis montibus apud Plin. 6, 17. ſ. 15. 31. ſ. 27. cognoſci poteſt, etſi variant in eorum ſitu auctores, uti docuit Bochartus in Phaleg 1, 3. Innuit certe Strabo Aſſyriae et Meſopotamiae partem. Sub iis etiam, etſi in Armenia maiori ponit, et Tigris fontes, et Thoſpitim lacum Ptolemaeus 5, 13. forte quia ſic utramque opinionem de fontibus conglutinaverat. Conferri cum ſuperioribus poſſunt, quae prolixe diſputavit Salmaſ. ad Solin. c. 1. p. m. 487 ſqq. Hodie fontes in Aſſyriae ea parte, quae *Kiürdiſtan* vocatur, in provincia *Scherezur* verſus meridiem Meſopotamiae, ubi Diarbekir. Vid. Büſching T. 5. P. 1. p. 198. et 238. D'Anville in tabula de curſu Euphratis et Tigris in Niphate monte eos oſtendit. — Sed, age, protrudamus hinc Tigrin, ex Armenia cum Plinio. Acceptis ibi duobus fluminibus *Aſſyriam* ingreditur, et *Adiabenos* diſterminans, *Meſopotamiam* facit. Procopius de B. Perſ. 1, 17. qui cum Plinio conſentit, recto curſu et ſine flexu alienis aquis parum auctum ad Amidam urbem deducit, unde in Aſſyriam devolvatur. In Aſſyria excipit tres fluvios, *Leucum*, *Caprum* et *Gorgum*, (Ptolem. 6, 1.) de quibus vid. Cellarius in Geogr. ant. 3, 17, 5. *Ninumque* praeterfluit. (Nearchus p. 37. Hudſ. Plin. 6, 16. ſ. 13.) Quod per *Mediam* ducunt Diodor. 2, 11. et Curtius 5, 1, 14. longe aberrant, uti monuerunt ad utrumque locum Weſſeling. et Glareanus, quem falli temere putat Raderus. Circa *Seleuciam* Babyloniam 125 M. P. diviſus in alveos duos, altero meridiem ac *Seleuciam* petit, *Meſenen* perfundens, altero ad ſeptemtrionem flexus eiusdem gentis tergo campos *Cauchas* ſecat. (Plin. c. l.) Alveus, quo meridiem petit, *Delas*, diverſus Tigris dictus eſt, uti

tradit Stephanus ſ. v. Ἀπάμεια, ubi tamen pro Delas in Cod. Palatino Salmaſ. invenit Σέλλας, quod praefert, cum in Iſidori manſionibus Parthicis pag. 5. (Hudſ.) Σίλλα ſl. in ea parte memoretur. *Seleuciam* autem et *Cteſiphontem* dirimebat, nullo agro interiacente. (Procop. de B. Perſ. 2, 28.) Ibidem, Seleuciae Babyloniae eundem et Euphraten reſtagnare et agros rigare, cuius modus manu temperetur, refert idem Plin. 18, 47. ſ. 18. Idem loco ſuperiori ſic pergit: *Ubi remeavere aquae, Paſitigris appellatur. Poſtea recipit ex Media Choaſpem, atque, inter Seleuciam et Cteſiphontem vectus, in lacus Chaldaicos ſe fundit, eosque* 70 *M. P. amplitudine implet; mox vaſto alveo profuſus dextra Characis oppidi infertur mari Perſico* 10 *M. P. ore.* Huic narrationi variae obiiciuntur aliunde difficultates. Plinius *Paſitigrim* ex Tigris alveis coeuntibus efficit, et ſic ad plenam Tigris aquam conlectam nomen revocat. Alii, notante Strabone 15. p. 501. ſ. 729. Tigrim prope oſtia ſic vocari voluerunt, cum omnes ex Suſiana decurrentes fluvii cum interiectis Euphratis foſſis in Tigrim coierunt. Ipſe poſt tamquam ſingularem fluvium producit, qui in Uxiorum regione oriatur. Conſentit Curtius 5, 3. in. et qui ſimpliciter illum Tigrim nominat, ut ſupra dixi. Diodor. 17, 67. in Perſicum ſinum exonerat. Singularem etiam fluvium Paſitigrim facit Nearchus p. m. 37. apud Arrian. in Indicis cap. 42. qui in mare excurrat, unde revectus ille Suſa ſubiit. Remotum illum fuiſſe ab Euphratis oſtiis, inde adparet, quod retro navigarunt, ut Alexandrum in Suſiana iungerent, nec a Tigri Suſa perveniri poteſt. In ipſo curſu porro ad laevam habuerunt Suſianam, praetervectique ſunt lacum, in quem Tigris ſe infundit, cuius et Plinius ſupra meminit. Praeter oram Suſianae ad Paſitigris exitum navigatio fuit 2000 ſtadiorum, i. e. 255. M. P. At Marcianus p. m. 18. a Tigridis oſtiis ad Oroatida fluvium, unde Perſidis eſt initium, facit 3430 ſtadiorum, i. e. 429 M. P. a quo parum recedit Strabo 15.

p. 501. f. 728. Quaesitum igitur hinc est a viris doctis et disputatum, qualis hic esset fluvius, de quo vid. Salmas. ad Solin. cap. 37. f. 40. p. m. 494. cap. 54. f. 58. p. m. 830. Cellarius in Geogr. ant. 3, 16, 20. et 3, 19, 5. Causa profectionis fuit, ut Alexandrum iungeret, quem in Susianam contendere audierat. Diserte autem narrat Nearchus, per Pasitigrim revectos consedisse ad eum locum, ubi pontem fecerat Alexander, cum Susa exercitum traiicere vellet. Igitur Susis fluvius ille aberat. Atque id confirmant aliorum loca, ubi Alexander moto exercitu spatium itineris etiam longioris emensus Susis ad Pasitigrim veniisse dicitur. Vid. Arrian. 3, 17. Diodor. 17, 67. 19, 17. Ipsa Susa adluit *Choaspes*, uti volunt Herodotus 1, 188. 5, 49. et Strabo 15. p. 501. f. 728. vel *Eulaeus*, uti scribit Marcianus p. 18. (Hudf.) sic ut vel idem fluvius esse videatur, vel uterque ad Susa concurrere. Certe duplices fontes Eulaei in Susiana et Media commemorat Ptolemaeus 6, 3. quorum rivi in Susiana coëant. Cum vero neuter Pasitigris Nearchi esse possit, nec ultra Eulaeum Persidem versus alius praeter Oroatidem ab auctoribus, veluti Ptolemaeo, Marciano, commemoretur, in illo Pasitigrim Nearchi quaesierunt Salmasius et Cellarius, atque Persicum vocant. At turbare Strabo videtur, qui 15. p. 501. f. 729. Pasitigrim non solum ab Oroatide distinguit, sed et duobus fere milibus stadiorum separat. Oroatidem autem antea p. 500. f. 727. terminum Susianae et Persidis statuit, ex Nearchi quidem sententia, teste Onesicrito, quod videtur. Tum pontem, (σχεδία) cuius supra memini, ad quem subvecti Pasitigri veniant, abesse a Susis 60 stadiis addit. Idem in sequentibus post Choaspen ponit Copratam, et hinc Pasitigrim. Sic Diodorus 19, 17. Tigrim i. e. Pasitigrim unius diei itinere a Susis distare adfirmat, et in mare rubrum i. e. Persicum sinum excurrere, Copratam ante Pasitigrim statuit, et in hunc excurrere dicit 19, 18. Eulaeum versus Mediam ostendit 19, 19. unde eius

fontem alterum ponit etiam Ptolemaeus 6, 3. Ex quibus evinci posse videtur, etsi diversus hic est a Pasitigride Plinii, non tamen esse Oroatidem, et dissentire inter se et vage fluxum eius indicare. Ita Choaspen et Eulaeum, quem ex Media deducit 6, 31. f. 27. ab Eulaeo separat Plinius, qui narrat 31, 21. f. 3. Parthorum reges ex Choaspe et Eulaeo tantum bibere, quod Herod. 1, 188. de solo habet Choaspe, Plinius ipse 6, 31. f. 27. de Eulaeo refert. At gravius est, quod hic Choaspen supra Characem oppidum, Eulaeum 6, 26. f. 23. iuxta Characem in Tigrim deducit. Vid. Harduin. ad Plinii priorem locum. Dissensiones illae partim natae videntur ex alveis pluribus, varie mutatis, quibus amnes alii, vel Euphratis rivi in Tigrim feruntur, de quibus postea. De lacu, in quem ante exitum se effundit, Plinius etiam 6, 26. f. 23. ubi ex Eulaeo simul fluvio illum effici scribit, cui addit Polycletus apud Strabonem 15. pag. 501. f. 728. Choaspen. Eius etiam meminit Nearchus p. 37. (Hudf.) in Arriano de Indicis cap. 42. Plinius c. l. prope Characem urbem ponit. Idem 6, 31. f. 27. exitum in mare deducit dextra Characis, quod, si superiora valent, de loco infra Characem intelligi debet. De Charace autem, quem Characem Pasinis, alii Spasinis vocant, oppidum Persici finus intimum, conditum ab Alexandro M. restitutum ab Antiocho, post a Pasine, unde nomen adhaesit, vid. ex antiquis Plin. 6, 31. f. 27. ex recentioribus, qui veterum loca conlegit, Salmas. ad Solin. cap. 33. f. 36. p. m. 347. qui Σπασίνου defendit, etsi alterum plures habent. Illud tamen Stephani maxime auctoritate firmatur. Duobus alii ostiis Tigrim in sinum Persicum emittunt, ad cuius ostium occidentale ponunt Teredonem urbem, veluti Ptolemaeus 5, 20. quam tamen alii ad ostia Euphratis transferunt, in quibus Strabo 2. p. 55. f. 80. 16. p. 526. f. 765. ex Eratosthenis sententia, Dionys. v. 989. Strabonis epit. 11. p. 146. 16. p. 212. (Hudf.) Quae quidem de antiquioribus temporibus valent. Euphratem

enim, teſte Plinio 6, 31. ſ. 27. longo tempore praecluſerant Orcheni et accolae, agros rigantes, ut non niſi Paſitigri in mare deferretur. Cf. Salmaſ. ad Solin. c. l. p. m. 495. Si igitur olim ibi fuit eius oſtium, a Tigris oſtiis remotum aliquatenus fuit, et Ptolemaeus ad Tigrim revocavit. Quod Plinius 6, 32. ſ. 28. Teredonem infra confluentem Tigridis et Euphratis ponit, nec, quod ſequentia maxime declarant, ad oſtia ponit, ſed ad medium fluvii curſum, fallitur, uti pluribus docuit Cellarius in Geogr. ant. 3, 16, 20. Inter duo autem illa oſtia inſula erat *Meſene*, in qua et Characem ponit Stephanus c. l. Cf. etiam Dio 68, 28. et qui diligenter de oſtiis Tigris expoſuit Philoſtorgius hiſt. eccleſ. 3, 7. ubi conſulendus Gothofredus. De exitu prope Teredonem cf. etiam Tieffenthaler Beſchr. v. Hindoſtan Vol. 2. P. 1. p. 177. Meſene tamen haec non confundi debet cum ea, quae fuit inter Euphratem et Tigrim, et a Stephano ſub v. Ἀπάμεια discernitur. Vid. Salmaſius ad Solin. cap. 37. ſ. 40. p. m. 492. cum quo cf. Holſten. ad Stephan. pag. 206. Hinc forte Plinius 6, 31. ſ. 28. ad Apameam reſtagnationem Euphratis cum Tigri, quae oſtia reſpicere videtur, confluere dicit, quippe quae Apamia Meſenes quidem (6, 31. ſ. 27.) fuit, ſed in altera Meſene ſita. Poteſt tamen reſtagnatio ad ipſos fluvios referri, uti 18, 47. ſ. 18. Babyloniae Seleuciae Euphratem ac Tigrim reſtagnare dicit, quod ibi rigandi modus manu temperatur. Praeter fluvios alios, quos in eum influere ſupra monui, coniungitur etiam cum Euphratis uno alveo prope Seleuciam, cum alter eius alveus Babylonem petens inde poſt in paludes diſtrahatur. (Plin. 5, 21. ſ. 26.) In Aſſyria utrumque confluere ſcribit Procopius de B. Perſ. 1, 17. nempe quia ſit ad eius fines. Notandus maxime canalis ille, inter Seleuciam et Babyloniam, quem *regium* vocant auctores, quia regia cura erat effoſſus. Ita βασίλειος ποταμὸς Ptolem. 5, 18. et 20. βασιλικὴ διώρυξ Polyb. 5, 51, 6. *flumen*

regium Plinius 6, 30. ſ. 26. Ammian. 23, 6. pag. 287. (Gron.) Idem 24, 6. in. *amnis regum* et *foſſile flumen* dicit. Nomen fuiſſe ei *Naarmalcha* addit. Ναρμάλχαν habet Iſidorus Characenus pag. 5. (Hudſ.) Plinius c. l. *Armalchar*, pro quo tamen Cellarius vult *Naarmalcha* adſentiente Gaetano d'Ancora della economia fiſica degli antichi — cap. 3. pag. 87. Plura dabunt Bochart. in Phaleg 1, 8. Harduin. ad Plin. c. l. et Reimarus ad Dion. 68, 28. Hodie Arabibus *Nahr al Malk* ſec. Reiske ad Polyb. c. l. Büſching Vol. 1. p. m. 197. habet *Nehrül Melik*, eiusque termini pronuntur infra urbes *Sarſar* et *Medain*. De ſitu, quem veteres notant, vid. Bochart. c. l. Diductum vero Euphraten Gobaris praefecti opere, ne praecipiti curſu Babyloniam infeſtaret, ſcribit Plin. c. l. Nitocridi, Aſſyriae reginae, id tribuit Herodot. 1, 185. Certe foſſas depreſſiſſe ſupra Babylonem dicit, ut tracto impetu tardius mearet et per flexus. Inde quidam *Chobar* hanc foſſam dici putant apud Ezechielem 1, 3. et alibi. Vid. Bochart. c. l. et Harduin. ad Plin. c. l. Ipſe rex, cuius iuſſu foſſa illa deducta eſt, fuit Seleucus Nicator, factumque eo tempore, quo Seleuciam condebat, ut diſcitur ex Plinio c. l. Foſſam hanc, ut narrat Ammian. 24, 6. in. antehac Traianus (vid. Dio c. l. et ibi Reimarus) poſteaque Severus, egeſto ſolo, fodi in modum canalis ampliſſimi ſtudio curaverat ſummo, ut, aquis illuc ab Euphrate transfuſis, naves ad Tigridem commigrarent. Purgavit tunc aridum Iulianus, cum in Perſas expeditionem ſuſcepiſſet. (Cf. Libanius in orat. funebri in Iulian. p. 604. ed. Reisk.) Eandem etiam poſt manſiſſe nec a Perſis obrutam, teſtatur Theophylactus 5, 6. Foſſam tamen eam regiam intelligit Oudendorp. ad Frontin. 3, 7, 4. de eo alveo, quo in obpugnatione Babylonis Euphraten derivavit, qui vero fuit propius Babylonem. (Herodot. 1, 191.) Multos praeterea alveos ex Euphrate, quo eſt humilior, Tigrim recipere adfirmat Arrianus de

exped. Alex. M. 7, 7. Et ſic hodie multos reperiri, qui per Meſopotamiam ab Euphrate aquam in Tigrim, vel contra inferant, teſtatur Niebuhr Reiſebeſchr. nach Arabien Vol. 2. p. 223. Quod vero Arrianus addit, terram ipſum non irrigare, hodie ſecus habere narrant auctores recentiores. Sic talis eſt canalis a parte Meſopotamiae, qui prope Bagdad remeat. Vid. Tavernier voyage (ed. 1724.) T. 1. p. 284. Porro infra eandem urbem in duo brachia finditur, quae inſulam grandem includunt. (idem p. 296.) Cum Euphrate autem vere miſcetur prope pagum *Gorno*, (id. p. 297.) vel *Corny*, et ibi ab Arabibus vocatur *Shat-Frate*, uti nuper (1790) retulit Howel. Cf. etiam Büſching Vol. 1. p. m. 198. 233. Qualis ſit hodie prope Bagdad, deſcribit Niebuhr Reiſebeſchr. nach Arabien Vol. 2. pag. 298. Maximum eſſe cum Euphrate in Aſia auſtrali fluvium, nec niſi ab Indicis ſuperari, ſcribit Strabo 16. pag. 509, f. 739. et ἐπισημότατον τῶν ποταμῶν eum et Euphraten dicit Diodor. Sic. 2, 11. Navigabilis erat ad Opin et Seleuciam. (Strabo et Arrian. cc. ll.) Perſae, qui timerent, ne claſſes hoſtium hac via in ipſorum terras penetrarent, catarrhactis, arte factis, obſtruxerunt, (Arrian. de exped. Alex. 7, 7.) quas quidem delevit Alexander. (Idem et Strabo cc. ll.) Ceterum praeter hunc Tigrim in hoc tractu duos alios cognomines fluvios ex diverſo loco effluentes memorat Herodot. 5, 52. et ex eo Euſtath. ad Dionyſ. v. 976. Idem vero Euſtathius, cum ex Xenophonte de exp. Cyri 5, 6, 3. in Paphlagonia cognominem indicat, falſa lectione deceptus eſt, cum ibi legatur *Iris*.

ut natus eſt, ita) Igitur curſu rapido, cum alii quidam auctores tardiorem eum fluere adfirment, de quo ſupra. Nempe Noſter cum Strabone et aliis ortum Tigris ponit, non ubi primum naſcitur, ſed ubi hoc nomen demum ſumit. Vid. Salmaſ. ad Solin. 37. f. 49.

p. m. 487. Idem p. m. 489. hinc etiam Solinum refutat, qui ſcribit, ab exordio non ſtatim totum eſſe, cum diverſis alveis minime diſſipetur. Quae tamen ex praecedentibus patebunt.

Euphrates) Gr. Εὐφράτης, poetis etiam Εὐφρήτης, uti Dionyſio v. 977. et ſequ. Penultima producitur, quam cum poeta quidam corripuiſſet, quod et hodie vulgo fit, diſtichon lepidum retulit adpoſitum hic Vadianus: *Venit ad Euphraten, undis perterritus haeſit: Ut cito tranſiret, corripuit fluvium.* In genitivo reperitur etiam apud Avien. v. 1157. *Euphratae*, quod et praeferunt libri apud Solin. 37. f. 40. teſte Salmaſio, uti *Oreſtae, Alcibiadae, Philoctetae* — de qua forma Wernsdorf ad eum adſegat Salmaſ. ad Solin. p. 295. Heinſium ad Ovid. epiſt. 8, 9. quibus adde Oudendorp. ad Frontin. 1, 8, 12. Inde Commagene poſt dicta eſt Εὐφρατησία. Vid. Procop. de B. Perſ. 1, 17. et alibi. Ammiano 14, 8. f. 26. *Euphratenſis*, aliis etiam; ut ibi notat Lindenbrogius, *Euphratenſia*. Secundum Plutarch. de fluviis H. v. olim dictus eſt *Zaranda*, poſt *Medus* ab Medo, Artaxerxis filio, qui poenam metuens, vitiatae virginis cauſa, ſe in eum praecipitem dedit. Denique *Euphrates*, ab Euphrate, qui cum imprudens filium occidiſſet, moerore fractus, in eum decidit. Hebraeis eſt פְּרָת, pro quo Ioſephus antiqu. Iud. 1, 1. f. 2, 3. habet Φόρα, ubi vid. Relandus. H. *Forat* f. *Phrat*, *Frat*, quem et Arabes vocant *Nahar al Kufa*, et Turci *Morad Sui*. De ſingulis duce Mela deinceps.

o r e) De fonte, uti paſſim. Vid. Heinſ. ad Ovid. Metam. 15, 274. ubi exempla habes. Luculentum eſt hoc de Timavo apud Noſtrum 2, 4, 3. *novem capitibus* (more poetarum) *exſurgens*, pro quo Claudian. 4 conſul. Honor. v. 197. *Inque novem conſurgens ora Timavus.* Sic *caput* de Euphratis fonte Avienus v. 1158. quod

alibi de fluminibus, ut ibi docuit Wernsdorf. Sic de Euphrate Lucan. 3, 256. Similia loca adtulit hic Ciacconius, ex Curtio 6, 4, 7. de Rhidago *os aperire* et Ovidio Metam. 15, 274. de Lyco *renasci alio ore*, quem repetit Seneca N. Qu. 3, 26. Fontes autem Euphratis diversis locis ponunt auctores. Plerique omnino Armenios montes memorant, veluti Herodotus 1, 180. Arrianus 7, 21. Dionys. v. 978. et ex eo Priscian. v. 903. et Avienus v. 1158. Diodor. Sicul. 2, 11. Procop. de B. Pers. 1, 17. Curtius 5, 1, 13. Polyb. 9, 43. (qui Armeniam simpliciter habet) Geogr. Ravenn. 1, 8. qui etiam inde Tigrim nasci scribunt cum aliis, veluti Lucano 3, 257. et quos habet Camers ad Avien. c. l. At qui Armeniae locum indicant, minime consentiunt, aut varie locum designant. Sic Strabo 11. pag. 367. f. 527. scaturire eum dicit in septemtrionali Tauri latere, unde per Armeniam primum ortum petit. Idem 11. p. 369. f. 521. Tauri eam partem vocat in priori loco *Abum* montem, unde et Araxem deducit, pro quo Eustath. ad Dionys. v. 988. scribit Ἄκος. At non solum ibi Codd. quidam Ἄβος, sed et eo nomine mons commemoratur in hoc tractu a Ptolemaeo 5, 13. In Plinio 5, 20. f. 24. vocatur mons Abas f. Aba, qui de fontibus ita refert: *Oritur in praefectura Armeniae maioris Caranitide, ut prodidere ex iis, qui proxime viderant, Domitius Corbulo in monte Aba; Licinius Mucianus sub radicibus montis, quem Capoten adpellant supra Zimaram* 12 *M. P. initio Pyxirates nominatus.* Posteriora repetit inde Solin. 40. f. 37. Cf. etiam Martian. lib. 6. p. 220. et quae ad Plinium notavit de iis locis Harduinus. Consentiunt igitur Plinius et Strabo in fontis loco, at in primo eius cursu dissentiunt, quod ex sequentibus adparebit, atque hinc etiam in montis eius parte, ut docuit Cellarius in Geogr. ant. 3, 11, 5. p. m. 318. Armeniae montem, ubi fontes sunt, non nominat Procopius c. l. sed stadiis 42 a Theodosiopoli disitum illique a septemtrione obver-

ſum dicit. Illa autem urbs aliis h. *Arzerum*, aliis *Haſſan-Kala* eſſe putatur. Dextra eius montis, qui per ſitum de Abo intelligi poteſt, Euphraten, laeva Tigrim oriri tradit. Dextram Strabo 11. p. 359. ſ. 521. vocat borealem, laevam auſtralem, quia ex eodem monte utrumque fluvium ducit, fontibus 2500 ſtadia, i. e. 312 M.P. diſtantibus. Oroſius 1, 2. pag. 19. (Haverc.) ex radice Armeniae montis *Parchoatrae* effundi refert cum Araxe, eumque montem a Tauro diſcernit. Urbem, ad quam oritur, vocat Oroſius pag. 15. *Dacuſam*, etſi Codd. variant. Plinio ſine dubio eſt *Daſcuſa*, c. l. ubi et pro Δασκοῦτα habet Cod. Palatinus Ptolemaei 5, 7. qui et Zimaram memorat. Cf. de utraque Weſſeling ad Antonini itiner. pag. 208 ſq. At male ibi fontes Euphratis ponit, qui longius hinc abſunt. Tabula Peutingeriana 10. ducit a monte, quem vocat *Parverdem* i. e. Paryaradrem, uti iam coniecit Salmaſ. ad Solin. p. m. 440. Eſſe autem hunc fluvium docet curſus praeter Samoſata. Mons ille ultra Abum iacet verſus Iberiam et Albaniam, uti patet ex Strabone 11. p. 359. ſ. 521. et aliis locis, etiam ex Ptolemaeo 5, 6. aliquatenus. Ubi fontes ponat Ptolemaeus, etſi accuratius ſtatui nequit, cum et numeri incertae ſint fidei, docet tamen curſus et notatio locorum, ulterius et magis ad ſeptemtrionem ab eo removeri. Vid. 5, 13. et quae pluribus disputat Salmaſ. ad Solin. 37. ſ. 40. p. m. 437 ſqq. paucioribus Cellárius in Geogr. ant. 3, 11, 5. Errat Aethicus p. 725. (Gron.) qui eum haud procul *Adcuſa* urbe naſci refert, quae cum *Daſcuſa* procul dubio ſit, error hic iam antea notatus eſt. At longius ille vagatur, et p. 709. in Indiae campis eius fontem commemorat. Aperte etiam, etſi levius, errat Ptolemaeus 5, 13. dum Artaxata ad Euphratem ponit, miſcens eum cum Araxe. Multa porro de origine eius congeſſit Boccatius de flumiinibus h. v. ubi Melae hunc locum praeterea auctum reddit. Sed audiendi nunc ſunt recentiores teſtes. Tournefort voyage

au Levant T. 3. lettre 18. p. m. 114. (ed. 1727. 8.) fontes esse adfirmat duos, quorum unus ab urbe hodierna *Artzerum* diei unius, alter fere duorum dierum iter versus orientem distet, in montibus nive tectis, sed, quam Alpes, depressioribus. Prior fons fluit ab oriente ad meridiem, et praeteriens dorsum montium, ad quorum radices iacet *Artzerum*, tendit meridiem versus ad exiguum vicum, quem vocat *Mommacotum*. Posterior, aliquamdiu cum petiit septemtrionem, subit pontem *Elijae*, unde conversus ad occasum iuxta viam, qua itur *Tocatum* urbem, et per naturam situmque locorum cogitur petere meridiem versus *Mommacotum*, ubi coniungitur priori trium dierum iter ab Artzero. Uterque vocatur *Frat*, quod nomen, ubi confluxit, retinet. Artzerum autem, uti supra dixi, est Theodosiopolis antiqua, vel haud longe ab ea fuit disita. Vid. Tournefort c. l. pag. 125. Aliquatenus igitur recte Procopius indicavit fontem, etsi, dum nimis vicinos facere videtur Tigridis fonti, quem aliquantum removet Strabo, (vid. supra) erroris coarguitur a Tournefortio p. m. 124. Quid alii referant, in quibus Tavernierius, Otterus, dabit Büschingius Vol. 5. P. 1. p. m. 177. unde adparet, in eo consentire, ex diversis fontibus Euphratem nasci, vel ex diversis fluviis, quorum unus *Mürad*, ex duobus fontibus ortus, et Euphrate proprie sic dicto, atque cursum diversum ab auctoribus memoratum melius hinc intelligi et explicari posse.

secat) Vid. ad I. 1, 9. Gronov. Sic Mamertinus in genethliaco Maxim. cap. 16. f. Plin. epist. 5, 6, 12. alii.

in stagna) Ignorant id fere alii versus fontem, nec recentiores eiusmodi aliquid adferunt. Qua sensum idem fere Arrianus de exped. Alex. 5, 5. extr. εἰς τενα-γώδη ἀναχεόμενος ἀφανίζεται, sed posterius verbum ad

ea reſpici docet, quae Mela habet de exitu. Quod referunt Dio Caſſius 68, 28. Arrian. de exped. Alex. 7, 21, 5. et ex recentioribus Büſching. Vol. 5. P. 1. p. m. 198. fit ante confluentem Tigridis et Euphratis. At ſolus Melae fidem adſtruit Procopius de B. P. 1, 17. in. qui prolixa narratione refert, primum per anguſta ſpatia labi, unde, ubi prorupit, oculis ſubduci, non quidem ſubterraneo meatu, ſed aqua denſiſſimo coactoque limo tecta per ſtadia 50 in longitudinem, et 20 in latitudinem, adeo ut transiri tuto equis etiam poſſit; caſu quondam arundineto incenſo et ad radices combuſto, aquam ſubiectam per hiatum exiguum adparuiſſe, ſed brevi poſt locum iterum limo tectum coiiſſe. Inde ducit in Aciſilenen cum Strabone, qui inde ad meridiem vertit, de quo infra.

piger) Poetice. Sic Ovid. ex Ponto 4, 10, 61. de Ponto: *Quin etiam ſtagno ſimilis pigraeque paludi.* Eodem modo *ſedet*, quae verba egregie ſe ſuſtinent invicem et firmant. Sic *Arar pigerrimus undae* Sil. Ital. 15, 501. de leni curſu.

margine) Bene et proprie de ſtagno, uti mox *ripis* de flumine, quod alveo ſuo labitur. Vid. Scheffer et Burmann. ad Phaedrum 4, 8, 4.

celer et fremens) Βαθὺς καὶ ταχὺς vocatur ab Herodoto 1, 180. Πολὺς καὶ μέγας φέρεται Procop. de B. Perſ. 1, 17. *ſaxoſus ac violentus* Plin. 5, 20. ſ. 24. Sic *celer* Claudian. Conſ. Honor. 4, 387. et *tumidus* 3, 70. Eius ut rapiditatem frangeret, Nitocris, Aſſyriae regina, factis foſſis eum coercuit ſic, ut Aſſyriae pagum aliquem ter influeret. (Herodot. 1, 185.) Intumeſcit autem, cum hiberno tempore ſit vadoſus, vere ineunte maximeque ſub ſolſtitium aeſtivum adauctusque Armeniorum montium liquefactis nivibus ripas excedit, Aſſy-

riaeque campos inundat. Vid. Polyb. 9, 43. Arrianus de exped. Alex. 7, 21. et quos ibi adfert Gronovius, etsi Flori locum 3, 11, 3. ubi turbines commemorantur, non ad fluvium, sed ad ventos ex aliorum testimonio referendos censet Dukerus. Testatur in primis Libanius in oratione funebri in Iulian. T. 1. p. 597. (Reisk.) cui addi possunt Plin. 5, 21. f. 25. et Solinus cap. 37. f. 40. Unde etiam accolae canalibus egestis eo, ut Aegyptii Nilo, utebantur, cuius modo crescere putabatur. Strabo 16. pag. 509. f. 740. Plin. 5, 21. f. 25. Liban. c. l. De fertilitate inde orta etiam Lucan. 3, 260. Cicero de nat. Deor. 2, 52. Sextus Ruf. cap. 20. f. Mense Aprili et Octobri intumescere eum ex aquis pluvialibus notavit Cartwrightus. Vid. Büsching Vol. 5. P. 1. p. m. 239.

per Armenios —) Utrosque dividit. Vid. Plin. 5, 20. f. 24. Martian. Capella lib. 6. pag. 222. Quod idem de Armenia et Cilicia refert Herodot. 5, 52. Ciliciam nimis extendit. De Armeniis et Cappadocibus vid. ad 1, 2, 5.

obstet) De eo Plin. 5, 20. f. 24. *Apud Elegiam occurrit ei Taurus mons, nec resistit, quamquam 12 M. P. latitudine praevalens.* Sic Taurum ibi eum scindere scribit ex Plinio Solinus c. 37. f. 40. Strabo 11. p. 363. f. 527. εἶτ' ἐπιστρέφει πρὸς νότον καὶ διακόπτει τὸν Ταῦρον, quod fieri dicit inter Armeniam, Cappadociam et Commagenen. Quod Plinius c. l. tradit, irrumpentem vocant *Omiram*, mox ubi perfregit *Euphraten*. *Ommam* legit ex libris Salmas. ad Solin. cap. 37. l. 40. p. m. 441. et Harduin. ad Plin. c. l. putat in libro Iudith. 2, 24. torrentem vocari *Mambren*. In Graecis est Ἀβρῶνα. Pergit post Plinius sic, quod ad Melam proxime facit: *Apud Claudiopolin Cappadociae cursum ad occasum solis agit. Primum hunc illi in pugna Taurus auferi, victusque et abscissus sibimet, alio modo vincit*

ac fretum expellit in meridiem. Ex quo adparet, irruptionem omisisse Melam, et solam flexionem et conversionem, quam facit Taurus obiectus, adtigisse. Contra vero de Tauro eodem fere modo Martianus Capella lib. 6. p. 220. *orbem peragraret, nisi maria restitissent,* praeeunte Plinio 5, 27. *mediam distrahens Asiam, nisi obprimenti terras occurrerent maria.*

avertitur) Solet hoc verbum et cognata cum contrariis praepositionibus iungi, quo duplex motus eius et terminus indicatur breviter. Exempla non rara. *Avertere* autem sic simpliciter de fluminibus apud Liv. 22, 5. extr. ubi alii addunt *cursu*, quod et in textu posuit Drakenborch, quem vide. Quod addit Noster *ad meridiem*, declarat progressionem cursus, quem facit. Deducit enim Euphratis cursum ab oriente in occidentem, unde Tauri obiectu in meridiem avertitur, in quo consentit cum Strabone 11. p. 359. f. 521. p. 363. f. 527. At Plinius 5, 20. f. 24. a fonte, i. e. a septemtrione in meridiem, sine ullo flexu inter Armeniam et Cappadocium decurrentem post Tauri etiam irruptionem apud Elegiam, apud Claudiopolim Cappadociae ad occasum primo cursum agere, sed obstante Tauro in meridiem expelli dicit. Dionys. v. 979. ad meridiem statim ducit et post flexo cursu ad orientem per Babyloniam, ubi etiam Strabo 11. p. 359. f. 521. novum eius flexum indicat. Quam opinionem secutus sit Ptolemaeus, haud liquet, et quatenus investigare datur, prolixa disputatione studuit Salmas. ad Solin. c. 37. f. 40. p. m. 441 sq. unde, si quis desideret, peti ea possunt. Certe flexus eius ad meridiem, quod numeri volunt, differt ab eo, quem Mela aliique Tauri obiectu statuunt.

per Syros) Ita et alii, v. c. Polyb. 9, 43. Intelligitur autem eius pars *Commagene*, cuius praecipuam urbem *Samosata* praeterfluit. Plin. 5, 20. f. 24. aliique

apud Cellarium in Geogr. ant. 3, 12, 9. Dio 35, 2. Commagenen inde nomen nactam esse supra notavi. In Syria maxime hinc notum est oppidum Zeugma, transitu Euphratis nobile, ut dicit Plin. 5, 21. f. 24. Strabo 16. pag. 513. f. 746. Tacitus 12, 12. Ammian. 18, 8. — Transiit hic Alexander (Strabo et alii) et post multi. Vid. Dio 40, 17. et qui ibi adducuntur, et a Cellario in Geogr. ant. 3, 12, 16 sqq. Maximum vero in Syria habere alveum, notat Polyb. c. l. Hactenus enim plures amnes exceperat, in quibus ad Armeniam usque Plinius c. l. habet *Lycum*, *Arsaniam* (cf. de hoc 6, 31. f. 27.) et *Arsanum*, qui videtur *Arsinus* esse Procopii de B. Pers. 1, 17. etsi de eo silere ceteros scriptores ad Plinium putabat Harduinus. Alios praeterea omnino, omissis nominibus, influere adfirmat Procopius, in quibus *Chaborras* s. *Aborras* prope Circesium, (Procop. de B. Pers. 2, 5. Ptolem. 5, 18.) *Singas* ex Commagene, (Ptolem. 5, 15.) *Saocoras* in Mesopotamia. (Ptolem. 5, 18. —)

Arabas) Adluit Arabiam desertam. Urbes ad Euphratem sitas enumerat Ptolemaeus 5, 19. At sic addere poterat Mesopotamiam, quam Euphrate et Tigri contineri notum est. Forte tamen Arabum mentione tacite indicavit, quia Arabes Scenitae Mesopotamiae partes meridionales tenebant. Vid. Strabo 16. p. 514. f. 747. et Plin. 6, 32. f. 28. Petit inde Babyloniam, ubi novo flexu agitur versus orientem hibernum. Strabo lib. 11. cc. ll. Cursus eius etiam ex urbibus iudicari potest, quas ab eo adlui scribunt auctores, veluti in Syria Ptolemaeus 5, 15. et passim Strabo et in primis Plinius; de Arabia antea. In Mesopotamia *Nicephorium* praeterfluebat. (Plin. 6, 30. f. 26. et Isidor. Characen. p. 3. Hudf. qui et alias nominat.) In Palmyrene *Philiscum* est, (Plin. 5, 21. f. 24.) cui adduntur *Alalis*, *Sura*, *Alamata* a Ptolemaeo 5, 15. *Babylonem* interfluebat. (Plin. 6, 30. f. 26. et alii.) De canalibus, qui ex

eo plures derivantur, ut et de coniunctione cum Tigri ſupra dictum eſt. Altior enim erat Tigri. (Arrian. de exped. Alex. 7, 7. Dio 68, 28.) Factos autem eos canales ideo dicit Strabo 16. pag. 509. f. 740. ne ſolutis nivibus auctus campos inundaret, eorumque numerus modo auctus, modo minutus eſt. De eius autem diviſione Plinius 5, 21. ſ. 25. haec: *Scinditur Euphrates a Zeugmate* 83 *M. P. circa vicum Maſſicen*, (Meſopotamiae) *et parte laeva in Meſopotamiam vadit per ipſam Seleuciam, circa eum praefluenti infuſus Tigri.* (Cf. 6, 30. ſ. 26. Strabo 11. p. 359. ſ. 521.) *Dexteriore autem alveo Babylonem petit, mediamque permeans, diſtrahitur in paludes.* Idem paulo mutatis verbis inde repetit Martian. Capella 6. p. m. 220. Ita etiam duo Euphratis brachia facit Ptolem. 5, 18. quorum unum porrigatur ad Babyloniam, alterum ad Seleuciam, inter quae ponit flumen regium, de quo ſupra. Ita vero tripartitum facit Euphraten, ut Ammian. 23, 6. p. m. 287. Attamen Procopius de B. Perſ. 1, 17. totius Euphratis confluxum omnino cum Tigri, cuius ſolum poſtea nomen maneat, agnoſcit, Mela ſilentio praeteriit, quod forte Euphraten ſolum et verum ipſum ſpectaret, igitur partem eius alteram, quae Babylonem influxit, et inde proceſſit. At praeter plures eius ſciſſiones Euphratis cum ea, quae ſit ſupra Babyloniam, recentiores etiam commemorant. Vid. Büſching Vol. 5, T. 1. p. m. 197 ſq. A Babylone avertit olim, egeſta foſſa, Cyrus, ut per alveum exſiccatum urbem invadere citius poſſet, uti narrant Herodot. 1, 191. Xenophon Cyrop. 7, 5, 15. Polyaen. 7, 6, 5. Oroſius 2, 6. quod falſo Alex. M. tribuit Frontinus 3, 7, 4. Adtingendus hic reſtat *Pallacopas*, (Παλλακόπας) de quo gravis bis exorta eſt inter Voſſium et I. Gronoviam, quam hic prolixius exagitavit in ſingulari exercitatione de foſſa ex Euphrate, quam editioni ſuae Arriani de exped. Alex. M. p. 361 ſqq. adiecit, inſertis ſimul aliorum de ea opinionibus. Παλλακόττας ſcribunt

libri Appiani de B. Civ. 2, 153. sed in Arriano de exp. Alex. M. 7, 21. unde ea duxit Appianus, legitur Παλλακόπας. Idem Appianus in Syriacis cap. 56. omisso nomine indicavit, praetermisit Plutarchus in Alex. c. 73. aut certe Euphratis nomine omnino comprehendit. Strabo subpresso quidem nomine ipsam rem fusius describit lib. 16. p. 510. f. 741. In tanto disputantium vel dissensu, vel fervore, quid ipsi auctores adferunt, breviter proponam. Alex. M. Cossaeis, Mediae vel Susianae populo, subactis, (Diodor. 17, 111.) traiecto Tigri, (Arrian. 7, 16.) contra Chaldaeorum monita (idem c. l. aliique multi) Babylonem contendit, unde, nam Euphrates influit, secundo hoc flumine (Appian. de B. C. 2, 153.) ad Pallacopam amnem devectus est. (Appian. c. l. Arrian. c. l.) Distabat is a Babylone stadiis ferme 300 et erat alveus ex Euphrate perfossus, (Arrian. c. l.) qui Euphratem excipiens in paludes et stagna devehebat, et, quo minus Assyriorum i. Chaldaeorum campos perflueret et inundaret, impediebat, (Appianus c. l.) quod quidem sub solstitium aestivum facere solebat. (Arrian. c. l.) Paludes autem illae, in quas ab hoc alveo deducebatur, pertinebant usque ad contiguam regionem Arabiae, (Strabo 16, pag. 510. f. 741. Arrianus c. l.) quare et Diodorus Sic. 17, 116. Pallacopam omisso nomine proprio dicit τὴν περὶ τὴν Βαβυλωνίαν λίμνην. At cum sic Chaldaea irrigationis beneficio privaretur, satrapa Pallacopam obstruxit, etsi magno labore, propter tertam coenosam et mollem. (Strabo et Arrianus) Alexander M. non solum opus rectius perfecit, sed stadia fere 30 progressus novum alveum in petrosa terra effodi iussit, ne aqua diffunderetur, et emisso stato anni tempore peragi posset, Arabia autem non amplius paludibus invia redderetur, quippe quam occupare constituisset. (Strabo et Arrianus.) Ex quibus adparet, duplicem olim fuisse Pallacopam, eiusque locum infra Babylonem quaerendum esse. Quae de eo disputarunt Salmasius ad

caecis meatibus aliquando in mare effluxiſſe. vossius. Recte monetur, narrationes auctorum inter ſe de exitu Euphratis discrepare. Praeter ſuperiores oſtia eius commemorant. Nearchus in periplo pag. 37. (Hudſ.) Strabo c. l. pag. 55. ſ. 80. ſive ibi Eratoſthenes, et 15. p. 501. ſ. 729. Alii locum deſignant, uti omnino in Arabia Plinius 6, 32. ſ. 28. iuxta *Teredonem*, h. *Balſara*, Dionyſ. v. 982. et ex eo Priſcianus v. 908. et Avienus v. 1160. Conſentiunt Strabo 16, pag. 526. ſ. 765. et Plin. 6, 32. ſ. 28. qui confluentem ibi commemorat Euphratis et Tigris, de quo ſupra. Arrianus de exp. Alex. 7, 20. ad duas inſulas oſtia ponit, a quibus una 120 ſtadiis diſtet, *Icarus* ab Alex. M. nominata, altera, *Tylus*, unius diei ac noctis navigatione. Alii, uti Philoſtratus in vita Apollonii 1, 20. utramque opinionem commemorant, ſed quod de diſtractione in paludes ſcribit, ad eius tantum partem magnam refert, quod Plinius 5, 21. ſ. 26. de dexteriori eius alveo, qui Babylonem petit, adfirmat, cum a parte laeva circa Seleuciam Tigridi infundatur, de quo intelligendi ſunt Dionyſius et Strabo, qui per Babylonem et hinc in mare deducunt. At cum praeclauſiſſent Orcheni accolaeque, agros rigantes, Paſitigri tantum deferebatur in mare, ut refert Plinius 6, 31. ſ. 27. Quae ex priori Plinii loco intelliguntur, et de diverſis temporibus valent. Non igitur, quod putat Tellier ad Curt. 9, 10, 3. Mela ex Curtio c. l. et Arriano refellitur. De defectus cauſis variis prolixe d'Anville in Memoires de litterature — de Paris T. 30. p. 171 ſqq. et de eius curſu. Quidam per flumen in Arabia emergere putarunt, notante Plinio 6, 32. ſ. 28. alii adeo ſub terras dilapſum in Aegypto prodire et Nilo miſceri, uti adfirmat Philoſtratus c. l. Vid. quae disputat d'Anville ſur le Golfe Perſique et ſur les bouches de l'Euphrate et du Tigre in memoires — de Paris Tom. 30. p. 132 ſqq. Nuperrime (1797) ex recentioribus teſtis tabula egregie

de hodierno oſtio Euphratis expoſuit Vincent ad Nearchi paraplum. (Angl.)

emoritur) Eleganti et vivida metaphora, qua ex languore conſecutum rei defectum indicant. Sic *ſterilis et emoriens terra* Curt. 4, 7, 10. *Morientia flumina* dixit etiam Petron. 122. 133. Sic de oppidis, i. e. interire, Rutil. itin. 1, 414. ubi πόλεως θάνατος ex Lycurgo apte comparat Wernsdorf. *lingua diſerti* Samon. 264. Exempla alia multa conlegit Barthius ad Claudian. de Olyb. et Prob. Conſ. v. 218. De Euphrate Plin. 5, 21. ſ. 25. ſimpliciter: *diſtrahitur in paludes.* Propius ad Melam accedit Philoſtratus in vita Apollonii 1, 20. εἰσὶ δ', οὓς φασιν, ἐς ἕλος ἀφανίζεσθαι τὸ πολὺ τοῦ Εὐφράτου, καὶ τελευτᾶν τὸν ποταμὸν τοῦτον ἐν τῇ γῇ. Unde etiam Olearius putat, Melam a Philoſtrato expreſſum eſſe.

§. 6. *Alterum latus)* Sinus Perſici, quod trans confluentem eſt amnium in occaſum. VADIANVS.

excurrit) Sic Arrianus in periplo maris Erythraei pag. 11. (Hudſ.) κατὰ μῆκος ἐπὶ πολὺ παρατείνουσα τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. Magis Melam explicant Plinius 6, 32. ſ. 28. qui ſic: *Ipſa peninſula Arabia inter duo maria Rubrum Perſicumque procurrens;* Oroſ. 1, 2. pag. 14. (Haverc.) *quae inter ſinum Perſicum et ſinum Arabicum anguſto terrae tractu orienteu verſus extenditur.* Excurrebat autem ad Characem, oppidum Perſici ſinus intimum. (Plin. 6, 31. ſ. 27.)

Eudaemon) Praetulit vocem Graecam, quam et poſuit Plin. 6, 31. ſ. 27. Solinus cap. 36. ſ. 33. *Hanc Arabiam Graeci* εὐδαίμονα, *noſtri beatam nominaverunt.* Plinius Latine et *felicem* et *Beatam* reddit. Cf. 12, 30. ſ. 14. 41. ſ. 18. 5, 12. ſ. 11. — Hinc Arabes, quos

Eudaemones vocat Capitolinus in Opilio Macrino c. 12. et ſic Vopiſcus in Aureliano cap. 33. *Arabes Eudaemones* memorat, ut Marcianus in periplo p. 17. (Hudſ.) Dionyſ. v. 802. et 925. vocat ἐρατεινὴν, ubi Euſtathius εὐδαίμων explicat ὄλβιστος, et εὐδαιμονία per ὄλβον, quae vox, ut *beatus* Latinis, ſaepe de opulentis, divitibus dicitur. Et ſic Strabo 1. p. 27. f. 39. πλουσίαν explicat, obponitque ἄπορον, quare etiam Penzelius in verſione Vol. 1. pag. 396. vernaculâ lingua minus recte verti cenſet *das glückliche Arabien*, cum debeat: *das reiche*. Nomen diſerte dicit impoſitum eſſe Diodor. 3, 49. in. διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐν αὐτῇ φυομένων καρπῶν τε καὶ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν. Notat per eam occaſionem Strabo, Homeri aetate minime fuiſſe divitem, ſed incolarum induſtria et odorum maxime fertilitate poſtea factam. At male hinc ἐρατεινὴν illam Dionyſii verſus occidentem Aegypto, verſus ſeptemtrionem Syriae conterminam facit Stephanus f. v. Ἀραβία, et odoriferam inter ſinum Perſicum et Arabicum, etſi Dionyſ. v. 802. et v. 925. Syriam Arabiae ἐρατεινὴ omnino adnectit, forte quod Arabia Petraea in nomen et cenſum conceſſerat tertiae Palaeſtinae. Vid. Procopius de aedificiis 5, 8. in. Weſſeling ad Hieroclem p. 721. idem ad Diodor. 3, 42. et in primis Salmaſ. ad Solin. c. 33. f. 36. p. m. 347. Eadem paſſim etiam appellatur ἡ ἄνω Ἀραβία, uti a Diodoro 3, 42. extr. quod ex Oceano ſinus influit in terras obponiturque illi, quae Aegyptum adtingebat. Ita Servius ad Virgil. Aen. 1, 416. diſerte tres enumerat, *inferiorem*, *Petrodem*, et *Eudaemona*. Plura diſſerit Salmaſ. ad Solin. c. l. p. m. 343. Ita autem dicebatur ea Arabia, quae ad meridiem vergebat. (Diodor. 2, 54. in.) Strabo 16. pag. 526. f. 765. terminari ait verſus ſeptemtrionem ſolitudine vaſta, alibi utroque ſinu et Oceano. Excurrit autem a Charace, Perſici ſinus oppido intimo, (Plinius 6, 31. f. 27.) et a receſſu intimo ſinus Arabici, ſinu Elanitico, (Dionyſ. v. 924. Agathemer. 2, 6.) quo usque pertinebat Arabia Petraea.

(Agathem. 2, 6.) Versus sinum Persicum adtingebat Arabiam desertam. (Idem 2, 11.) Ita nempe ex triplici posteriorum divisione. Igitur reliquae duae Arabiae erant ad septemtrionem sitae, de quo vid. Marcianus in periplo pag. 16. (ed. Hudſ.), qui fines describit accuratius, uti Ptolemaeus 6, 7. De aliis postea. Hodie ab Arabibus vocatur *Iamian*, vel *Iemen*, vel *Yemen*. Olim secundum Strabonem 16. p. 538. ſ. 782. quidam Arabiam felicem in 5 regna, vel pagos (βασιλείας) divisêrunt, quorum unus bellatores habuit, alius agricolas, tertius artifices et opifices, quartus myrrham tulit, ultimus tus. Regum antea sit mentio, et ex populis, qui supra Syriam primi eam incolunt, memorantur Nabataei et Sabaei. Illorum metropolin dum dicit *Petram*, latius sic extendi Arabiam felicem adparet. Nabataei enim habitabant ad sinum Aelaniticum et inde superius in mediterraneis, ubi Arabia Petraea post ponitur. Vid. Diodor. Sic. 2, 48. 3, 43. Plin. 5, 12. ſ. 11. 6, 32. ſ. 28. et quae conlegit Relandus in Palaestina 1, 17. p. 66. Ceterum plures Arabiae felicis populos recensêt Ptolemaeus 6, 7. et Plin. 6, 32. ſ. 28. aliique, etsi parum hic in nominibus eorum, nec in situ sibi constant. De illorum moribus plura adfert idem in sequentibus, quae vel reddidit, vel aliunde hausit Caelius Rhodiginus in lect. antiquis 18, 35. Nota est infelix Aelii Galli sub Augusto expeditio, quam prolixe Strabo describit 16. p. 536. ſ. 780.

angusta) Secundum Marcian. in periplo pag. 16. (Hudſ.) πλάτος στάδια 8850. Latissima est, teste Plinio 6, 32. ſ. 28. a septemtrione inter oppida Heroum et Characem.

cinnami) Idem quod *cinnamomum*, unde etiam in libris variatur apud Solin. cap. 30. ſ. 33. notante Salmasio p. m. 283. Immo Graecis solum usitatum est κινναμωμον, quod etiam adparet ex locis parallelis, in quibus

utriusque linguae auctores de hoc frutice loquuntur. Locus in hanc rem classicus est apud Plin. 12, 42. f. 19. Cf. etiam Theophrastus in hist. plantar. 12, 14. et quae de cinnamo disputantur ad Herodotum 3, 111. et in primis a Barthio ad Statii Theb. 6, 61. Salmasio ad Solin. 30. f. 33. p. m. 283 sq. et passim alibi, et Beckmanno ad Antigonum cap. 49. qui omnibus diligenter exploratis existimat casiam et cinnamomum veterum esse prorsus eandem rem, neque differre a *canella*, quam hodie vocamus. Ubi nascerentur olim, quod adfirmat Herodotus c. l. ipsi ignorabant, et festucas eius ab avibus ad nidos construendos adferri iactabant, quas aves *cinnamomos* vel *cinnamologos* vocant auctores. Cf. de iis Beckmann. c. l. In Aethiopia prope Troglodytas nasci et inde alio devehi scribit Plin. 12, 42. f. 19. Sabaeorum regionem eius feracem facit Strabo 16. pag. 535. f. 778. Et sic antea Herodot. 3, 107. in Arabia nasci scribit.

turis) Gr. θυμίαμα, λιβανωτός. Idem vero adfirmant plurimi. Conligendi modum admistis fabulis describit Herodot. 3, 107. et Plinius maxime 12, 30. f. 14. Hinc *turifera Saba* Plin. c. l. Hinc etiam in numis quibusdam turis ramus conspicitur. Vid. Patinus in num. Imper. R. p. 175. et omnino Rasche in Lexico num. T. 1. P. 1. p. 1019. De ture multa Salmas. ad Solin. 33. f. 36. p. m. 355. et alibi.

odorum) De herbis odoriferis, aromatibus. Vid. quae dicta sunt ad 1, 11, in. Iis maxime inclaruit Sabaeorum regio. Vid. Plin. 6, 32. f. 28. Strabo 16. p. 535. f. 778. Agatharchides de rubro mari p. 26 sqq. Hudf. alii. Addunt autem superioribus auctores myrrham, ladanum, casiam aliaque, de quibus plura auctores commemorant, maxime Plinius lib. 12. Cf. etiam Diodor. 2, 48 sqq.

Sabaei) Gr. Σαβαῖοι, ita dicti ab urbe, vel regione, quae varie scribitur: Σαβαὶ, (Stephanus h. v.)

Σαβᾶς, (Agatharchides de mari rubro c. 50. p. 63. Hudſ.) Σάβας, (Diodor. Sicul. 3, 47. qui ſua hauſit ex Agatharchide; vulgo ibi Σάβα) Σαβά, (Suidas h. v. et Theophr. hiſt. plantar. 8, 4. in. in plurali) Σάβα, (Phiſoſtorg. in hiſt. eccleſ. 3, 4.) Σαύη βασίλειον, (Ptolemaeus 6, 7. qui et habet Σαβή) *Saba*. (Plin. 12, 30. ſ. 14.) Eius mentio occurrit in literis ſacris, veluti 1 Reg. 10, 1. — ubi שְׁבָא, Graeci interpretes Σαβά. Occurrunt ſimilia nomina ad ſinum Arabicum, vel in Arabia felici, uti Σάβα et Σαύη apud Stephanum h. v. Σαβαὶ infra Berenicen apud Strabon. 16. p. 531. ſ. 771. *Save*, vel, uti etiam volunt, *Sabe*, apud Plin. 6, 26. ſ. 23. de quibus diſputat Salmaſ. ad Solin. 33. ſ. 36. p. m. 349. uti etiam de diverſa terminatione Bochartus in Phaleg 2, 26. Uterque eandem Stephani putat Σαβαὶ et Σαβώ, propter idem gentile inde ductum, renitente tamen Holſtenio in notis p. 277. Σαβὰ πόλις βασίλειος τ. Αἰθιοπίας, quam poſt Meroen a ſorore adpellavit Cambyſes, commemoratur a Joſepho antiqu. Iud. 2, 10, 2. ubi de ſcriptura varia Bernardus. Vid. tamen, quae contra monet Bochartus in Phaleg 2, 26. At ſunt praeterea alia, quae in diſceptationem venerunt. Ita nempe Salmaſio c. l. Saba aliorum et Sabatha Plinii 6, 32. ſ. 28. eadem urbs eſſe videtur, quod alias Plinius urbem praetermiſiſſet, unde toti genti nomen impoſitum. Addit et alia, quibus opiſſionem ſuam ſtabiliat, etſi Ptolemaeus 6, 7. (in quo Σαυβάθα vel ex Cod. Palat. Σαυδάθα) utramque diſtinguit, et ſitus utriusque in auctoribus minus addicit. Hinc vero ab Avieno v. 1137. *Sabathas* pro *Sabaeis* dictos cenſet. Certe in eodem nexu Dionyſ. v. 959. commemorat Σάβας, quos Euſtathius explicat ab aliis dictos Σαβαίους. *Sabae* etiam eſt in Priſciano v. 889. Salmaſio ad Avienum adſentitur Schraderus. Tum *Sabatha* et *Sabotha* an eadem ſit urbs, diſquiritur, quod quidem putant Salmaſius c. l. et Harduinus ad Plin. 6, 32. ſ. 28. 12, 32. ſ. 14. etſi diverſas facit Plinius, nec librorum lectio 12, 30.

f. 14. conſtat. Videntur ipſi auctores in his tenebris erraſſe, nominum ſimilitudine decepti, aut Saba, et urbem et regionem, commiſcuiſſe, de quo diſcrimine deinceps; niſi velimus, vere diverſa eiusdem urbis nomina fuiſſe. Aliud urbis nomen *Meriaba* ſ. *Mariaba* fuiſſe contendit Bochartus in Phaleg 2, 26. quia Artemidorus et Eratoſthenes apud Strabonem 16. p. 528. f. 768. et p. 535. f. 778. metropolin faciunt Sabaeorum. Plinius tamen 6, 32. f. 28. Calingiis tribuit. Neque ob ſitum diverſum inſiſtit Bochartus. Saba tamen Philoſtorgius c. l. metropolin Sabaeorum dicit, unde duas regias habuiſſe eos putat Ludolfus in commentar. hiſt. Aethiop. 1, 20, 3. p. 65. cum Saba fuerit prope mare rubrum, illa in mediterraneis. Salmaſius ad Solin. 53. f. 56. p. m. 786. ſic expedit, ut contendat, Saba antiquitus metropolin fuiſſe, in eiusque poſtea locum ſucceſſiſſe *Mariabam*. Idem narrant quidem de regibus, quorum regia fuit Mariaba, vel Saba, Strabo 16. p. 535. f. 778. et Diodor. Sic. 3, 47. ex Agatharchide c. l. *Sabaei* omnino fuit gentis nomen, quae dividebatur in varios populos, quibus ſui erant pagi. Multas etiam Sabaeorum fuiſſe inſulas diſcitur ex Plinio 6, 32. f. 28. Idem 12, 30. f. 14. Graecorum fide adfirmat, nomen *Saba* ſignificare *myſterium*. Harduinus tamen ad c. l. coniicit forte a σέβειν dictam urbem, quia in cultu Deorum praecipuus turis uſus, et Σάβρυς adpellatos, qui Deo Sabaſio ſ. Sabazio, i. e. Baccho initiati forent, teſte Harpocratione ſ. v. Σαβοῖ. Vid. quae ibi diſputat Mauſſacus, et notat Schol. Ariſtophanis ad aves v. 874. unde ſua hauſit Suidas ſ. v. Σεβάζιος. Bochartus tamen in Phaleg 2, 26. magis probat Heſychii explicationem σαβὰ αἰχμαλωσία ex lingua Hebraica, etſi ſubſiſtere malit in Arabico נכש eminere. Nuper tamen Bruce (Reiſen) Vol. 1. p. 427. conl. p. 516. ſq. *Saba* ſ. *Azab* ſ. *Azaba* explicat auſtrum, quia Saba ſita erant ad auſtralem orum ſinus Arabici, et inde ab Arabia et Aegypto prima erat terra verſus auſtrum Africae contermina. Quod iam

ſupra indicavi, non urbs ſolum erat Saba, ſed eo etiam nomine continebatur regio, uti eſt apud Plin. 12, 30. ſ. 14. quae pagis conſtabat, in quibus Atramitae Minaeique commemorantur a Plinio c. l. omnimoque quatuor magnae gentes, quae Arabiam felicem tenuere, a Strabone 16. p. 528. ſ. 768. in quibus Sabaei, cum plurimi populi ab Plinio, Ptolemaeo — recenſeantur. Vid. Bochart. c. l. Salmaſ. ad Solin. 33. ſ. 36. p. m. 348. Quod ille quatuor populos nomine *Seba* conſtituit, de eo vid. quae monuit Michaelis in Geogr. Hebr. P. 1. p. 197 ſq. Urbs ipſa monti fuit impoſita, (Agatharchides et Diodor. cc. ll.) at regio ipſa latius patebat a media Arabia, ubi Atramitae, (Plin. 12, 30. ſ. 14.) ad mare rubrum, ſinum Arabicum maxime. Vid. Plin. c. l. Dionyſ. v. 959. ex eo Priſcian. v. 889. Avien. v. 1137. Euſtath. ad Dionyſ. v. 954. aliique. Quod Melam reprehendit Bochartus c. l. falſam loci huius diſtinctionem ſecutus eſt, qua ſublata ad ordinem conſenſumque Mela cum aliis revocatur, qui mare rubrum de ſinu Arabico potiſſimum hic intelligunt. An iidem (Sabaei) dicti fuerint *Homeritae*, quaeritur. Adfirmant id quidem Philoſtorgius in hiſt. eccleſ. 2, 6. 3, 4. aliique, quos producit Bochartus in Phaleg 2, 15. Plinius, Ptolemaeus, Arrianus aliique diſtinguunt. At ſi factum eſt, de poſterioribus temporibus valet, quibus latius diffuſi vicinarum gentium priſcum nomen abolevérunt, uti exiſtimat Bochart. c. l. cum quo conſentit in eo Ludolf in comment. hiſt. Aethiop. 1, 20, 3. p. 64. qui credit praeterea, ſive errore Plinium aliosque diſtinxiſſe, ſive Sabaeos de urbis tantum incolis dixiſſe, quod tamen loca auctorum, Plinii maxime, convincunt. Cf. Salmaſ. ad Solin. 33. ſ. 36. p. m. 353. Holſtenius ad Stephanum p. 235. et in primis Berkelius p. 614. Regionem fuiſſe turiferam, uti Plinius 12, 30. ſ. 14. vocat, iam ſupra notatum eſt. Hinc *Sabaei turiferi*, *Sabaei flores*, *myrrha*, *odor*, *ros*, quae in Geſneri thesauro proſtant. Sic praeterea *Sabaeum medicamen* Prudent. Cathemer. 10, 51.

tura Coripp. 3, 22. commemorant. — Disputatum hic eſt de regina Sabae, quae ad Salomonem venit, et Aegypti et Aethiopiae regina vocatur a Ioſepho antiqu. Iud. 8, 6, 5. repugnantibus multis. Vid. Bochart. in Phaleg 2, 26. Salmaſ. in Solin. 33. f. 36. p. m. 355. Harduin. ad Plin. 6, 32. f. 28. le Grand ad Lobo voyage d'Abyſſinie T. 1. diſſ. 7. p. 337 ſq. alique.

Macae) Gr. Μάκαι. Eorum plures mentionem faciunt, unde mirum eſt, quod Cellarius in recenſu Arabiae felicis ne adtigit quidem. Conſentiunt autem cum Mela in eo, quod Carmaniae obpoſitam Arabiae partem incoluerunt, etſi varie ſitum indicant. Sic contra Carmaniae promontorium Harmozon, de quo ſupra, ponunt Strabo 16. pag. 526. f. 765. Plin. 6, 26. f. 23. in Ichthyophagorum ſinu ampliſſimo Ptolemaeus 6, 7. quem quidem contrarium facit etiam Carmaniae; contra Perſidis aequor Priſcianus v. 887. et Avienus v. 1135. etſi hic in ipſa voce variatur, quam nec hodie certe agnoſcit Dionyſius, apud quem v. 957. reponendam cenſet ideo Bochartus in Phaleg 2, 20. Vid. ad c. l. Avieni Schraderus, et quae disputat Salmaſ. ad Solin. 33. f. 36. p. m. 350. Minus accurate inter Carmaniam et Arabiam et hinc quaſi in inſula ſinus Perſici locat Stephanus. Macarum promontorium Μάκετα commemoratur in Nearchi paraplo p. 22. (Hudſ.) Eratoſthenes apud Strabonem c. l. ἀκρωτήριον vocat τὸ ἐν Μάκαις, pro quo *Maces* habet Ammian. 23, 6. p. 284. (Gron.) *Aſaborum* videtur idem adpellare Ptolemaeus c. l. uti etiam placet Ortelio ſub h. v. Cf. deinceps. In Plinio 6, 32. f. 28. Naumachaeorum promontorium Carmaniae obponitur, quod pro eodem haberi poſſet, ſi lectio apud omnes conſtaret.

Frontem) Mela, quemadmodum etiam alibi, vocat promuntorium; illud nempe, quod Ptolemaeus [c. l.] *Aſaborum* ab Aſabis, alii *Macarum* [vid. antea]

a Macis populis nominant. Vulgo *Mocandan* appellatur. Verum autem eſt id, quod dicit hic Mela, promuntorium id aſperum eſſe cautibus ſilvisque. Nec promuntorium tantum, ſed et totum Arabiae litus, quod ab intimo ſinus Perſici receſſu usque ad inſulas *Curiamuria* [d'Anville *Curian* et *Murian*] dictas extenditur, admodum eſt excelſum. Ipſum tamen promuntorium *Mocandon*, alterumque quod ſequitur *Roſalgatae* [*Ras al Gat* vel *Had*, ut d'Anville] dictum, multo depreſſiora ſunt reliquo litore, quod vaſtis, arduis et inacceſſis ubique adſurgit rupibus, quibus turifera illa regio tamquam vallo armatur. vosseve. Niebuhr in tabula Arabiae vocat *Ras Muſſendom*, in aliis varie inflectitur. Vid. Büſching P. 5. Tom. 1. p. m. 718. qui et p. m. 643. et 712. de tractu litorali idem refert. *Exaſperant* graphice, uti ſolet, pro ſimplici *ſunt*.

aliquot) Inſulas aliquot inter duos ſinus e regione Eudaemonis, uti τὸ *medio* explicat Vadianus, nominatim commemorat Plinius 6, 34. ſ. 29. et Ptolemaeus 6, 7. *Sporades*, uti vocat, verſus Indiam et Gedroſiam, Agatharchides de rubro mari c. 19. p. 34. (ed. Hudſ.)

Ogyris) Gr. Ὠγυρις, uti vocant Dionyſ. v. 607. ex eo Priſcian. v. 605. et Avienus v. 794. Plinius 6, 32. ſ. 28. Stephanus h. v. qui cum Mela Erythrae regis in ea ſepulcrum ponunt. Ὠγυρις in Suida ſub h. v. Tom. 2. p. 752. (Kuſter.) ſimpliciter λίμνη vocatur. Variant alii in hac inſula nominanda, quae Erythrae tumulum habuit. Strabo enim 16. p. 527. ſ. 766. vocat Τυρρίνην, Nearcho et Orthagora teſtibus, eamque verſus auſtrum a Carmaniae promontorio (Harmozonte) removet 2000 ſtadiis. Nearchus tamen in paraplo apud Arrian. in Indicis c. 37. ſive p. 30. (Hudſ.) vocat Ὀάρακτα, ubi Erythrae ſepulcrum, ex quo Harduinus ad Plin. 6, 32. ſ. 28. coniicit, in Strabone reponendum eſſe Δοράκτα. Strabo paullo

poſt habet quidem Δοράκτα, ſed nihil ibi de Erythra, et ponit in Perſico ſinu. Salmaſius ad Solinum 54. f. 57. p. m. 831. pro Ogyri pugnat. Sed quod Orthagoram nullum in veteribus auctoribus agnoſcit, eum in Aeliano [hiſt. anim. 16, 35.] et Philoſtrato in vita Apollonii 3, 15. [3, 53.] inveniri notavit hic Voſſius, qui in Strabone emendat Ὠγυρίνην, vel mutatione minima Γυρίνην, aliis tamen repugnantibus, ut ibi monebitur. Pro *Organa*, quae et in Arriano c. l. legitur prope Oaracta, Cod. Palatin. in margine habuit Οὔγυρις apud Ptolem. 6, 7. Diſtabat haec inſula, quocunque illa eſt nomine, teſte Strabone c. l. fide quidem Nearchi ſui et Orthagorae 2000 ſtadiis a Carmaniae promontorio in alto mari ſita, quod cum Plinio 6, 32. f. 28. proxime conſentit, ſi cum Voſſio pro 225 M. P. ex Codd. legas 225, etſi nihil eiusmodi notavit Harduinus. Tò *in medio* indicat, quo ſitu poſuerit Mela Ogyrin. In circuitu Plinius habet 112 M. P. quae parum diſcrepant ab 800 ſtadiis Oaractae apud Nearchum in Arriano c. l. etſi hic de longitudine id refert. Καρμανίδος ἔκτοθεν ἄκρης Ogyrin ponit Dionyſ. c. l. Discrepat Curtius 10, 1, 14. vel errat, dum ex Nearcho refert, haud procul a continente remotam inſulam hanc fuiſſe, cuius quidem nomen omittit. Sic et hodie de inſulae nomine et ſitu disputatur. Ex recentioribus Voſſius *Gerun* hodie eſſe putat. (non *Ormus*, ut refert Seidelius ad Eratoſthenis fragm. p. 182.) Quae quia non amplius 36 M. P. a continente abeſt, ſita in ipſo ſinus Perſici oſtio, ut rem breviter conficiat, omnes erraſſe putat. Harduinus ad Plin. c. l. *Maziram* putat, Arabiae lateri auſtrali obiectam, quod tamen negat d'Anville ſur le Golfe Perſique — (Memoires de Paris Tom. 30. p. 146 ſqq.) quia et haec parum diſſita ſit ab Arabiae ora. Plura ibi disputantur, quae conſule, ſi lubet. Cf. etiam praeter ſuperiores Tellier ad Curt. 10, 1, 14. In *Gerun* hodie conſentit Goſſelin recherches ſur la Geographie Tom. 2. pag. 76.

§. 7. *undique)* Fuerunt tamen, qui Aegyptum rubro mari terminarunt, ut libro ultimo Strabo scribit. [Vid. 17. pag. 535. f. 806. Et sic Marcianus in periplo pag. 11. (Hudf.) πρώτη ἐστὶν ἡ Αἴγυπτος μέχρι τινὶ γειτνιῶσα τῷ κόλπῳ.] Horum sententia Aegyptii partem orae occiduae tenent, sed rectius Arabibus tribueris. Ptolemaeus [4, 5.] contractis nominibus Arabes Aegyptios toto litore adusque Aethiopes, qui sub Aegypto sunt, vocat, mox Arabes *Adeos* cognominatos Troglodyticae, quos Arabes *Auteos* et *Gnebadeos* [alii *Gebadeos*] Plinius [6, 33. f. 20.] vocat. Addo, quod eodem auctore [6, 34. f. 29.] rex Iuba tradidit, accolas Nili a Syene non Aethiopum populos, sed Arabum esse usque ad Meroen. VADIANVS. Arabiae nomon in Aegypto habet etiam Ptolemaeus 4, 5. et extra Delta versus Arabiam duos alios. De Arabibus Aegyptiis vid. etiam Salmas. ad Solin. 33. f. 36. p. m. 344 sq. Sic urbs Aegypti *Heroopolis*, unde sinus Heroopolitícus dictus, ad intimum recessum Arabici sinus erat. *Cleopatris*, *Arsinoe* et aliae Aegypti urbes ad Arabicum sinum iacebant. Aegyptiis subiicit Marcianus c. l. Ἀραβαιγυπτίους Ἰχθυοφάγους. Supra tamen etiam: *Init penitus, introrsusque, dum Aegyptum paene et montem Arabiae Casium adtingat.* Aut igitur Arabibus illas urbes tribuit, aut de potiori accolarum parte dixit.

incingunt) I. e. circum habitant. Sic *cingere locis* i. e. circuire. Vid. Gronov. observ. 2, 3.

Ab ea parte) Sic 1, 4, 17. *ab* (al. *in*) *ea parte, quae Libyco obiacet.* (al. *adiacet.*) Et saepe alibi. CRACCONIVS.

Cana) De lectionis varietate disceptatur in not. crit. pag. 278 sqq. Κάνη autem emporium et promontorium differte in Ptolem. 6, 7. sic commemoratur, ut de

ſitu ad mare apto hic dubitari nequeat. Docet id etiam Plin. 6, 26. ſ. 23. ubi eſt *Cane* in turifera regione. Luculentiſſime autem de eius ſitu Arrianus in periplo p. 5. (ed. Hudſ.) qui non ſolum emporium vocat in regione turifera, ſed et iuxta ponit inſulas duas deſertas, unam *Avium*, alteram *Trullas*, ſupra Canen Sabbatha, et poſt Sachaliten ſinum, quae ſitu optime conſentiunt cum Ptolemaei notatione, qui et verſus occidentem ſubiungit Arabiam urbem. Unum reſtat, quod obiicit Salmaſius ad Solin. 33. ſ. 36. p. m. 350. Atramitas a Plinio 6, 32. ſ. 28. poni in media fere Arabia felici, ubi Ptolemaeus 6, 7. habet Chatramitas, quos a Climace monte ad Sachalitas pertinuiſſe ſcribit. Inde vero putat eosdem eſſe populos diverſis nominibus editos, uti operoſe adſtruere nititur p. m. 348. ubi et de varia ſcriptura, qua auctores eos efferunt. In utroque etiam aderit Bochartus in Phaleg 2, 17. cum quo cf. Michaelis Geogr. Hebr. P. 2. p. 156. Accedit Geographus Arabs Clim. 1. P. 6. in quo populi *Hadhramauth* ſoli occupant, quidquid terrarum utrisque adſignat Ptolemaeus. Videtur itaque cum Plinio, in quo Chatramatitae, diverſos auctores ſecutus eſſe, qui diverſis eundem populum efferebant, et Chatramitarum, vel Atramitarum regio porrecta eſt ad Canen emporium. Ceterum occurrit etiam in S. S. apud Ezechielem 27, 23. De ſitu hodierno cf. Büſching P. 5. T. 1. p. m. 699. Mannert in Geogr. Vol. 6. P. 1. p. 103. quaerit prope *Cap Fartaſhe*.

Arabia) Ἀραβίας ἐμπόριον Homeritis tribuit Ptolemaeus 6, 7. Homeritas numeroſiſſimos eſſe Plinius 6, 32. ſ. 28. in Arabia felici ſcribit, iisque *Maſſala* oppidum tribuit, quod videtur Harduino eſſe Ptolemaei 6, 7. Μασσάλα, quia uterque in mediterraneis locat, renitente quidem Cellario in Geogr. ant. 3, 14, 63. Nempe ex numerorum nota ſinum Perſicum in Ptolemaeo ſpectat. De Homeritis autem, quos male ex Marciano Αἰθιόπων

pro Ἀραβῶν populos facit Stephanus, vid. Berkelius ad Stephan. pag. 614. Stuckius ad Arriani periplum Erythraeum p. 40 ſq. Bochart. in Phaleg 2, 15. Salmaſ. ad Solin. 33. f. 36. p. m. 353 ſq. et de eorum rebus geſtis ſaec. 6. Walch. T. 4. novor. commentar. ſociet. ſcient. Goettingenſ. Tom. 4. pag. 1 ſqq. De ipſa vero Arabia optime Arrianus in periplo p. 5. (Hudſ.) ſic fere: Εὐδαίμων Ἀραβία κώμη παραθαλάσσιος ὅρμους μὲν ἐπιτηδείους καὶ ὑδρεύματα γλυκύτερα κρεῖσσον τῆς Ὀκήλεως ἔχουσα. Prius urbs fuit, quae Felicis nomen habuit, quod olim Indorum et Aegyptiorum merces recipiebat. Paullo ante Arriani tempora Auguſtus Caeſar deſtruxerat. Voſſius a Romanis poſtea inſtauratam putat, ac dictam *Emporium Romanum*, uti adpelletur a Philoſtorgio [in hiſt. eccleſ. lib. 3. cap. 4. f. qui *Adanen* vocari dicit] ac mediī aevi ſcriptoribus. Quod notat Stuckius ad Arrian. p. 46. apud Aethicum in Coſmographia, (vid. p. 707. ed. Gronov.) commemoratur inter famoſa Orientalis Oceani oppida. Adde, quod idem pag. 721. in oppidis Oceani meridiani *Arabiam* ponit. Ab Oceli, teſte Arriano, circiter diſtabat 1200 ſtadiis. Situs hodie convenit in *Aden*. Vid. Stuckius c. l. et in primis Büſching P. 5. Tom. 1. p. m. 691. cf. et Niebuhr Reiſebeſchr. nach Arabien Vol. 2. pag. 259. et Mannert pag. 72. c. l. De *Gadamo* quod adferam, non habeo, nec alii habuerunt.

altera) Quae ſiniſtra eſt introeuntibus. VADIANVS. De *Berenice* vid. diſputata in not. crit. p. 282 ſqq.

Strobilum) Cognomen ei a forma inditum, nempe a ſimilitudine nucis pineae. Tralativum apud Graecos, ut montes et promuntoria στροβιλοειδῆ dicantur. Ptolemaeus autem vocat *Pharan*. VOSSIVS. In tabula Danvilliana, quam ſubiunxit deſcriptioni ſinus Arabici (v. ipſius Memoires ſur l'Egypte) duo promontoria infra Sues introeuntibus in ſinum ad ſiniſtram obliciuntur, quorum

num vocatur *Ras Abu Drâb*, alterum *Ras Zaafrane* s. *Cap de Safran* fide tabulae Turcicae. Alterum d'Anville p. 219. putat esse antiquum *Drepanum*, etsi Ptolemaeus longius hinc ad austrum removeat. *Strobilum* et *Drepanum* parum discrepant, et Arabicam vocem diverse reddere videntur.

Μυὸς ὄρμου) Sic plures Graeci; Latini interpretes passim reddunt *muris statio*. Strabo 16. p. 529. f. 769. λιμένα vocat μέγαν, τὸν εἴσπλουν ἔχοντα σκολιόν. Cf. etiam Agatharchides de rubro mari cap. 42. pag. 54. Hudf. Diodor. 3, 39. Arrian. in peripli in. Urbem portui fuisse adpositam, docet Strabo 17. p. 560. f. 815. Simpliciter commemorant Plin. 6, 33. f. 29. Ptolem. 4, 5. Postea dictus idem est Ἀφροδίτης ἔρμος, uti adfirmant Strabo in priori loco, Agatharchides c. l. Neque tamen antiquius nomen obliteratum fuisse, ex posterioribus auctoribus adparet, etsi recentiori nomine solo producit Diodorus c. l. Hanc urbem et Cappon in conprehendis ex India, Arabia et Aethiopia mercibus celeberrimam fuisse aetate facit Strabo 17. c. l. De causa nominis haec Stuckius ad Arriani periplum Erythr. mar. p. 2. Sic forsan dictus, vel ob murium marinorum, quos nonnulli volunt esse testudines lutarias, abundantiam, de quibus Plinius 9, 29. 16. 65. [32. 4. f. 14.] vel quia muris formam atque figuram habuit, vel etiam quia muribus fuit consecratus. Nam mures quoque pro Diis cultos fuisse, testis est Gyraldus in historia Deorum syntagm. 7. Unde Apollo Smintheus fuit cognominatus. Sminthas enim Cretenses mures vocant. Aegyptiis autem multa animalium terrestrium et aquatilium divinis honoribus fuisse culta, satis superque constat. In hodierno nomine dissentiunt Geographi. Quibusdam, ut Huetio in hist. du commerce ch. 49. p. 317. h. est *Cosseir*, quod alii putant *Philoteras portus* Ptolemaei 4, 5. At quia magis ad septemtrionem haec loca spectabant, *Cosseir* potius *album*

portum Ptolemaei c. l. existimat Bruce (Reisen) Vol. 4. p. 245. Aliam dubitationem de *Cosseir* movet d'Anville in Memoires sur l'Egypte p. 230, quod *Cosseir* apertum habeat portum, illi (μυὸς ὅρμῳ) obiectae fuerint tres insulae, uti narrant Agatharchides et Diodor. cc. ll. et Strabo 16. p. 529. f. 769. Hinc existimat hodie ibi esse *Sufauge-ul-Bahri*, et Philoteran portum melius referri ad *Cosseir*. Vid. pag. 230. et 272. Pococke Tom. 1. p. m. 204. cum *Cosseir* illi videatur esse *Berenice*, μυὸς ὅρμον putat h. *Hamiramgos*. *Vicus Cossir* habet Gosselin recherches sur la geographie T. 2. p. 272. et Philoteras *port-blanc* d'Anville.

Coloba) Ptolemaeus [4, 7.] Κολοβῶν ὄρος ἄκρον. *Coloëni* verum huius gentis fuit nomen; sed quia e verborum erant genere, Graeci eos Κολοβοὺς adpellarunt vocabulo. *Colobi* huc pertinent, qui illud accolebant, apud Ptolem. c. l. cf. et Strabo 16. p. 531. f. 773. neque opus est ad *Colpeitas*, quos non inveni, recurrere, etsi a *Colpe* vel urbe, vel palude, unde Astapus fluebat, dedusi possunt. Praeterea Colpe ab hoc promontorio aliquantum aberat, uti adparet ex Ptolemaeo 4. 8. Cf. etiam Arrianus in periplo p.

Philoteris) Strabone 16. p. 529. f. 769. Φιλοτέρα, uti *Philotera* Plinio 6, 33. f. 29. Stephanus h. v. etiam habet Φιλωτέρα, addit tamen ex Apollodoro Φιλωτέρις, ex quo Melae terminatio confirmatur. Ptolemaeus 4, 5. habet tantum Φιλωτέρας λιμήν. Reliqui urbem faciunt in Troglodytarum ora, quae ab portu fuit instructa. Plinio teste eadem ab aliis vocata etiam est *Aënum*. Opus fuit Satyri, (Strabo et Stephanus) quem Ptolemaeus Philadelphus ad perscrutandam Troglodyticam et elephantorum venationem miserat, nomenque impositum ab altera Ptolemaei sorore. (Strabo c. l.) De situ ad sinum Arabicum nemo dubitat; at in ordine situs, quem

ſih locorum aliorum ſerie occupat, turbant auctores. Strabo enim c. l. ab Heroopoli navigantibus occurrere dicit Philoteram, inde ſequi aliam urbem Arſinoen, quam tamen 18. p. 553. f. 804. cum aliis ἐν τῷ μυχῷ ponit, tum Μυὸς ὅρμον, ſinum immundum, in cuius receſſu Berenice, poſt Serpentariam (Ὀφιώδη) inſulam et deinceps. Quod ad ſinus et portus, conſentit Agatharchides et Diodorus 3, 39 ſq. At Plinius c. l. Philoteram inter Arſinoen (prope Heroopolim) et Μυὸς ὅρμον poſuit. Ptolemaeus 4, 5. poſt Arſinoen illam ponit Μυὸς ὅρμον, cui ſubiicit Philoteras portum, Berenicen et deinceps ad Coloba. Quae quidem ratio optime cum Mela conſentit. In hodierno nomine variant etiam recentiores. Sic Don Iuan de Caſtro (vid. Allg. Reiſen Vol. 1. p. 213.) putat eſſe *Al Koſſir*. Sic d'Anville c. l. p. 230. 272. h. *Coſeir*, quod aliis eſt μυὸς ὄρμος, uti ſupra dictum, aliis *Berenice*. Vid. Allgem. Reiſen Vol. 1. p. 3.

Ptolemaïs) Πτολεμαΐς. Civis Πτολεμαΐτης et Πτολεμαιεὺς, teſte Stephano, etſi de ſola Phoenices urbe Ptolemaide dicit, alias cognomines praeterit. Noſter ita ſimpliciter vocat, alii, cum fuerint plures, adiecta notatione deſignant. In Arriani periplo in. additur ἡ ἐπὶ θηρῶν. Ptolemaeus 4, 7. et in Africae tabula 4. ἡ τῶν θηρῶν. Agathemerus 1, 3. ἡ ἐπὶ θήρας. Strabo 16. p. 530. fi. πρὸς τῇ θήρᾳ τῶν ἐλεφάντων. Plin. 6, 34. f. 29. *Epitheras cognominata*. Idem 2, 75. f. 7. *ad primos elephantorum venatus conditum oppidum*. Nempe Ptolemaeus Philadelphus Graecorum primus in his oris elephantorum venationem inſtituit, uti docent Agatharchides de rubro mari in. Strabo c. l. Arrian. in periplo in. Plinius 6, 34. f. 29. et in primis monumentum Adulitanum, quod idem etiam filio Ptolemaeo Evergetae tribuit his verbis in nota ad Melam a Voſſio ſubiectis: οὓς (ἐλέφαντας) ὅτε πατὴρ αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς πρῶτος ἐκ τῶν χώρων τούτων ἐθήρευσαν. Cf. etiam Diodor. 3, 18. Oppidi

conditorem facit Plinius 6, 34. f. 29. Ptolemaeum Philadelphum, Strabo c. l. Eumedem, quem ille ad venationem miſerat. Inde ſimul adparet, paene inſulam fuiſſe, ab Eumede muro foſſaque circumdatam. Ita vero poſtea Hadrianus, venationis ſtudioſiſſimus, urbem Myſiae, quo coloniam deduxerat, vocavit Ἀδριανοῦ θήρας, *Hadrianotheras*. Vid. Spartianus in vita c. 20. extr. Dio 69, 10. ubi de ea Reimarus. Ptolemaida emporium parvum ſine portu, quo ſcaphae tantum accedere poſſent, facit Arrianus, et teſtudines ibi et aliquid eboris inveniri notat. In margine rubri maris hinc recte conlocat Plin. 2, 75. f. 73. Situs erat in Troglodytica regione. (Plinius 6, 34. f. 29.) Strabo 2. pag. 91. f. 133. deſignat τὴν ἐν τῇ Τρωγλοδυτικῇ. Ptolemaeus 4, 7. habet in Aethiopia ſub Aegypto, nempe qualis in tabulis adſpicitur. Ipſe autem Troglodyticam regionem iuxta Arabicum et Avaliten ſinum ponit 4, 8. neque ſic in ipſa re pugnat. Sita erat poſt Θεῶν σωτήρων λιμένα, verſus meridiem ſecundum Ptolem. 4, 5. et Strabon. 16. pag. 529. f. 770. qui Σωτείρας λιμένα vocat. In illo tractu Aſtaborae pars in ſinum Arabicum effundebatur. (Strabo c. l.) In eius nomine hodierno diſſentitur. Ortelius in theſauro h. v. forte *Suachem* hodie. Non procul inde Rhamnuſius apud Stuckium ad Arriani periplum p. 9. qui tamen ipſe *Suchen* eam Plinii 2, 73. (immo 6, 34. f. 29.) eſſe putat. Voſſius ad h. l. valde eos errare exiſtimat, qui putent eſſe *Zuachem*, celebrem hoc tempore ſinus Arabici portum, ipſe contendit *Mazuan* h. dici, cum huic ſoli conveniant ea, quae Plinius et alii de Ptolemaide ſcribunt, et hodie eſſe inſulam. Nempe ſole medium leonem peragrante, nullae ibi fiunt umbrae, de quo Strabo lib. 2. ſub fin. Plinius cc. ll. Ptolemaeus tabula Africae 4. et quae disputat Salmaſius ad Solin. 32. f. 35. conlato hic Voſſio. Voſſium tamen viciſſim refutat d'Anville in memoires ſur l'Egypte p. 268. ex Strabone lib. 16. c. l. qui paene inſulam dicit muro

et foſſa cinctam; foſſam enim ad maris alveum ſ. fretum referri non poſſe. Ipſe ulterius igitur locat, ubi hodie *Ahehaz*.

Arſinoe) Gr. Ἀρσινόη, unde Ἀρσινοΐτης, Ἀρσινοεύς. Hoc nomine multae urbes proferuntur a Stephano et Ortelio. Fuerunt ex iis duae ad ſinum Arabicum, quae confundi non debent. Una ſita fuit prope Heroopolin iuxta canalem, qui ad eam in ſinum Arabicum effluebat. Vid. Strabo 17. p. 553. ſ. 804. qui ab aliis Cleopatrida eandem dici addit. Forte nomen antiquius mutavit Ptolemaeus Philadelphus, cum urbem inſtauraſſet, et a ſorore Arſinoen adpellavit, quod Plinius 6, 33. ſ. 29. ſuadet. Hinc in actis concilii Epheſini ſecundi Latine verſis an. 449. *Cleopatris, quae et Arſinoe.* A Peluſio illa diſtabat 125 M. P. (Plin. 5, 12. ſ. 11.) et tres eo viae ab Aegyptio mari ducebant, quas deſcribit Plin. 6, 23. ſ. 29. Ab ea Agatharchides ſinus Arabici orae dextrae deſcriptionem orditur. De nomine et ſitu diſputatur. Vid. d'Anville Memoires ſur l' Egypte pag. 224 ſq. Volney Reiſen T. 1. p. 166. Niebuhr Reiſe nach Arabien Vol. 1. p. 218. quae, cum proxime ad Melam non faciant, conſuli poſſunt omnino. Cf. etiam Belon pag. 132. Thevenot p. 335. Noſtra haec in Aethiopia ſub Aegypto in Adulico ſinu commemoratur a Ptolemaeo 4, 7. et videtur eſſe ea, quam in Troglodytica ponit Stephanus. Eandem tertiam eſſe Plinii Berenicen Epidires cognominatam, quam in eadem regione ad fauces rubri maris in cervice longe procurrente ſitam fuiſſe ſcribit, putat Cellarius 4, 1, 16. p. m. 837. Idem de Plinio ad c. l. videtur Harduino, qui etiam Arſinoen eam eſſe apud Strabon. 16. p. 529. ſ. 769. et Ptolemaeum 4, 7. arbitratur. Apud Strabonem tamen manifeſto errore Arſinoe poſt Philoteram ponitur, uti reliqua docent, et intelligenda eſt ſuperior prope Heroopolin. At Mela Arſinoen diferte a Berenice in hac ora diſtinguit, et ſic plane a Plinio noſtra Arſinoe omiſſa

videtur, etsi etiam d'Anville Memoires sur l'Egypte p. 263. in Mela nullam Berenicen, nisi Arsinoen, agnoscit. Suspicatur enim, duas Aegypti reginas eandem urbem duplici nomine insigniviſſe, uti prope Heroopolin eadem dicta est Arsinoe et Cleopatris. Ceterum et ipse Melae descriptionem sinus Arabici difficilem esse explicatu profitetur. H. prope *Suez* in loco, qui vocatur *Kolzum*, ubi adhuc rudera tubi lapidei conspiciuntur ad aquaeductum. Browne Reisen (Lipſ.) p. 256.

Bereniee) Gr. Βερενίκη. Tres omnino hoc nomine urbes in hoc tractu recenset Plin. 6, 34. ſ. 29. Primam facit 6, 33. ſ. 29. matris Philadelphi nomine, ad quam iter a Copto mercatoribus frequentatum describit idem 6, 26. ſ. 23. In sinu ponitur, quem vocant Strabo, alii ἀκάθαρτον, Edrisius Giun-al-Malik i. e. sinum regium. Cf. d'Anville Memoires sur l'Egypte, p. 231. In tabula dicitur Berenice Troglodytica. Cf. etiam Antonini itiner. p. m. 171 sq. Strabo 17. pag. 560. ſ. 815. et Salmaſ. ad Solin. cap. 54. ſ. 57. p. m. 834. Putatur h. esse *Cosseir*, etsi alii aliter. Vid. Stuckius ad Arrian. pag. 4. Allgem. Historie der Reisen Vol. 1. p. 210. Alteram facit Plinius c. l. quae *Panchrysos* cognominata est. Hanc Harduinus et ante Cellarius c. l. putant esse, quae a Strabone 16. p. 531. ſ. 771. vocatur Βερενίκη ἡ κατὰ Σαβάς, etsi Plinius situm ipse non definit. Tertiam vocat *Epidires* in faucibus Arabici sinus, quae sine dubio est nostra, et Δειρὴ πολίχνιον ad fauces ostii, ubi *Dira* est promontorium in Aethiopiae ora, simpliciter adpellatur a Strabone 16. pag. 529. ſ. 769. et Ptolemaeo 4, 7. Vossius haec: Tria vero oppida sic dicta adsita fuere sinui Arabico, unum in ostio, alterum, quod solstitiali subest circulo, tertium, quod in intimo eius recessu iacet. Plinius etiam c. l. quartam Berenicen recenset ad hunc eundem sinum, additque Πάγχρυσον dictam fuisse. Situm tamen non describit,

ac videtur ipſe haeſitare. VOSSIVS. Turbas dant Berenices nomine oppida, quae diligenter diſtingui ex nexu debent.

ſilua) Plinius [6, 34. f. 29.] ad Ptolemaida ἐπὶ θήρας ſilvas has collocat. Uterque recte. Totus enim tractus, qui extenditur a portu, *Zuachen* vulgo dicto, usque ad oſtium Babelmandel et ultra, adeo ſilvis eſt conſitus, ut neſcio an usquam terrarum regio umbroſior reperiatur. Praecipue vero memorabilis eſt ſilva una et continua, quae totum intervallum, quod Ptolemaida et portum praedictum interiacet, ſola occupat. Crebris ea adſpergitur fluminibus, licet nulla in mare exeant. Ferae illic omnis generis, etiam rhinocerotes et elephantes. Arborum mira fecunditas et denſitas, adeo ut etiam mero meridie tenebrae non diſcedant, horrorem illum augente belluarum ſaevitia. Cum olim frequentes ſilva haec ebenos produxerit, veriſimile non eſt, hodie iſtic deficere, praeſertim cum in aliis Aethiopiae locis ſatis copioſus ſit harum proventus. Sane, qui Aethiopiam proxime perluſtravit Vincentius Blancus, etiam in hoc tractu ebenum provenire ſcribit. *Evate* vocant Abaſſini, qui patinas aliamque ſupellectilem ex hoc ligno conficiunt. Eſt autem nigerrimum et eximie ſplendens, adeo ut quis non lignum, ſed lapidem eſſe exiſtimet. Ebenus autem Aethiopica ad nos non advehitur. Sola Mauritii inſula, quam Luſitani a cygnis *do Cirne* appellant, praeſtat, quidquid in Europam hoc ſeculo ebeni adfertur. Cum autem tria quatuorve minimum genera arboris huius et in Aethiopia, et in praedicta inſula reperiantur, dabitur alias, ut ſpero, commodior de his diſſerendi locus. VOSSIVS. *Ultra* apud Plinium per nexum cum ſuperioribus, uti etiam Harduinus explicat, eſt ultra ſinum inſulis refertum, circa fauces ſinus Arabici, ubi h. in tabulis Geographicis notantur *Xumeta ſilva*.

hebenum) De eo vid. Plin. 12, 8. f. 4. In ſola eam India provenire tradit Virgil. Georg. 2, 116. Solin. 55. f. 52. Cf. Theophraſt. hiſt. plantar. 4, 5. Euſtath. ad Homer. Il. 2, 853. p. m. 273. At latiori ſenſu ſaepe India ponitur, uti docuit Heyne ad Virgil. c. l. et quos laudat. Hinc Servius Indiam ibi de omni Aethiopiae plaga accipit, et in Aegypto etiam naſci tradit. Certe *Mareotica hebenus* eſt apud Lucan. 10, 117. unde Mareoticam paludem male in India ponit Iſidor. orig. 17, 7. quae fuit in Aegypto iuxta Alexandriam. At Meroeticam hebenum in Lucano leg. eſſe contendunt Salmaſ. ad Solin. 52. f. 55. p. m. 723. et Harduin. ad Plin. c. l. Cf. interpretes. Certe eam coniecturam probat ipſe Lucan. 10, 303. ubi idem de Meroe, quod Diodor. 1, 33. In Aethiopia certe naſci tradunt Herodot. 3, 97. et 114. Plin. 6, 35. f. 30. Strabo 15. p. 483. f. 703. aliique. Omnino hebenus naſcebatur et in India et in Aethiopia, atque hic quidem optima et nigra, uti docet Dioſcorides 1, 111. Cf. Theophraſtus c. l. Iſidorus c. l. et quae congeſſit Salmaſ. c. l. et ad 30. f. 33. p. m. 274.

amnis) Voſſius explicat de ſegmento Aſtaborae, quod in ſinum hunc olim effluebat, ut patet ex notis crit. p. 293. Recte, ſi Melae iter teneas, immo ipſe tenet; ad Aſtaboram refert ex Strabone 16. p. 530. f. 770. Quod tamen addit Mela *ex Nilo — adductus*, eum male aliorum narrationes, aut negligenter percepiſſe, adparet. Uti enim adfirmat idem Strabo c. l. non ex Nilo, ſed ex Aſtabora, antequam maior pars eius Nilum influat, alia minor excurrit in mare rubrum, nec de hominum opera quidquam, etſi Sebritis accolis teſte Strabone 17. in, adtribuere hoc opus malit d'Anville in Memoires ſur l'Egypte p. 270. Videtur igitur male huc retuliſſe alveum manu factum, qui ex Nilo aquam effundebat in Arabici ſinus receſſum prope Arſinoen. Deductus erat e Peluſiaco in lacum, et hinc a Phacuſa vico in ſinum Arabicum. Latitudo erat

cubitorum 100, profunditas, quantum sufficeret navi ingenti. Vid. Strabo 17. p. 553. f. 804 sq. conl. Herodoto 2, 158. In primo eius auctore variant. Strabo c. l. habet Sesostrin, uti Aristoteles Meteorolog. 1, 14. et Plin. 6, 33. f. 29. Psammetichum etiam ex aliis addit Strabo, eumque morte in ipso opere obpressum esse addit. Ad Necum, Psammetichi filium, referunt Herodot. 2, 158. 4, 42. Diodor. 1, 33. et Tzetzes Chil. 7, 1477. quod ex praecedentibus facile intelligitur. Sesostri tamen id vindicare studuit in peculari dissertatione Rossallus, quam profert ad Herodot. c. l. Wesselingius. Manus post admovit Darius Hystaspis. (Strabo, Plinius, Herodotus, Diodorus cc. ll.) Neque tamen perfecit, metuens, ne perfosso isthmo rubri maris aqua in Aegyptum depressiorem irrueret. Tandem perfecit Ptolemaeus Philadelphus, factisque claustris providit, ut sine damno ire et redire naves possent. (Strabo, Diodorus, Plinius cc. ll.) In eius honorem amnis ille arte deductus *Ptolemaeus* dictus est, uti tradunt Diodorus et Plinius. Atque hic est Πτολεμαίων ποταμὸς, quem commemorat Aelianus hist. an. 12, 29. Cf. Wesseling. ad Diodor. Vol. 1. p. 39. Instauravit alveum an. 635 Amru, sed idem 149 annis post denuo obrutus est. Vid. Allgem. Reisen Vol. 1. p. 218. etsi ibi falsa quaedam adsperguntur.

dioryge) Ita vocant Herodot. 4, 42. 2, 158. aliique. In Diodoro 1, 33. dicitur διώρυξ χειροποίητος, ut hic manu factus amnis. Sic καταῤῥάκται χειροποίητοι Strabo 16. p. 509. f. 740. Eodem verbo utuntur et de aliis canalibus et alveis derivatis, v. c. ex Euphrate Strabo 16. pag. 509. f. 740. ubi addit ταφρείας, Polybius 9, 43, 2. — ex Tigride Zosimus 3, 24. f. de fossa, quam Xerxes per Atho montem depressit, Herodot. 7, 122. — In scriptura tantum variant auctores, de qua dictum est in not. crit. p. 292.

§. 8. *in flexu)* Egreſſus ſinum Arabicum, tertiam rubri maris portionem ſubiungit, ſinum ſcilicet Barbaricum, et quidquid Maſſylicum promuntorium et Ceraunios ſaltus interiacet. vossivs. Diligentius ea loca deſcripſit Arrianus in periplo p. 6 ſqq. Hudſ. Ptolemaeus 4, 7. et 8. adtribuit partim Aethiopiae ſub Aegypto, partim Troglodyticae, ut Plinius 4, 34. ſ. 29.

beſtiis) Multas in hoc tractu commemorat, veluti *pardales, rhinocerotes, tauros, ſerpentes;* Agatharchides de mari rubro cap. 33 ſqq. p. 49 ſq. (Hudſ.) et ex eo Diodor. 3, 41. Cf. etiam Strabo 17. p. 565. ſ. 822. et Solin. 33. ſ. 30. qui omnino dicit: *quae locorum Aethiopes tenent, feris plena ſunt.* Ad Aethiopiam enim aliqui hunc tractum referunt, certe eſt in vicinia. Recte autem adiicit *deſerta.* Beſtiarum enim ferarumque frequentia ſolitudinis eſt indicium. Cf. 1, 4, 2. Hinc temporibus antiquiſſimis, et ubi homines in regionibus minus erant frequentes, ferarum crebra fit mentio. Hinc leones, dracones, apri commemorantur, qui homines laniarunt, agros devaſtarunt. Hinc venatorum laus et decus. Vid. quae conlegit Perizonius in origin. Babylon. cap. 12. pag. 234 ſqq.

Panchaei) Regio Gr. Παγχαία, ut Diodor. Sic. 5, 42. Polyb. 34. 5, 9. (ex Strabone 2. p. 71. ſ. 104.) Lat. *Panchaïa,* ut Plin. 7, 57. ſ. 56. 10, 2. Virgil. Georg. 2, 139. — Alii additis nominibus, uti Παγχαία γῆ Strabo 7. p. 207. ſ. 299. Παγχαῖτις χώρα Diodor. 5, 45. Nititur autem tota illa de Panchaia narratio fide Euhemeri, quem multi veterum commemorant, quidam inter atheos ponunt. Vid. quos profert Reimann. in hiſt. Atheiſmi cap. 24, 4. p. 176 ſq. et in primis Sevin diſſert. in Memoires — de Paris Vol. 8. p. 115 ſqq. Fourmont diſſert. ſur l'ouvrage d'Euhemère intitulé ἱερὰ ἀναγραφή in Memoires — de Paris T. 15. p. 265 ſqq. qui auctor eius

fidem; item quae congeſſit Petitus in miſcellan. obſervatt. lib. 1. cap. 2. Narraverat autem ille, uti ex Diodoro 5. 42. conlato Euſebio de praepar. Evang. 2, 2. diſcitur, Panchaiam inſulam eſſe Oceani exadverſum Arabiae continenti, latam 200 ſtadiorum, turis myrrhaeque feraciſſimam, unde in ulteriores terras per mercatores Arabas deportentur. Metalla, adeo auri, et conflaturam in ea inventam eſſe, quidam olim tradiderunt teſte Plinio 7, 57. ſ. 56. Prave igitur de Arabia omnino, aut Arabia felice Panchaiam interpretantur Servius et Philargyrius ad Virg. Georg. 2, 139. Cauſa erroris haec eſt, quod et in Arabia felici tus naſcitur, cum tamen etiam id ferre Panchaiam narraverit Euhemerus. Cf. Salmaſ. ad Solin. 33. ſ. 36. ubi etiam Plinium falli docet, qui Panchaiam prope Solis urbem poſuerit, nempe Heliopolin, Arabiae turiferae urbem, pro Aegyptia accipiens, quam tamen diverſam fuiſſe contendit. At multi totam Euhemeri narrationem ad fabulas ablegandam cenſent, veluti Apollodor. apud Strabon. 7. p. 207. ſ. 299. Plutarch. de Iſide et Oſiride p. 420. Lpſ. ubi aliqua corrupta ſunt, quae ex Euſebio emendat Petitus c. l. pag. 14. Polyb. apud Strabon. 2. pag. 71. ſ. 104. Contra ex recentioribus fidem illi adſtruere tentavit ad noſtrum locum Voſſius, Zimmermann. in Muſeo Bremenſi Vol. 1. P. 4. p. 722, et Fourmont in Memoires — de Paris Tom. 15. p. 283 ſq. At de ſitu minime convenit inter Euhemerum et Melam. Ille enim inſulam facit Oceani auſtralis, Arabiae felici obpoſitam. Noſter in Troglodytice, vel Aethiopiae parte, ad oram ſiniſtram ſinus Arabi ponit. In eo conſentit Euhemerus cum Noſtro, quod Παγχαΐτιν χώραν multis beſtiis ferocibus repletam fuiſſe ſcripſit, teſte Diodoro 5. 45. quod neſcio quam recte ad continentem hanc Melae refert Voſſius. Fourmont p. 288. non longe removet ab Heliopoli, quam Salmaſius c. l. vult eſſe Arabiae felicis urbem, et ſinus Arabici inſulam cenſet, ad litus Medinae, hodie *Pank* ſ. *Phanik*. Tum vero et ab Euhemero et a Mela

multum recedit. Cf. etiam quae disputat Harduinus ad Plin. 6, 34. f. 29. Quod Voſſius eos ex monumento Adulitano tueri conatur, refutat Sevin c. l. graviter. Nempe MS. Vaticanus et Florentinus legunt Ταγκαῖτας, non Παγγαῖτας, ut Voſſius male legit in Cod. Florent. Cf. et Weſſel. ad Diodor. 5, 42. Tum Tancaites vicini commemorantur ibi Aegypto, cum Euhemerus Panchaeos ponat in Oceano Auſtrali. Quod Latini poetae commemorant, deluſos putat Euhemeri narratione et Ennii interpretatione; Voſſium Codd. ſuos non nominare, et in Plinio eſſe Candaeos; Euhemero eſſe egenos, Melae opulentos, in quo fallitur. Mari ſubmerſam eſſe eam Euhemeri regionem, et hodie rupes eius et ſcopulos adhuc conſpici, putat Grandpré in voyage dans l'Inde T. 2. p. 265.

Ophiophagos) Plinius 6, 34. f. 29. idem de Candaeis in hoc tractu: *quos Ophiophagos vocant, ſerpentibus veſci adſueti.* Confirmat de Troglodytis Aethiopibus Herodot. 4, 183. Ophiophagos recentiores commemorat Buffon Allgem. Natur-Geſch. T. 6. p. 311. Vid. etiam Olof Akrel Bref om Maroco, Stockholm 1796. 8. epiſt. 3. qui refert ophiophagos illos antea aliquot manipulos culmorum deglutire.

Pygmaei) Gr. Πυγμαῖοι. Hinc *Pygmaea gens* Plin. 10, 30. f. 23. *gentes* Lactant. de Phoenice v. 81. Magna de iis et multiplex disputatio. Derivant a πυγμὴ, πυγμὼν, πυγών. — Vid. quae adtulit Apollonius in Lex. Homer. p. 692. (ed. Villoiſ.) Banier Götterlehre Vol. 5. p. 392. et idem de iis in Memoires de l'academie — de Paris Vol. 5. p. 101 ſqq. qui Pechinos, parvos homines, fuiſſe putat, quales deſcribit Herodotus 2, 32. et Nonnoſus, qui ad eum laudatur, in hiſt. legationum apud Photium cod. 3. pag. 8. Sedes illorum variae ab auctoribus feruntur. In eodem tractu, ad Nili fontes, vel in Aethiopia, ponunt Ariſtoteles Hiſt. anim. 8, 12. Plin. 6, 35. f. 30.

Philoſtrat. in vita Apollonii 6, 25. — Vid. ad Homer. Il. 3, 5. Euſtathius. In Libya Philoſtrat. Icon. 2, 22. ubi, ut Antaei necem in Hercule ulciſcerentur, dormientem eum impugnaſſe feruntur. In India Plin. 6, 22. ſ. 19. et 7, 2. Solin. c. 52. ſ. 55. et Martianus Capella lib. 6. pag. 224. Philoſtrat. in vita Apollonii 3, 45. Cteſias in Indicis apud Photium pag. 144. In Caria adeo quidam eos habitaſſe tradiderunt, teſte Plinio 5, 29. Cf. et Euſtath. ad Homer. c. l. de variis eorum ſedibus. In Thracia olim etiam fuiſſe et a gruibus inde fugatos narrat Plin. 4, 18. ſ. 11. Vid. Stephanus ſ. v. Κάττουζα et Salmaſ. ad Solin. c. 16. ſ. 16. p. m. 115. Ipſe Homerus c. l. ad Oceanum meridionalem ponit. Alii in montanis habitare dicunt, uti Plinius 6, 22. ſ. 19. alii Troglodytas faciunt, uti Ariſtoteles c. l. Euſtath. ad Homer. c. l. Philoſtrat. in vita Apollonii 3, 47. in. Reginam, Geranam nomine, iis dat Aelian. Hiſt. An. 15, 29. de qua cf. etiam Ovidius Metam. 6, 90. De eorum armis et caſis Plin. 7, 2. Praeterea Pygmaeos vel memorant, vel adtingunt Strabo lib. 1. pag. 29. ſ. 43. qui ad fabulas ablegat, Nonnus in Dionyſ. 7, 370. Ovid. Metam. 6, 90. Faſtor. 6, 176. Anton. Liber. fab. 16. Iuvenal. 13, 168. aliique. V. quae congeſſerunt Leo Allatius ad Euſtathii Hexaemer. p. 128. interpretes ad Ovid. Metam. 6, 90. Barthius ad Claudian. de bello Gildon. v. 475. Caſtalio et Sitzmann. ad Rutilii itiner. 1, 291. Banier c. l. p. 388 ſq. et in Memoires — de Paris T. 5. p. 101 ſq. Ludolf in commentario ad hiſt. Aethiop. 1, 22. p. 69 ſqq. Bochartus in Phaleg 2, 23. et in Hierozoico 1, 11. ubi etiam de gruibus, Penzel ad Strabon. Vol. 1. p. 398. — Scripſit etiam de iis peculiarem librum Bartholinus, et diſquiſitionem promiſit anonymus in Teutſchen Merkur an. 1792. pag. 209 ſq. quae an prodierit, ignoro. TZSCHVCKE. Dari integras nationes pumilionum aeque falſum eſt, ac ſit illud, dari populos, ubi plerique ſint gigantes. — In confinio Troglodyticae et Aethiopiae eos quoque collocare videtur

Hesychius Νᾶβαι, Πυγμαῖοι; neque enim de aliis, quam de his accipi possit locus iste Hesychii. — Rationem autem, quam ob rem hoc in tractu Pygmaeos collocarint veteres, hanc fuisse existimo, quod Troglodytarum et Aethiopum multi essent κολοβοὶ, sive recutiti. Hinc tot Coloborum gentes in Aethiopia. Idem vero Aristoteli et aliis nonnullis κολοβὸς et Pygmaeus, sive nanus. Κολοβοὺς enim lib. 2. de generat. animal. circa finem et alibi vocat non eos tantum, qui uno aliquo membro essent mutilati, sed eos etiam, quorum universae corporis partes in utero matris oblaesae et iuste essent breviores. Tales sunt nani et pumiliones. — vossivs. Bochartus c. l. Nubaeos etiam intelligit, sed facit duplices, nostros Troglodyticos ad Avalitem sinum, alios prope fontes Nili, etsi Ludolf c. l. 2, 23. p. 125. omnes Aethiopas hoc nomine comprehendi putat. Sic Aristoteles Hist. An. 8, 11. qui supra Aegyptum ponit, unde Nilus fluit, Pygmaeos fuisse vere putat, homines parvos, qui in cavernis habitaverint, Troglodytas. Idem Ludolfus eos vere fuisse olim contendit, non nanos aliquos, sed gentem, etsi fabulosa admixta sint, ponitque in interioris Africae terris incognitis. Banier c. l. p. 397. Pechinos fuisse putat Ptolemaei 4, 8. in hoc tractu, ubi hodie de l'Isle ponat *Bakkes*. Idem tamen etiam in Memoires — p. 105. Cynocephalos, simias magnas, facit. Versus austrum habitasse, gruum probat migratio, quas iam olim Africam petere crediderunt. Cf. Aristotel. Hist. An. 8, 12. 9, 11. Aelian. Hist. An. 2, 1. 3, 23. Aristophanes in avibus v. 1136. et alibi, et quae notavit Olearius ad Philostrati Heroica 10, 3. Contra redeunte vere ex Aegypto, vel australibus plagis ad Thraciam transvolare dicuntur, unde poetis ab his avibus earumque migratione frequens est comparatio. Vid. quae dedit Burmann. ad Valerium Flacc. 3, 359. et docti viri ad Virgil. Aen. 10, 266. De Aegypto testantur etiam recentiores. Ceterum verbo *fuere* exstinctam esse eam gentem Mela innuit. Plane fuisse negat Strabo 17.

pag. 565. l. 821. cum, qui viderit, teſtis idoneus non eſſit. Fabulam ductam putat a parvitate canum venaticarum.

contra grues) Pugnam cum gruibus Homero praeeunte Il. 3, 6. tantum non omnes ſuperiorum auctorum commemorant, etſi in Homero de frugibus ſatis nihil. Schol. Homeri ad c. l. uti Noſter, πολεμεῖ ταῖς γεράνοις, βλαπτούσαις αὐτῶν τὰ σπέρματα, καὶ λιμὸν ποιούσαις τῇ χώρᾳ. Prolixius de ea pugna Plin. 7, 2. his: *Fama eſt, inſidentes* (Pygmaeos) *arietum caprarumque dorſis, armatos ſagittis veris tempore univerſo agmine ad mare deſcendere, et ova pullosque earum alitum conſumere: ternis expeditionem eam menſibus confici, aliter futuris gregibus non reſiſti.* Secundum Hecataeum apud Euſtath. ad Homer. Il. 3, 5. cornua ſibi imponebant, et ſub arietum ſpecie crepitacula pulſabant, et ſic contra grues ſe tuebantur. Addit Euſtath. ad Il. 23, 660. p. 1444, 12. πέρδιξιν εἰς ὄχημα χρῶνται. Notum autem eſt, grues granis paſci, magnumque damnum agris et meſſibus inferre, atque hinc fabula illa nata eſſe videtur. Cf. Koepken ad Homer. Il. 3, 6. T. 1. p. 229. Ludolfus in commentario ad hiſt. Aethiop. 1, 22. pag. 73. pugnam eam cum gruibus ſic explicat, ut grues fuiſſe putet *condoras*, aves maximas, quae vitulum elephanti rapere feruntur. Pugnaſſe igitur cum iis, ne pecora raperent, non eſſe incredibile. Pro *condoris* primus auctor grues dixit, verum nomen ignorans, ut Romani initio boves Lucas pro elephantis dixerunt. *Condor*, uti Hiſpanis dicitur, eſt *vultus Gryphus* Linn. noſtris *Greifgeyer*. In maximis avibus primum locum tenet, tantoque valere dicitur robore, ut oves, vitulos, capreas — rapere poſſit. Commoratur in America auſtrali, inviſit tamen etiam Africam, et ab Orientis populis *Roc* ſ. *Ruch* vocatur. Plura Buffon Natur-Geſchichte der Vögel T. 1. p. 245 ſqq. (Berolini. 8.) Krünitz in Encyklopädie Tom. 47. pag. 15. Pygmaeos

intelligit de iis, contra quas, dum nidos ſpoliare volebant, grues pugnarunt. Plura etiam dabit Heyne ad Homer. c. l. T. 4. p. 460.

deficit) Videtur reddere Homericum 3, 6. Φόνον καὶ κῆρα φέρουσαι. Abſceſſu gruum inducias habere gentem Pygmaeam refert Plinius 10, 30. ſ. 23.

§. 9. *ſerpentum)* Proprie *angues* ſunt aquarum, *ſerpentes* terrarum. At et hic auctores promiſcue ponunt utrumque, de quo poſt, ut alibi.

praeſentis) De rebus, quae continuo in utramque partem vim ſuam exſerunt, veluti remedium, medicina, peſtis et alia, quod Lexica docent. Sic Sueton. in Nerone cap. 33. *velox et praeſentaneum venenum*, de quo verbo etiam Lexica conſulenda. Solinus cap. 35. ſ. 32. pro eo: *quorum tam citum virus eſt, ut morſum ante mors, quam dolor inſequatur.*

certo) Κατὰ τὴν τοῦ Νείλου ἐπίκλυσιν Aelian. hiſt. anim. 2, 38. igitur aeſtate.

paludium) Ex vaſtitate Libyae vento Africo in Aegyptum invehi ſcribit Cicero de nat. Deor. 1, 36. Ex Arabia ducit Herodot. 2, 75. 3, 107. et 109. ubi tantum eſſe et turiferas arbores cuſtodire ſcribit. Sic Lucan. 6, 677. Phile de propr. animal. cap. 15. Ex Arabiae paludibus, ut Noſter, Solin. 35. ſ. 32. et Ammianus 22, 15. p. m. 262. In Aethiopia ſola naſci contendit Joſeph. Ant. Iud. 2, 10, 2. ubi narrat, Moſen in expeditione Aethiopica ibibus contra ſerpentum vim callide uſum Aethiopas obpreſſiſſe. Ex Aethiopia et Arabia venire etiam Aelian. H. A. 2, 38. quorum alios aliae ibes devorant.

volantes) Herodotus 2, 75. Aelian. H. An. 2, 38. vocant πτερωτούς; ille etiam 3, 107. 109. et Phile de

propr. animal. cap. 15. ὑποπτέρους; Ioſeph. c. l. πετεινούς; Lucan. 6, 677. *volucres ſerpentes;* Cicero de nat. Deor. 1, 36. *volucres angues;* Solinus c. 35. f. 32. *pennatos angues;* Ammian. c. l. *pinnatos.* Plinius 10, 40. f. 28. ſimpliciter memorat *anguium adventum*, ut alii, qui angues ab ibidibus devorari narrant, in quibus Diodor. Sic. 1, 87. Euſeb. de praep. Evang. lib. 2. cap. 1. Plutarch. de Iſide et Oſiride p. 499. (Vol. 7. Lipſ.) Aelian. hiſt. anim. 10, 29. Simpliciter Plutarchus etiam: ἡ ἶβις ἀποκτείνουσα τὰ θανατηφόρα τῶν ἑρπετῶν. Strabo 17. p. 566. f. 823. utilem eſſe avem dicit, ὅτι πᾶν θηρίον ἐκλέγει καὶ τὰ ἐν τοῖς κρεωπωλείοις καὶ τοῖς ὀψοπωλείοις ἀποκαθάρματα. Quod Harduinus ad Plin. 10, 40. f. 28. putat, omnes, qui de hac ibidum devoratione narrant, ducem Herodotum 2, 75. ſecutos eſſe, de Mela certe dubium videtur, quippe qui parvos eos ſerpentes faciat, cum Herodotus plurima ſerpentum illorum oſſa ſe conſpexiſſe referat. Spectaſſe tamen Mela videtur Herod. 3, 107. ubi diſerte dicit, eosdem ſerpentes eſſe μικροὺς τὰ μεγάθεα, et ποικίλους τὰ εἴδεα. Eſſe autem tales ſerpentes Herodoti αὐτόπτου aliorumque teſtimonia dubitare non ſinunt. Quibus accedit gravius ex literis ſacris Iſ. 30, 6. ubi diſerte שְׂרָף מְעוֹפֵף in Aegyptum tendere dicitur. Alexandrini reddunt: ἔκγονα ἀσπίδων πετομένων. Tales plures ſerpentes conditos ſe in Arabia vidiſſe, quos inde in Aegyptum volare vulgo tradant, narrat Belon p. 133. Viperas eſſe alatas membranis ad volatum inſtructis monetur in Paulus Sammlung der Reiſen in den Orient T. 2. p. 264. ubi habes plura; narratio autem haec, ut fabuloſa, exploditur. Viperas etiam quidam putant ex Herodoto 3, 109. qui tamen ἐχίδνας et ὄφιας diſtinguit, et ὄφιας de his ſerpentibus conſtanter uſurpat. At 2, 76. tantum figuram illis tribuit viperarum, alas veſpertilionum. Multa dabit Bochart. in Hierozoico P. 2. lib. 3. cap. 13.

ibidas) Graecorum more, etiam hic Graeca utitur terminatione. Cicero de nat. Deor. 1, 36. ut Plin. 10. 40. f. 28. Latine *ibes*. Ipſam avem commemorant plures praeter ſuperiores. Duplex earum genus deſcribunt Herodot. 2, 76. et Strabo 17. p. 566. f. 823. qui quidem ſcribit alias in morem ciconiarum eſſe varias, alias nigras. Nigras cum ſerpentibus pugnare adfirmat Herodotus; (uti Aelian. hiſt. anim. 2, 38.) illis tribuit nudum caput et collum, pennas candidas, crura et roſtra ſimilia. Hanc deſcriptionem, notante ad Diodor. 1, 87. Weſſelingio, taxavit Theon progymn. cap. 11. p. 122. Omitto alia, quae et augeri poſſunt ex Aeliani H. An. 2, 38. et 10, 29. et conlecta dedit Geſnerus in hiſtor. animal. lib. 3. pag. 546 ſqq. in quibus fabuloſa multa. Noſtris dicitur *Ibis*, olim *Nilreiher*, multis *Aegyptiſcher Storch*. Peritis doctrinae huius *Tantalus*, *Ardea Ibis*, *Ibis candida*. Nigram rariorem ferunt, et Aegyptiis dici *Ieheras*. Quod Ludolfus in commentar. hiſt. Aethiop. 1, 90, 1 ſq. ubi plura de ea, ſcribit totam nigram colore eſſe, quomodo intelligi debeat, adparet. Cf. de ea Maillet in deſcr. de l'Egypte T. 2. p. 22. qui putat, hanc hodie vocari *ehapon de Pharaon*, in urbe Aleppo *Saphan Bacha*. Multa etiam dabit Haſſencamp in libro von einer denkwürdigen Antike, (eſt ibis) die ſich in der Fürſtl. Sammlung der Alterthümer zu Caſſel vorfindet. (1786.) Habet etiam figuram Middletonus in antiquit. monument. pag. 129. et plura de ipſa ibide. Veterum et recentiorum narrationes conlegit de ibide nuper Langguth in proluſione de Mumiis avium in labyrintho apud Sacaram repertis, Viteb. 1803. 4. Amat Aegyptum, quia anguibus veſcitur, nec ſponte eam egredi adfirmat Aelian. 2, 38. Serpentibus maxime infeſtam tradunt Ioſeph. ant. Iud. 2, 10, 2. Glycas Annal. P. 2. pag. 115. (Venet.) aliique ſuperiorum multi. Propter hanc utilitatem, quam Aegypto praeſtabat, quam alias ex ſerpentum multitudine perituram fuiſſe adfirmat Aelian. H. A. 2, 38. ſacra fuit

Aegyptiis, (Cicero de nat. Deor. 1, 36. Herodot. 2, 65. 75. aliique) quare etiam ibes ſuas contra ſerpentum adventum invocabant. (Plin. 10, 40. ſ. 28.) Uti vero ſuos habebant ſingulae beſtiae Deos, quibus dicatae erant, (Herodot. 2, 65.) ita *Theut* earum fuit Deus, quod narrat Plato in Phaedro p. 379. Bipont. etſi Aelian. H. An. 2, 38. habet *Lunam*, cuius et cauſam ſubiicit. Lunae fuiſſe effigiem tradunt Plutarchus de Iſide pag. 499. (Vol. 7. Lipſ.) et Clemens Alex. Strom. 5. p. 567. Ab ea clyſterum uſus ad Aegyptios translatus eſſe dicitur, quod ingeſta aqua alvum purgat. vid. Plinius 8, 41. ſ. 27. Plutarch. de Iſide c. l. idem de ſolertia animal. p. m. 57. Aelian. H. An. 2, 35. Phile de propriet. animal. cap. 15. Vid. Salvagnius ad Ovidii Ibin v. 452. Ibidis nomine ſcripſerat Callimachus carmen in Apollonium Rhodium teſte Suida ſ. v. Καλλίμαχος, quale exſtat etiamnunc Ovidio auctore, de cuius adpellationis cauſis plura adfert Salvagnius in prolegomenis in Ibin cap. 3. Aliam hic protulit I. Gronovius MS. in nota, quam ſolam addiderat loco: Spurium genus avium, et haud dubie inſtar ciconiae ſolitum crepitare roſtris, unde ea vox pro calumniatore uſurpata eſt, quo ſenſu ſcripſit Ovidius carmen in Ibin.

agmine) Pleniorem facit locutionem a bello petitam. Sic *infeſto agmine* ſaepe. Ita *excipere* verbum in bello uſurpatum de adventu, impetu, in inſidiis maxime. Sic *excipere bello* Iuſtin. 2, 5. in. et alibi, Liv. 3, 70, 4. Frontin. 2, 5. 30. Vid. Gronov. ad Iuſtin. 22, 8, 10. Oudend. ad Caeſ. de B. G. 1, 25. Drakenb. ad Liv. 5, 41, 6. quos laudat Garaton. ad Cicer. pro Flacco cap. 2. Adde Gronov. et Drakenb. ad Liv. 40, 6, 4. et Tennul. ad Frontin. 1, 8, 9. ubi etiam docet venationis eſſe verbum, de quo uſu praeter alios interpretes Valerii Flacci ad 6, 422. Sic δέχομαι Homer. Il. 5, 238. 12, 147. de irruente. Pro *adverſus* alibi ſic *infeſtus*. Vid. ad 2, 1, 5. De re autem Noſter reddidit Herodotum 2, 75. λόγος

ἐστὶ, — τὰς ἴβις τὰς ὄρνιθας ἀπαυτώσας ἐς τὴν ἐσβολὴν ταύτης τῆς χώρης, οὐ παριέναι τοὺς ὄφις, ἀλλὰ κατακτείνειν. Ammianus c. l. *eos, antequam finibus ſuis excedant, proeliis ſuperatos aëriis vorant.*

§. 10. *Phoenix)* Multae ſunt et veterum et recentiorum de hac ave narrationes et quaeſtiones. Ex veteribus notandi Herodotus 2, 73. Horapollo de hieroglyphicis Aegyptiorum 2, 57. Ovid. Metam. 15, 392 ſqq. Plinius 10, 2. (qui Herodotum ſequitur) Tacitus Annal. 6, 28. Aelian. H. An. 6, 58. Athenaeus 14, 20. Philoſtrat. vita Apollonii 3, 49. Lucianus de morte Peregrini c. 27. Achilles Tatius de Clit. et Leuc. amor. 3. pag. 215. Solinus cap. 33. f. 56. quorum alii prolixius, alii brevius de ea dixerunt, ut taceam, qui data occaſione eius mentionem fecerunt. Exſtant etiam in eam carmina Claudiani et Lactantii. Ex recentioribus plurimi hanc fabulam excuſſerunt, veluti Ornithologi, et qui ad veterum loca illa commentati ſunt, in iis maxime Barthius ad Claudianum, qui diligenter auctores priſcos contulit, ſupra etiam omiſſos. Data opera de ea diſſeruerunt aliqui, ut Gryphiander, Kirchmayerus, Deuſingius, David Caſpari, Iac. Thomaſius, Poſnerus, quorum indicem debeo doctrinae Wernsdorfii in diſſ. de Lactantii Phoenice p. 290. in T. 3. poetar. Latin. minorum. Alios quosdam praeterea commemorant Reimarus ad Dion. 58, 27. et Gronov. ad Aelian. 6, 58. Addi poteſt, quod etiam in numis, veluti Hadriani, eadem figura, qua Herodotus et Plinius deſcripſerunt, expreſſa cernitur, ut ſit aeternitatis, vel inſtaurationis ſymbolum. Cf. Patinae, Patini filiae, de phoenice in numiſmate Antonini Caracallae expreſſo epiſtola Venet. 1683. et quos praeterea adfert Raſche in Lex. num. T. 3. P. 2. pag. 1251. Oſtendunt etiam gemmae, de quibus, ut de numis, Braccius in Phoenicis avis vindiciis, Romae 1637. 4. Equidem ex iis

potiora delibabo, quae ad Melae narrationem vel explicandam, vel inluſtrandam facere videantur. Alii vocem Arabicam putant, i. e. *unus*, cum unica feratur avis, de quo mox. Alii Graecam putant, φοῖνιξ, palma, quod per ſoli fertilitatem interdum ex palma arbore cadens dactylus, vel palmula alteram arborem in deficientis locum gignit. Cf. Plin. 13, 9. ſ. 4. et ibi Harduinus, itemque Bochartus in Hierozoico T. 2. lib. 6. c. 5. Contra ex ave arbori nomen inditum vult Lactantius in phoenice v. 70. In eius ſede discrepant auctores. *Arabiam* cum Mela commemorant Herodotus, Plinius, Solinus cc. ll. Aurel. Victor de Caeſar. 4, 14. et in epit. 4, 9. Tacitus c. l. aliique plures, quos producit Barthius ad Claudian. epigr. 1, 1. Inde Origenes in Celſum lib. 4. ſ. p. 576. (ed. de la Rue) vocat Ἀραβίον ζῷον, et Epiphanius in Ancorato cap. 85. Ἀράβιον ὄρνεον. *Indicam* alii faciunt volucrem, in quibus Lucianus c. l. (Ἰνδικὸν ὄρνεον) Auſon. epiſt. 20, 8. et idyll. 11, 16. (*Gangeticus ales*) Sidon. Apollinar. carm. 9, 322. Philoſtratus c. l. ex quo tamen Tzetzes chil. 5. hiſt. 6. v. 393. refert in Aegypto verſari, in Aethiopia mori, aliique apud Barth. c. l. *Aethiopem* dicit Achilles Tatius c. l. *Aſſyrium* Martialis 5, 7. in. Ad *extremum orientem* relegant Claudianus et Lactantius, et hinc ad ignotas regiones Artemidorus 4, 47. et Suidas h. v. (T. 3. p. 641. Kuſt.) *Phariam avem* vocat Statius Silvar. 2, 6, 87. quia in Aegypti Heliopolin aliquando devolat. In *Atlante* monte ad confinium Heliopolis ponit Gervaſius in Leibnitii ſcriptorr. rerum Brunſvic. Tom. 1. p. 986. Eius deſcriptionem dat Herodot. 2, 73. ex imagine picta propoſitam: τὰ μὲν αὐτοῦ χρυσόκομα τῶν πτερῶν, τὰ δὲ ἐρυθρά· ἐς τὰ μάλιστα ἀστῷ περιήγησιν ὁμοιότατος καὶ τὸ μέγαθος. Eam vel reddunt alii, vel exornant, in iis Plinius, Solinus aliique, in his Lactantius v. 125 ſqq. Claudianus v. 16 ſqq. quorum omnium loca exhibuit Barthius ad Claudianum p. 979 ſq. etſi deſidero Ezechieli,

veteris Tragici; verſus, quos ſervarunt Euſeb. de praepar. Evang. 9, 29. f. et Euſtath. ad Hexaëmeron p. 25. adpoſitos hic et emendatos a Voſſio. Adparuiſſe primum Seſoſtride, poſt Amaſide dominantibus, deinde Ptolemaeo tertio cum multo ceterarum volucrum comitatu Heliopolin advolantem, refert Tacitus Annal. 6, 28. Conſpectum eſſe ſub Tiberio narrant praeterea Dio 58, 27. Plin. 10, 2. et Solinus 33. f. 36. etſi in anno diſſentiunt. Falſum autem fuiſſe ex eo notat Tacitus, quod inter Ptolemaeum et Tiberium minus 250 anni fuerint. Tandem Claudio principe in urbem adlatum et in comitio propoſitum ex actis refert Plinius c. l. etſi ipſe in dubium vocat. Cf. etiam, qui idem tradunt, Solinus c. l. Aurelius Victor de Caeſar. 4, 14. et in epitome 4, 9. Suidas ſ. v. Φοῖνιξ, Syncellus in Chronogr. pag. 266. (Venet.) qui addit ex Aegyptiorum teſtimoniis, conſentiente Dexippo, ante annos 659 viſum etiam eſſe in Aegypto. Ab Herodoto 2, 73. ἱρὸς ὄρνις vocatur, ab Aeliano H. A. 6, 58. θεῖος ὄρνις. Soli autem ſacrum fuiſſe tradunt Plin. 10, 2. Tacitus Annal. 6, 28. et quos laudat ad Claudian. v. 9. Barthius, ubi hac de cauſa *Titanius ales* dicitur; ut a Lactantio v. 33. *Phoebi ſatelles*. Nempe vertentis et renaſcentis ſolis ſignum eum ferunt. Vid. Barth. c. l. ex Gazaeo. Et ſic hodie putatur ſignum curſus Solis certam aliquam magnamque periodum indicans, cuius occaſionem avis dediſſe videtur. Vid. Richter über die fabelhaften Thiere p. 85. et in primis Dornedden Phamenophis p. 199 ſqq. qui de cyclo 210 annorum ex arcana Aegyptiorum doctrina interpretatur. Quidam ad *vulturem barbatum* Linnaei referunt; Richter p. 67. ad *falconem chryſaëton* Linnaei.

unica) Tradunt id et alii plurimi. Hinc Euſebius in vita Conſtantini 4, 72. in. μονογένης ὢν τὴν φύσιν, et *unica avis* ex periphraſi Martialis 10, 16, 6. Cf. Wernsdorf ad Lactant. v. 31.

quingentorum) Vulgatior haec eſt opinio, uti adparet ex Herod. 2, 73. et Tacito Annal. 6, 28. in primis, qui inde falſum fuiſſe phoenicem putat Tiberii aetate conſpectum, quia inter Ptolemaeum tertium, ubi etiam adparuerat, minus 250 anni fuerint. At idem monet, alios ſpatium ponere annorum 1461. Sed maior apud auctores notatur varietas. Cum Tacito vel Herodoto faciunt Horapollo in Hierogl. 1, 35. Aurel. Victor cc. ll. Schol. Lucani 6, 680. Philoſtratus in Apollonio 3, 49. Aelianus c. l. Seneca epiſt. 42. aliique. Plinius 10, 2. Manilio Senatore teſte, habet annos 509. ex Codd. alias 660. Solinus 33. f. 36. adfert 540. Suidas h. v. 654. Multi mille annos ponunt, in quibus Martialis 5, 7, 2. Claudian. v. 26. Lactantius v. 59. Auſon. epiſt. 6. quibus teſte Tacito c. l. quidam addiderunt 461. Septem annorum milia numerat Chaeremon apud Tzetzen. Chil. 5. hiſt. 6. v. 397. Ex aetatibus vivacium animalium definit Heſiodus apud Plutarch. de oraculor. defectu p. 635. (Lipſ.) ex eoque Auſon. idyll. 18, 6. et novies aetatem corvi eius vitam ſuperare adfirmat. Infinitam annorum ſeriem illi tribuunt alii, et veluti ad proverbium eius aetatem traduxerunt, uti Lucianus in Hermotimo cap. 53. Certam tamen aetatem conſtitutam fuiſſe inde adparet, quod Aegyptios inde periodos ſuas dimenſos narrat Syneſius in Dione pag. 49. ed. Petavii, qui ad c. l. p. 18. monet, ex Aeliano in Hiſt. An. 6, 58. id ductum eſſe. Cum eius etiam vita magni anni converſionem fieri, Manilius prodidit apud Plinium et ex hoc Solinus cc. ll. de quo prolixa eſt disputatio Salmaſii ad Solin. 33. f. 36. p. m. 387. At vide omnino, quae disputarunt ex auctoribus de eius vita Barthius ad Claudian. v. 26. Gataker. adverſar. miſcell. 1, 2. p. 180. et Bochart. in Hierozoico P. 2. lib. 6. cap. 5.

ſtruem) Nidum indicat; *buſtum* vocat Claudian. v. 44. ſeu *nidum*, ſeu *ſepulcrum* Lactant. v. 77. *altaria*

Statius ſilvar. 3, 2, 114. Recte autem *odoribus* Mela. Δένδρα ἀρωμάτων habet Tzetzes chil. 5. hiſt. 6. *Cinnama*, *amomum*, *myrrham*, *caſias*, *nardum*, *tus*, Statius ſilvar. 2, 6, 87. Ovid. Metam. 15, 398 ſq. Plin. 10, 2. aliique. Quidam ex iis unum alterumve tantum memorant, veluti *myrrham* Herodot. 2, 73. Tacitus Ann. 6, 28. *caſias* et *tus* Plinius 10, 2. — Sed taedet iſta commemorare ſingulatim. V. Barth. ad Claudian. v. 43. Magis tamen hic in aliis diſſentiunt. Secundum Herodotum mortui patris nidum in Aegyptum defert, atque eum magno agmine alii cum Mela ſecuti ſunt. Achilles Tatius c. 4. refert, mortuo patri in Aegyptumque devecto buſtum parare. Alii combuſti patris reliquias et cineres recentem deferre volunt, ut Claudianus. Quod narrat Lactantius v. 65. ſua ſede relicta in Syria ſe comburit. In Aegypto id fieri tradunt Artemidorus 4, 49. et Suidas h. v. ad Nili fontes, Philoſtratus c. l. In Aegypto et naſci, et mori Horapollo c. l. Vid. Barth. c. l. Mori in Aethiopia ex Philoſtrato in vita Apollonii (vid. ſupra) refert Tzetzes chil. 5. hiſt. 6. v. 393.

incubare) Eleganter quaſi *ovo*. Ductum ex narratione Herodoti, qui τῆς σμύρνης ὠὸν eum πλάσσειν dicit. Claudianus v. 45. *ſedet*, Lactant. v. 90. *vitali toro membra locat*, Ovid. Metam. 15, 400. *ſe ſuper imponit*. Et ſic alii varie. Tum porro arguta brevitate, ad rem tamen vere: *ſibi ipſa incubat*.

concreſcens) Plin. 10, 2. *naſcitur primo ceu vermiculus, inde fit pullus*. Sic Suidas h. v. Tzetzes chil. 5. hiſt. 6. Lactant. v. 101. Vid. quos praeterea commemorat Barth. ad Claudian. v. 68. ubi etiam de ovo, ex quo excludi quidam tradunt. Horapollo in Hieroglyph. 2, 57. θήσει ἑαυτὸν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ὀπὴν ἐκ τοῦ ῥήγματος λαμβάνει, καὶ ἐκ τοῦ ἰχῶρος τοῦ καταῤῥέοντος διὰ τῆς ὀπῆς ὄφις γεννᾶται.

concipit) Hinc lepide Lactant. v. 167. *Ipſa ſibi prolès, ſuus eſt pater, et ſuus haeres, Nutrix ipſa ſibi, ſemper alumna ſui.* Claudian. v. 24. *pater eſt proleſque ſui.* Ovid. Metam. 15, 392. *ſe ipſa reſeminat ales.* De formula *ipſe ſe* et *ſibi*, quam elegantem fere omnes putant, vid. viri docti ad Catonem apud Arntzen. p. m. 19 ſq. et qui laudantur. Caſus τοῦ *ipſe* ex obpoſitione unice ſive expreſſa, ſive tacita iudicari debet, ut recte ibi Daumius monet, et Goclenius in Problemat. Grammat. 2, 78. p. 117.

adolevit) Plin. 10, 2. *inde fit pullus.*

incluſa) Secundum Herodot. 3, 73. ex myrrha ovum facit, in eoque excavato patrem poſitum in Aegyptum exportat. Ἐν σφαίρᾳ σμύρνης poſitum patrem deportare Origenes dicit c. l.

exportat) Herod. c. l. κομίζων. Plin. 10, 2. *devolare*, quia Arabia, unde veniebat, ἡ ἄνω χώρα f. Ἀραβία, et Aegyptus, ubi Heliopolis, quam petebat, ἡ κάτω χώρα. Vid. Salmaſ. ad Solin. cap. 33. f. 36. p. m. 391. Ita vero alii *volare*, ut Suidas h. v. ἀφίπτασθαι, alii *perferre*, *ferre*, *portare*, ut Facit. Ann. 6, 28. Claudian. v. 74 ſq. Ovidius Metam. 15, 405.

Solis) Heliopolin innuit, quam hic plurimi commemorant a Barthio ad Claudianum v. 90. laudati, ubi adde Horapollinem in Hieroglyphicis 2, 57. Apud Claudianum eſt: *Urbs Titana colit*, Ovidius Metam. 15, 406. *Hyperionis urbs.* Ἡλίου τέμενος in Aegypto hic memorat Origenes c. l. Voſſii notam, quae huc valet, dedi in not. crit. pag. 304 ſq. Cf. Strabo 17. p. 555. f. 806. Harduinus ad Plin. 6, 34. f. 29. et ad 5, 9. Berkel. ad Stephan. p. 381. Eckhel de num. veterr. T. 2. p. 295 ſq. Graecis eſt Ἡλιούπολις, vel diviſe Ἡλίου πόλις. Qui-

dam etiam, ut Apoſtolius Centur. 20. prov. 31. Ἡλιόπολις, quod et praeferunt nummi. In Antonini itiner. p. 163. et 169. ſimpliciter *Helio.* Latini modo *Heliopolis*, ut Tacit. Ann. 6, 28. modo *Solis urbs*, ut cum Noſtro Plin. 10, 2. vel *Solis oppidum*, ut idem 5, 11. ſ. 9. ubi Arabiae conterminum facit, ut Ptolem. 4, 5. item Plin. 6, 34. ſ. 29. Iudaei Alexandrini ſic vertunt Hebr. nomen אֹן, veluti Geneſ. 41, 45. Ezech. 30, 17. Utrumque coniungunt Ierem. 43, 13. ubi in Hebraicis incolarum nomine dicitur בֵּית שֶׁמֶשׁ. Diſerte id de utroque nomine adfirmat Philo de poſter. Caini p. 236. ed. Mangey. Ex quibus urbis antiquitas intelligitur. Moſen etiam Heliopolitanum faciunt, de quo Ioſephus contra Apion. lib. 2, 2. Tom. 2. pag. 469. (Haverc.) Auctores gentiles conditorem faciunt Actida ſ. Actim, Solis et Rhodae filium, uti Diodorus Sic. 5, 57. et Stephanus h. v. Ille etiam ab eo Aegyptios aſtrologiae ſcientiam accepiſſe refert. Actis Solis filius etiam eſt Scholiaſtae ad Pindar. Olymp. 7, 135. Arabas conditores fecit Iuba, teſte Plinio 6, 34. ſ. 29. Urbi nomen acceſſiſſe videtur ex cultu Solis, qui et ibi templum habuit. (Herodot. 2, 59. Strabo 17. pag. 553. ſ. 805.) Celebratur ſapientia ſacerdotum, ex quibus profecerunt Eudoxus et Plato, (Strabo 17. pag. 554. ſ. 806.) uti omninò Heliopolitanos Aegyptiorum ſolertiſſimos praedicat Herodotus 2, 3. Strabonis aetate, quod in priori loco adfirmat, deſerta iacebat. Ab ea dicitur Ἡλιοπολίτης νόμος, (Ptolem. 4, 5.) incola Ἡλιοπολίτης. (Stephanus et alii.) A Memphi diſtabat 24 M. P. (Antonini itiner. p. m. 163. Situs conſtat etiam ex Geogr. Nub. pag. 97 ſq.) De ſitu et hodierna indole expoſuit Fourmont deſcr. des plaines d'Heliopolis et de Memphis, Pariſ. 1755. 12. Hodie *Bethſemes* dici vult Carolus a S. Paulo in Geogr. ſacra p. 270. aliique. Vid. Eckhel c. l. At quod alii narrant, ruderа eius hodie reperiuntur prope pagum *Matarea*, *Matarée*, duabus horis a

Kahira. Vid. Maillet deſcr. de l'Egypte p. 107 ſq. Pococke T. 1. p. m. 36. qui putat h. eſſe *Matarea*, Niebuhr Reiſebeſchr. nach Arabien Vol. 1. p. 99 ſq. (qui h. Arabibus dici *Ain-Schaems* adfirmat) a quibus etiam rudera, veluti Sphinges, obeliſcus deſcribuntur. Vid. praeterea apud Pocockium tab. 6. Ceterum noſtra Heliopolis non debet confundi cum alia, quae fuit in Coele-Syria ſ. Phoenice.

arcbio) De hoc dictum eſt in notis crit. p. 306 ſq. ubi addi poteſt Gutberlethus in inſcr. Smyrnaeam pag. 139 ſqq. nec, quod ad explanandam difficultatem habeo, adferre poſſum. Ceterum diem eum feſtum eſſe Aegyptiis canit Lactant. v. 151 ſq. et a ſacerdotibus Aegyptiis defunctum phoenicem ſepeliri tradit Horapollo in Hieroglyph. 2, 57. Cf. Barth ad Claudian. v. 50. Renatus phoenix in patriam redit ſec. Horapoll. c. l. Sic Clemens Roman. in epiſtola ad Corinth. 1, 25. dicit, ubi ſuper altare Solis Heliopoli poſuerit parentis reliquias, in Arabiam, unde venerat, redire, c. l. pag. 65. ed. Colomeſii.

Ceraunii montes) Gr. Κεραύνια ὄρη. Commemorantur a Mela etiam in Epiro 2, 3, 10. et inter Pontum Euxinum et mare Caſpium ponuntur 1, 19, 13. 3, 5, 14. At hic in extrema Africae parte alii quaerendi ſunt, ubi mare rubrum clauditur. Cum raro occurrant, adiuvat eorum mentio apud Diodor. Sic. 3, 67. ex quo Voſſius eos contra Pintianum tuitus eſt, adprobante etiam Weſſelingio ad Diodor. c. l. Promontorium quod ſit, pro certo adfirmare non auſim. Forte eſt Moſſylicum, unde Iuba Atlanticum mare incipit, teſte Plinio 6, 34. ſ. 29. Cf. ex eo Solin. 56. ſ. 60. Ptolemaei 4, 7. Μόσυλον ἄκρον. Ad Heſperios enim Aethiopes tendit Mela adſcitis, qui verſus Meroen habitabant. Mire autem videtur promontorium adpellare *incultum*, et

totum illum tractum contracta brevitate intelligere, qui a Ceraunüis saltibus ad promontorium patet, nisi quis in verbis *a Ceraunüis saltibus* causam inesse velit, cur invium sit. Ita enim etiam τὸ *a* saepe valere notum est. Tum vero Ceraunios saltus prope illud promontorium posuit. Atque hoc situ posuit etiam Reynoldius in tabula saltus Ceraunios ad sinum Arabicum. Tum vero Κεραύνια ὄρη Diodori cum Melae Ceraunüis saltibus componi vix possunt. Illa enim fuerunt in Libya, ubi Hammon regnavit, uti in vicina regione ponitur Ἑσπέρου κέρας a Diodoro, quod sic cum Ptolemaei 4, 6. notatione consentit. Fuerunt igitur Ceraunii saltus aliis ignorati, aut praeteriti.

CAP. IX.

AETHIOPIA.

§. 1. *Aethiopes)* Sic et Graecis dicuntur. Compositum nempe est ab αἴθω et ὄψ, et sic de hominibus omnino nigris latiori sensu ponitur saepe. Secundum Plin. 6, 35. s. 30. in. universa gens *Aetheria* adpellata est, deinde *Atlantica*, mox a Vulcani filio, Aethiopes *Aethiopia*, quas Graecorum fabulas recte censet Ludolfus in comment. ad Hist. Aethiop. 1, 17, 2. p. 54. (Frf. ad Moen. 1681. f.) Ab Hesychio refertur etiam Ἀερία h. v. qualis teste Gellio 14, 6. olim Aegyptus dicta est, ut Aegyptus Aethiopia, quod tradit Eustath. ad Dionys. v. 218. et 239. Pro Aethiopia Αἰθιοπὶς γῆ in Archelai loco, quem refert Stephanus s. v. Αἰθιοψ. Sic vero etiam prosaicus auctor Aelian. H. A. 2, 21. in. Ipsi Aethiopes et auctores quidam generis antiquitatem iactant, et a Chamo originem ducunt, uti solet. Quas fabulas qui cognoscere velit, adeat etiam Lobo voyage d'Abissinie (8.) T. 1. p. 79 sqq. Cf. de l'origine et l'ancienneté

des Ethiopiens dans l'Afrique par Fourmont in Memoires — de Paris T. 7. p. 497 ſqq. (Hag. C.) Certe ipſi populi paſſim iam apud Homerum commemorantur, v. c. Il. 1, 423. Odyſſ. 1, 23. qui locus in primis notandus eſt. Ibi enim Αἰθίοπες, τοὶ διχθὰ δεδαίαται, ἔσχατοι ἀνδρῶν, (cf. Virg. Aen. 4, 480.) οἱ μὲν δυσομένου ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος. Ex quo adparet, duplicem Aethiopiam agnoviſſe, unam verſus Eurum, quae fuit Libyae pars, alteram verſus occidentem ſ. Zephyrum, cuius cauſam expoſuit Strabo 1. p. 22. ſ. 32. Nempe quod ibi navigantes vel ab oriente, vel occidente, eam iter peragere continuo curſu impedirentur, Aethiopas utrimque deprehenderent. Eam etiam hic opinionem ſecutus eſt Mela, et ſic Plin. 5, 8. ſ. 4. nominato Homero. Inde quidam componunt discrepantiam auctorum, qui rem de Andromeda geſtam in Aethiopia ponunt. Vid. ad 1, 11, 3. Ptolemaeus 4, 7. et 9. habet Aethiopiam ὑπὸ Αἴγυπτον, quam extendit ab occaſu ad interiorem Libyam et a meridie ad Raptum promontorium ſ. Barbaricum pelagus, et interiorem a Rapto et Praſo promontoriis ad Heſperium ſinum Oceani a Libya propria ad terram incognitam. Heliodorus terminari dicit catarrhactis Aegyptiis et Philis urbe. Vid. Aethiop. lib. 8. in. cf. 9. f. et 10. in. Strabo 17. in. Syenen et Elephantinen fines Aethiopiae facit, poſt Heſperios Aethiopas pag. 569. ſ. 827. ſupra Mauretaniam conlocat. Hebraeis, ſi fides eſt interpretibus et patribus, dicitur כּוּשׁ, ſed ſic latiſſime extenditur. Nam Chuſitis adpellatur Moſis uxor Num. 12, 1. quam Midianitin fuiſſe conſtat. Midian autem urbem fuiſſe in maris rubri litore ex Ioſepho ant. 2, 5. et aliis diſcitur, et promiſcue Chus et Midian ponuntur Habac. 3, 7. Ex quo aliisque argumentis conficit Bochartus in Phaleg 4, 2. Chus eſſe Arabiam, contra Aethiopiam eſſe *Lud*, (לוּד) quod argutis magis argumentis, quam idoneis evincere ſtuduit c. l. 4, 26. uti *Lud* 4, 26. Lydiam etiam ſignare dicit ob Maeandri et Nili ſimiles

flexum. De duplici Aethiopia conſulendus eſt Petavius ad Epiphanium p. 371. Euſtath. ad Odyſſ. 1, 23. pag. 13, in. maxime de Aegyptiis vicinis. Satis vero vel ex Strabone diſcitur, quam varios terminos Aethiopiae ſtatuerint, quamque late extenderint veteres, velut Ephorus, qui totam meridionalem plagam illis adtribuit. Vid. lib. 1. p. 23. ſ. 34. et antea, ubi plura in hanc rem disputantur. Adde Ludolfum in comment. hiſt. Aeth. 2, 16. p. 226 ſq. ubi Bochartum refutat. Nempe alii Nilum, alii ſinum Arabicum terminos Aſiae et Africae fecerunt, quos quidem probat Strabo paulo poſt. Sic Herodot. 7, 70. Aethiopes in Aſia et Africa memorat. Idem 3, 114. Arabiae conterminam facit, et terrarum habitatarum ultimam, et ſuperiori loco cap. 69. Aethiopiam habet, ſuper Aegyptum, ὑπὲρ, ut alii, pro quo Ptolem. 4, 7. ὑπὸ, quod in illud mutare malit Cellarius in Geogr. ant. 4, 8, 3. p. m. 951. Sic alii genus Indi, cum faciunt Aethiopes, alii Homeritas iis accenſent. Illud Philoſtr. 3, 6. 4, 6. hoc Stephanus ſ. v. Ὁμηρίται, quamquam Berkelius p. 614. et Holſten. p. 235. Ἀραβῶν ibi ſubſtituunt. Diſerte etiam tradit Theophanes Byzantius apud Photium cod. 64. Macrobios olim, ſuo tempore dictos fuiſſe Homeritas, etſi in his tempora discrimen ſtatuunt, ſi recte retulit. Macrobios enim omnes in Africa ponunt. Tum forte de eorum migrationibus intelligi debet poſtea factis. Vid. quae diſſerit Ludolf c. l. ad 1, 1. n. 22. p. 68. Sed et veteres fluctuatos eſſe inter Arabas et Aethiopes, adparet ex Plinio 6, 35. ſ. 29. ut retineri hi etiam in Stephano poſſint. Cf. etiam Lobo voyage d'Abiſſinie T. 1. p. 251. et Ludolf in comment. hiſt. Abyſſ. 2, 16, 19. ubi Holſtenium impugnat. Idem lib. 2. cap. 3. n. 16. p. m. 228 ſq. alia teſtimonia conlegit, ſimulque infringit Bocharti argumenta, quia Bochartus Aethiopiam tantum in Africa ſitam cogitavit, etſi concedit Cuſch eſſe regionem Arabiae, Palaeſtinae vicinam. Cf. c. l. p. 226. Bocharto adſtipulatur Ritter

ad Guthrie — Welt-Gesch. P. 5. T. 2. p. 227. ubi de hac voce plures laudat. Potest etiam addi, quod eadem Aethiopibus et Asiae populis passim tribui solent, ut ex serie commentationis intelligetur. Alia sunt vaga, ut de Ichthyophagis, Troglodytis, — qui Aethiopibus adnumerantur. Idem valet de Scythis; Indis etiam. Quidquid est, Aethiopia prope Aegyptum fuit notissima antiquis, ad quos penetravit Menelaus. Vid. Homer. Odyss. 4, 81. et Strabonis longam de hoc cursu disputationem lib. 1. p. 22 sq. f. 33 sq. et sic postea a recentioribus redactam esse Aethiopiam dicit. Sic Plinius aliique strictiori sensu, quamquam nec omnino aliorum Aethiopum mentionem omittunt Homeri auctoritate moti, v. c. Plin. 5, 8. Strabo 17. p. 568. f. 827. Diod. Sic. 3, 8. — et sic Mela noster. Aethiopes sub Aegypto intelligendos esse, quoties illorum antiquitas, pietas, iustitia celebratur, monet Ludolf in comment. hist. Aethiop. 1, 17, 2. Hodie etiam in 3 partes dividitur, uti docet Lobo c. l. T. 1. p. 253. ubi simul regna enumerat, quae complexa est vetus illa Aethiopia sub Aegypto a gradu 7 ad 17.

sedem) Pro *regia* sumit hic Vossius et inlustrat ex Curtio 4, 7, 18. ubi: *accolae sedis* (de oraculo Iovis Hammonis) *sunt ab oriente proximi Aethiopum.* Quae quidem est diversa ratio. Nam ibi de Iovis sede oraculo, ante *sedes oraculi*, hic de populo late extento et frequente, et Mela ipsam terram s. insulam adpellat. Tum cum plurima disitaque loca tenuerint, praecipuum hoc domicilium esse debet. An non Mela hoc designare inculentius debuisset, alia quaestio. Nam *sedes* de populo late patet, et certum domicilium notat. Vid. Curt. 5, 5, 21. 6, 2, 13. Mela 1, 4, 4. et alia plura, quae conlegit Burmann. ad Vellei. 1, 3. f. Cerda ad Aen. 11, 44. Sic Noster *circumsidere* 1, 12, 4. *adsidere* 1, 19, 14. et *sedes* cum *tectis* coniungit 1, 4, 4. V. etiam ad 1, 19, 2. De Meroe cf. ad 3, 9, 2.

primo ambitu). I. e. primo alvei dissidio, quod a fontibus eius occurrit. I. GRONOVIVS *MS.* Vid. 1, 9. 2. Nempe alios ambitus post facit.

Macrobii) Ductum ex Herodoto 3, 17. ubi dicit, Africam ἐπὶ τῇ νοτίῃ θαλάσσῃ habitasse, et post cap. 23. multos ad 120 annos vivere, alios amplius narrat. Herodotum sequuntur plures, ut Eustathius ad Dionys. v. 218. Valer. Max. 8, 13. ext. 5. ex illo refert, 120 annos transgredi; minus accurate. Alii, ut Mela, in universum notant, v. c. Solin. c. 30. s. 33. *Dimidio eorum protensior, quam nostra vita est.* Plinius 6, 35. s. 30. omnino *Macrobios* memorat, nec hos adtingit 7, 49. s. 48. ubi de spatio vitae humanae disserit. Neque tamen hoc ad omnes Aethiopes pertinere, ex Herodoto 3, 17. discitur, et declarant alii. Sic Asclepiades, teste Plutarcho in placit. philosophor. 5, 30. tradiderat, anno 30 senescere, propter solis aestum. Brevis vitae in primis ἀκριδοφάγοι fuisse, nec 40 vitae annum excessisse feruntur. Vid. Diodor. 3, 29. Plin. 6, 35. s. 30. Strabo et alii, quos ad Plin. c. l. indicat Harduinus, quibus addi potest ex Strabone Eustath. ad Dionys. v. 558. Cf. etiam Blancus ad Paullum Diacon. de gestis Langobardor. 1, 1. Suo tempore Homeritas vocatos esse falso scribit Theophanes Byzant. apud Photium cod. 64. p. 38. de quo cf. Ludolf in comment. hist. Aethiop. n. 22, 3. p. 68. Macrobios in Erythia ponit Dionys. c. l. prope Gangen. Glycas Annal. P. 2. p. 110. Ven. et annos 150 vivere dicit etiam διὰ τὰ ἀνεξερεύνητα τοῦ θεοῦ κρίματα. Bruce in Reisen Vol. 2. pag. 555. in utraque Nili ripa infra regionem auriferam (*Guba* et *Nuba*) et Hesperios *Shangallas* esse putat. Ceterum Melam paucis ex more immutatis sic reddidit Boccacius de maribus s. v. Ethiopicus oceanus: *macrobios habet populos sic denominatos, eo quod vitae spacium fere medium ultra alios mortales productum in longum.* Eos ita circumscripsit

Lucan. 10, 280. *Cambyſes longi populos pervenit ad ævi*, quod ſpectat narrationem Herodoti 3, 20. Particulam *quam* ſolet Mela ante comparativos ponere, ut 1, 1, 3. *aliquanto, quam ubi latiſſima eſt, longior.* et paullo poſt ib. *curſusque etiam, quam fuit, artius exit in ſpatium.* 1, 5, 4. *ſolo, quam viris, melior.* 1, 6, 1. *ſpatio, quam Mauretania, anguſtior eſt,* — in quo etiam Livium imitatur, cuius proprium eſſe et ſolemne omnes norunt.

Automolove) Quod ex more ipſe explicat Mela. Omnino ſunt, qui ſponte veniunt, non coacti. Vid. ad Heſychium h. v. Sic αὐτομόλους στρατεύσασθαι in inſcr. apud Pococke p. 38. Oppianus Halieut. 3, 360. opponit κλητοὺς et αὐτομόλους. In bello fiunt transfugae, uti ſaepe occurrit, veluti apud Plutarchum. — Hic qui ſua ſponte adveniunt, et αὐτοκελεῖς et αὐτόκλητοι vocantur. Vid. Weſſeling. ad Herodot. 9, 5. f. Sunt igitur ἐπήλυδες, quibus opponuntur ἔγγενεῖς τ. χώρας et αὐτόχθονες, veluti apud Diodor. 3, 2, in. qui locus in primis huc pertinet, quia ibi tradit, Aethiopas ſe primos hominum auctoresque Aegyptiorum iactaſſe, multisque argumentis adſtruit. Cf. etiam Stephanus ſ. v. Αἰθιοψ. Contra id ſibi Aegyptii vindicant, magnaque fuit ſuper ea re populi utriusque ambitioſa disceptatio. Vid. Diod. Sic. 1, 10. et ibi Weſſeling, qui et ſic Athenienſes et Indos ſtatuiſſe de ſe probat. Ex Aethiopia Aegyptum eſſe frequentatam, putat etiam Ritter ad Guthrie — c. l. p. 245. Cf. de Scythis et Aegyptiis Iuſtin. 2, 1. Quodſi ad Moſis narrationem quaeſtio exigatur, ad Aegyptios videtur inclinare victoria. Quod vero Mela tradit de migratione ex Aegypto, optime inluſtratur ex Strabone 17. in. ubi narrat, Eratoſthene auctore, ſupra Meroen aliam fuiſſe inſulam habitatam a transfugis Aegyptiorum, qui a Pſammeticho deſciverint. Nomen fuit Σεβόεννα, ut editur, i. e. ἐπήλυδες. Igitur vel ex Era-

tostiene haec hausit Noster, vel ex Herodoto 2, 30. ubi causam fugae et migrationis eandem prolixius exponit. *Asmach*, uti editur variantibus quidem MSStis, dictos esse sua lingua addit, in quo verbo explicando, vel deducendo variant docti viri. Vide, quos laudat ibi Wesseling. *Sebritas* adtigit etiam Plinius 6, 35. s. 30. sed corruptus. Μαχλοίους sunt Hesychio et Servio ad Virgil. Georg. 1, 57. Cf. ad Hesychium interpretes. Sed plura dabit Heeren de militum Aegyptiorum in Aethiopiam migratione in commentatt. Goetting. Vol. 1. pag. 48 sqq.

pulcri forma) Ex Herodoto 3, 20. sec. quem sunt: μέγιστοι καὶ κάλλιστοι ἀνθρώπων πάντων, ex quo repetit Eustathius ad Dionys. v. 218. Cf. Photius Cod. 259. pag. 1319. (ed. Schotti.) Quod ad proceritatem, *Syrbotas* memorat Plin. 6, 35. s. 30. octonum cubitorum fuisse. Maximum e popularibus regem elegisse, narrat Herodotus 3, 20. alii addunt formosissimum. Vid. Diod. Sic. 3, 9. et quos ibi adfert Wesseling. Cf. etiam Strabo 17. p. 566. s. 822. Boccacius c. l. sic: *forma praestantes et moribus, regem sibi pulcritudine et viribus potiorem eligentes.* Neque tamen hoc de universa gente intelligi debet, quod Diodorus innuit, et Herodotus ad eos redigit, quibuscum Cambyses per legatos egit. Nam etiam apud Diodor. 3, 8. αὐχμηροὶ τοῖς ὅλοις σώμασι referuntur.

aequi corporis) Quid sit, dictum est in not. crit. p. 314. et intelligitur ex eo, quod infra de Hesperiis obponit.

alumni) De hac locutione consulendae not. crit. p. 317. Eorum virtus autem et in primis in Deos pietas maxime celebratur apud antiquos. Sic iam Homer. Il. 1, 423. vocat ἀμύμονας, quo etiam teste utitur Diodor. Sic. 3, 2. ubi plura commemorat. Dionys. v. 559. hinc

addit Δικαιοσύνης in illorum laudibus, quod in primis ad iuſtitiam ibi refert Euſtathius, ſed ad hos tantum, de quibus iam Mela exponit, redigit. Pietatem in primis et iuſtitiam exercere, memorat etiam Nicolaus Damaſcenus de moribus Graecorum h. v. Alii enim, veluti Heſperii, fuerunt iniuſti, vel, ut monet ad Homer. c. l. Euſtathius, Anthropophagi, quos commemorat etiam Plinius 6, 35. f. 30. Qui plura de Aethiopum virtutibus omnino que moribus legere cupit, quae exponere non eſt huius loci, adeat eos, quos laudat Ritter ad Guthrie — Allgem. Welt-Geſch. P. 5. T. 2. pag. 245. f. Ceterum ſententia in auctoribus frequentata. Iuſtinus 3, 2. f. de Lycurgo idem ſic: *Auri argentique uſum, velut omnium ſcelerum materiam ſuſtulit.* Cf. Plin. 33, 3. f. 1. Sic de Britannis Diodor. 5, 21. τῆς ἐκ τοῦ πλούτου γινομένης τρυφῆς πολὺ διαλλάττοντες. Sic πενία τῇ Ἑλλάδι οὐτρόφος dicitur ab Herodoto 7, 102. ubi cf. Weſſeling.

ſpecie) De qua paullo ante dictum eſt.

quam aeris) De Macrobiis valet ex Herodoto 3, 23. qui dicit: ἐν τούτοισι τοῖσι Αἰθίοψι πάντων ὁ χαλκὸς σπανιώτατον καὶ τιμιώτατον, unde repetiit Euſtathius ad Dionyſ. v. 218. Hinc Aethiopes apud Heliodor. in Aethiop. 9, 24. in. (f. p. 447. ed. Bourdel.) inducuntur ſic: ἡμῶν οὐ χρυσὸς, ἡ λίθοι τὰ λάφυρα, πρᾶγμα κατ' Αἰθιοπίαν εὔωνον, καὶ σωρηδὸν τοῖς βασιλείοις ἀποκείμενον; quod quidam recentiorum etiamnunc adfirmant. Vide quos laudat Ludolf in hiſt. Aethiop. comment. ad lib. 1. cap. 7. num. 48. pag. 105. Boccatius c. l. ſic reddidit: *aes, quam aurum, pretioſius cenſentes.* Quae poſt de vinculis narrat Mela, ducta etiam ſunt ex Herodoto c. l. adſentientibus aliis, quos produxit ibi Weſſeling. Lobo voyage d'Abiſſinie (8.) Tom. 1. p. 92. contra hodie: Il n'y a point d'argent dans ce Royaume, hors dans certaines provinces Occidentales, où il y a

quelques monnoies de fer; mais dans les principales provinces, tout le commerce ſe fait par l'echange. Sed ad eum le Grand diſſ. 2. p. 261. notat, montes auro eſſe repletos, minime tamen inveſtigari.

paſſim) I. e. ſine ordine, hic ibi. Vid. Caeſ. de B. G. 4, 14, 5. Bunemann. ad Lactant. 3, 9, 5. Kapp. ind. h. v. et Burmann. ad Phaedr. 5, 1, 3.

§. 2. ἡλίου τράπεζαν) Ex Herodoto 3, 18. qui copioſe deſcribit. Nempe erat in ſuburbio pratum omnium quadrupedum carne aſſa refertum et noctu adpoſitum, ad quod orta luce cuivis accedere licebat. Incolae (ἐπιχώριοι) τὴν γῆν ταῦτα ἀναδιδόναι affirmabant. *Divinitus* igitur eſt, uti aliàs, ſine hominum ope et miniſterio, h. l. *ex terra*. Solinus cap. 30. f. 33. ſic expreſſit: *locus — opiparis epulis ſemper refertus, quibus indiscretim omnes veſcuntur; nam et divinitus eas augeri ferunt.* Mentionem eius facit etiam Pauſanias 6. extr. et talia Aethiopas, qui ſupra Syenen ſunt, fabulari addit. Herodotus autem poſt cap. 23. a legatis eam menſam conſpectam eſſe ait. Herodotum quidem excuſat Ludolf c. l. ad prooem. n. 2. p. 23. qui addidit. λέγεται, Melam vero, quia ſimpliciter referat, incaute ſcripſiſſe et dicam mereri pronuntiat. Cur vero *Solis* dicta fuerit, facile adparet. *Sol* enim, ut eſt apud Petron. cap. 100. in. *omnibus lucet*, et *communis* ſunt eius lumina (Ovid. Met. 1, 135.) et praeterea ipſe Mela narratione ſ. explicatione docet. Huc Campomanes in illuſtracion al Periplon de Hanon pag. 50. refert *Sidi Kuskuſu*, monumentum ſancti Mauri alicuius, ab cibo Maurorum ſuaviſſimo dictum, qui viatores ibi excipi mandaverat teſtamento, quod vero ob adventantium frequentem turbam mox deſiit. Cf. Hoeſt von Marokos p. 97. ſed quod ad noſtrum tractum refert, erat. Illud enim monumentum in Mauretania maritima inter gradum latitudinis 32 — 33. hinc remotum.

lacus) Allis eſt *fons*. Duxit et hoc ex Herodoto 3, 23. qui ſic fere: ἀσθενὲς ὕδωρ τῆς κρήνης — ὥστε μηδὲν αἰόντε εἶναι ἀπ' αὐτοῦ ἐπικλέειν μήτε ξύλον, μήτε τῶν, ὅσα ξύλου ἐστὶ ἐλαφρότερα· ἀλλὰ πάντα σφέα χωρέειν ἐς βυσσόν. Ex quo mutaſſe noſtrum Herotodi narrationem, vel amplificaſſe adparet. De nitore etiam Herodotus, ſed quae adiunxit de ſalutari vi, quam lotis tribuat hic *lacus* ſ. *fons* ſec. Herodotum, omiſit Noſter. Plinius, Solinus c. l. *Eſt et ibidem lacus, quo perfuſa corpora velut olivo niteſcunt. Ex hoc lacu potus ſaluberrimus. Sane adeo liquidus eſt, ut ne caducas quidem vehat frondes, ſed illico folia lapſa ad fundum demittat laticis tenuitate.* Iſidor. Orig. 13, 13. *in Aethiopia lacus eſt, quo perfuſa corpora velut oleo niteſcunt.* Adde Theophraſtum, quem Sotion in excerpt. p. 140. et Plinius 31, 14. ſ. 2. tradunt narraſſe, fontem in Aethiopia olei vicem explere. De aquae levitate ſimilia evenire narrant in *Side* Indiae et in *Averno* Campaniae. Vid. Plin. 31, 18. ſ. 2. et Beckmann. ad Antigon. cap. 161. p. 207. Ad alium fontem pertinere debet, quod teſte Plinio 31, 5. ſ. 2. Cteſias tradidit, qui ex fonte rubro in Aethiopia biberint, lymphatos agi. Et ſic fere Ovid. Metam. 5, 319. *Aethiopes lacus* notat. Vide, quos ad Plin. c. l. praeterea adfert Harduinus.

Lycaones) Quales ſint, cognoſcitur ex Solino cap. 30. ſ. 33. *Eadem Aethiopia mittit Lycaonem. Lupus eſt cervice iubatus et tot modis varius, ut nullum illi colorem dicant abeſſe.* Plinius 8, 30. ſ. 21. ubi hunc locum Melae, quod adiuncta docent, reddidit, pro lycaonibus poſuit *lyncas*, uti etiam viſum eſt Salmaſio in exercit. Plin. p. m. 276. Sed ſi unum Melam ſecutus eſt Solinus, quia ille nihil de lupo refert, addidiſſe hic videtur ex notiſſima fabula, qua *Lycaon* in lupum converſus eſſe traditur apud Ovid. Metam. 1, 237. Plinius contra

lyncas putavit, et id ipsum posuit. In Lobo voyage d'Abissinie T. 1. p. 291. mulorum genus commemoratur, *zeura* s. *zecora*, qui sunt varii, colore tamen nigro et albo distincti.

Sphinges) Commemorat etiam in Aethiopia Plin. c. l. et sic describit: *fusco pilo, mammis in pectore geminis.* Simpliciter et alii adserunt, ut Strabo 17. p. 533. s. 775. Philostorgius Hist. eccl. 3, 11. γένος πιθήκων vocat, et illis mammas mulieris tribuit. Ipse se vidisse adfirmat. Ex quo Harduinus ad Plin. c. l. existimat, fabulis adnumerari non posse, in quibus monstrosa illa Sphinx iactatur. Vid. Palaephatum cap. 7. et plurimos alios, quos ibi laudat Fischerus. In iis porro aliae fuerunt Graecae, aliae Aegyptiae, quae passim reperiuntur. Exhibet etiam in Perside Persepoli inventam Niebuhr in Reisebeschr. nach Arabien Vol. 2. p. 120. Cum Augustus in signandis libellis et epistolis initio sphinge uti soleret, (Sueton. cap. 50.) saepe eius imago, ut in aliis, ita et in Augusti numis cernitur. Vid. Rasche Lex. numar. T. 4. P. 2. p. 1448.

Tragopanes) De varia scriptura vocis vid. not. crit. pag. 322 sqq. Alii prolixius describunt, ut Plin. 10, 70. s. 49. *maior aquila, cornua in temporibus curvata habens, ferruginei coloris, tantum capite phoeniceo* i. e. puniceo. Nempe rubra facie pingebatur Pan. Vid. Servius ad Virgil. eclog. 10, 27. Apud Solin. c. l. sic: *avis maior aquilis cornibus arietinis proferens armatum caput.* Ludolf in hist. Aethiop. num. 90. in comment. ad lib. 1. cap. 12. putat esse *casuarium*, modo cornua illi demantur, quae non necessario adsint. Porro suspicatur esse apud Strabonem 2. p. 48. s. 70. πάνας πτηνοκεφάλους, uti legit pro σφηνοκεφάλους, quod, mirum, nihil esse putat. Plinius fabulosas aves censet c. l. Lobo in voyage

d'Abiſſinie (8.) Tom. 1. p. 89. memorat avem *Abagun, l'Abbé pompeux*, quam ſic deſcribit: *Il a ſur la tête au lieu de crête une corne courte, mais large et ronde et ouverte par le bout.*

Pegaſi) Plin. c. l. adpellat *equino capite volucres* et Solinus c. l. *alitem eam equinum nihil praeter aures habere* dicit. Plinius tamen in Scythia conlocare videtur, ut Gryphas contra in Aethiopia, niſi erratum eſt in verbis *hos* et *illos*, quamquam fabuloſam Arabum avem *Ruch* cum gryphe comparat Ludolf c. l. in comment. n. 92. ad lib. 1. cap. 12. ubi plura. Lobo c. l. T. 1. pag. 89. memorat *Feitan-Favez* ou *cheval de diable*, quem videri dicit hominem, plumis armatum, celeri curſu et ciconiae magnitudine. Ceterum alia animalia Aethiopiae recenſent Plinius et Solinus et ex recentioribus maxime Ludolf in hiſt. Aeth. lib. 1. cap. 10 ſqq.

ad Eurum) Innuit Habeſſinorum terram, quae hodie dicitur. Subiacent ad inſulam usque illam grandem. Euro autem definit plagam, quod ſit alibi omnino ventis. Sic *obpoſitus auſtro* et *ſpectans aquilonem* de axe Hygin. poet. aſtron. 1, 3. f. meridiem et *auſtrum*, ſeptemtriones et *aquilonem* iungit Varro de L. L. 4, 6. et ſic alii. *Aurorae* de Orientis populis dixit Virgil. Aen. 7, 606. Ceterum totam hanc narrationem ad cap. 10. in. expoſuit Goſſelin in recherches ſur la Geographie T. 1. p. 218 ſqq. et vulgatam lectionem contra alios tuetur. Nempe Mela, inquit, hic oras ſuo tempore notas deſcribit, et intelligit hic oram regni h. *Adel.* Sed neſcio quo iure, eam narrationem Eudoxo, unde Mela ſumſerit, tribuit, et hinc Eudoxo errores obtrudit. Ipſe ἑσπέρου κέρας vertit *la corne du Midi.*

montibus) Sic Plinius c. l. in ora Aethiopiae notat continuos montes, qui ardentibus ſimiles rubeant. Con-

sentiunt etiam recentiores, Aethiopiam esse valde montosam, in primisque Ludolf in hist. Aeth. lib. 1. cap. 6. non solum enormiter montosam dicit, sed et in mediis campis rupes undique praecipites et abruptas figura varia exsurgere. Cf. etiam Lobo hist. d'Abissinie T. 1. p. 259. (ed. 8.) vel potius le Grand ad Lobo c. l. in diss. 2. p. 259. ubi dicit, Pyrenaeos et Alpes, si cum iis quis contulisset, colles exiguos visum iri. Memorantur maxime in regionibus Tigré, Dambée, Amhara. Eminent prae aliis *Lamalmon* et excelsior *Thabat-Mariam*. De litore et ripa ad II. 1, 2, 2. Quod vero Vossius canalem ex ripis marinum montibus cinctum fingit, refutat Gosselin p. 222. c. l. Nempe Mela adhuc moratur in ora regni Adel, quae praecedit prom. *Guardafui* prope Mosylon, etsi sic ad Eurum non progreditur. *Tractus ingens* — est ora *Ajan*.

dubium) Videtur respicere narrata a Polybio 3, 38. et Hipparcho apud Strabon. 1. p. 3. s. 5.

exhausta fluctu) Poetica locutio, de qua disserui in not. crit. p. 333. *Exhaustus* tamen apte ad *fluctus* accommodatur. Sensus est *finito mari*, ut ultra nullum sit. FAC. GRONOVIVS *MS.* 1. explicat, per torridam zonam absorpto mari. Tum vero antea ibi mare fuisset, quod, opinor, minime vult indicare. *Exhaustum in cumulos pelagus* dixit, etsi tumide, Lucan. 5, 644. ubi ex fundo cessisse et alte sublatum vult mare. Gosselin p. 218. c. l. qui legit *exhausto fructu*, ita vertit: *Si la mer achevoit de circonscrire le continent, ou si l'Afrique inculte et sterile se prolongeoit indefiniment.*

Hanno) De eo et eius periplo cf. quae conlegit Hager in libro Geographischer Bücher-Saal Vol. 1. T. 6. n. 2. p. 408 sqq. Plinius 2, 67. s. 66. sic: *Hanno, cir-*

eumvectus a Gadibus ad finem Arabiae, navigationem eam prodidit ſcripto. Martian. Capella 6. pag. 201. *Hanno Mauritaniae circuitu ac dehinc meridiani flexus excurſu in Arabiae terminos prolixa admodum navigatione pervenit.* Et ſic fere alii. Exſtat et hodie eius periplus, quem multi inluſtrarunt, ex recentioribus maxime Bougainville, Campomanes, Vincent, Falconer, praeterea Vierthaler, (Beyträge zur Geographie T. 2.) Bredow, (Unterſuchungen über Gegenſtände der alten Geographie T. 2.) Goſſelin. (recherches ſur la Geographie T. 1.) Qui longiſſime removent, ut Bougainville, ſcriptum putant 570 annis ante C. N. qui minimum, ut Fabricius, Melot, 300. Voſſius, cui adſentitur Goſſelin, ante Heſiodum. Commode exigi poteſt ad tabulam Hoeſtii de ora occidentali regnorum Fez et Marocco usque ad Cernen. Curſus vero in illo mari ſimiles pluribus exemplis inluſtravit Plinius 2, 67. ſ. 66. quibus adde Necum ex Herodoto 4, 42. et alios apud Bochart. in Chanaan. 1, 36. f.

oſtium) Fretum Gaditanum, vel columnas Herculeas, ultra quas patet Oceanus. Huc apte poteſt transferri locus ex Ciceronis orat. pro lege Manil. cap. 12. ſ. §. 33. *ut qui modo ante oſtium Tiberinum claſſem hoſtium videbatis, ii nunc nullam intra Oceani oſtium praedonum navem eſſe audietis. Eius* i. e. Africae.

e magnam partem) Plin. 2, 67. ſ. 66. *circumvectus a Gadibus ad finem Arabiae, navigationem eam prodidit ſcripto.* Sed de Arabia docet falſum retuliſſe ipſius Hannonis narratio, ſi vera eſt, uti contra Plinium monetur. Cf. Bochart. in Chanaan. 1, 36. ſ. et Ludolf in Hiſtoria Aethiopica 2, 1. in. et in comment. p. 217. ubi ſimul notat, praeter alias cauſas eam navigationem moviſſe Henricum, Iohannis Luſitaniae regis filium, ut ſpe penetrandi in Indiam ignotum mare Atlanticum tentare conaretur.

commeatum) Hanno in periplo f. τῶν σίτων ἡμᾶς ἐπιλιπόντων. In hunc sensum autem Strabo lib. 1. pag. 4. s. 5. de circumflui Oceani navigatione: ὑπὸ ἀπορίας κ. ἐρημίας, οὐδὲν ἧττον τ. θαλάττης ἐχούσης τὸν πόρον.

Eudoxus) Non confundi debet cum alio Eudoxo, Platonis amico, cum quo in Aegypto versatus erat. Vid. Strabo 17. p. 554. s. 806. unde multa de eo apud Plutarchum de Iside immiscentur. Ille fuit etiam Cnidius, hic noster Cyzicenus, ut diserte Strabo 2. p. 67. s. 98. ubi haec eius navigatio prolixe commemoratur. Plinius 2, 67. s. 66. iisdem fere verbis Melam reddidit: *Praeterea Cornelius Nepos auctor est, Eudoxum quendam sua aetate, cum Lathurum regem fugeret, Arabico sinu egressum Gades usque pervectum.* Martian. Capella lib. 6. p. 201. (Grot.) *Cornelius auctor,* (glossema putat hanc vocem Grotius, quam nexus tamen flagitat) *quendam Eudoxum fugientem regis insidias ex Arabia in Gaditana pervenisse refugia.* Neque tamen Hanno et Eudoxus Africam soli et primi circumnavigarunt olim, cum de Phoenicibus et Iudaeorum regibus quibusdam, in primis Salomone, idem referatur. Vid. Penzel ad Strabonem Vol. 1. p. 272. et praecipue Gesner in doctis praelectionibus de Phoenicum extra columnos Herculis navigationibus, quae adnexae sunt Orpheo. Extra dubitationem verum est, si Etziongeber urbs fuit in ora sinus Arabici, quod tamen, etsi in situ discrepant quidam, clare elucet ex libro Reg. 1, 9, 26. Plura dat Bochartus in Chanaan 1, 44. Tum vero Tartessus, quod tantum non omnes תרשוש 2 Paralip. 20, 36. iudicant, adiri non potest, nisi tota Africa circumnavigetur. Et sic recte etiam et commode intra 3 annos ex rubri maris portu, superata Africa, Tyrus peti, et inde cursus relegi potest. Cf. 1 Reg. 10, 22. 2 Paralip. 9, 21. Vid. quae disputat le Grand ad Lobo voyage

eumvectus a Gadibus ad finem Arabiae [illegible] *de Phoenicibus prodidit ſcripto.* Martian. Capell. [illegible] emiſerat Necus Ae- *Mauritaniae circuitu ac dehinc* et Eudoxo dubitationes *in Arabiae terminos prolixa* [illegible] 36. ſ. graviores Voſſius *venit.* Et ſic fere alii. Exſta[illegible]am repugnare, quod pertinet multi inluſtrarunt, ex rec[illegible]ſitam ab aliis, ex Plinii narra- Campomanes, Vincent[illegible] eum veniſſe, quod non habet (Beyträge zur Geogr[illegible] in exercitt. Plin. p. m. 877. deinde gen über Gegenſtä[illegible] notat Strabo, tanto itineri emetiendo lin. (recherches [illegible] Sed Strabonis narratio, quam Poſidonio removent, u[illegible] videtur Nepoti, quod et Penzel mo- ante C. N. [illegible] velit aliquoties curſum maritimum illum Voſſius, [illegible] in uno, ut diſerte traditur, ex India redu- mode [illegible] ſupra Aethiopiam fuiſſe delatum et ſic curſu regn[illegible] occidentem peracto in Aegyptum perveniſſe. Sic in [illegible] illam narrationem contraxit. In India fuiſſe [illegible] ex Plinio etiam 7, 2. adparet, quod ad pri- in Strabone iter pertinet. Aliam de ſimili naviga- narrationem habes apud Strabon. 2. p. 67. ſ. 98. Porro Martianus Capella c. l. addit ſuperiori de Eudoxo narrationi: *Coelius Antipater ſe hominem vidiſſe confir- mat, qui negotiationis ardore in Aethiopiam ex Hiſpania navigaſſet.* Recentiori aetate 1497. Luſitanos Africam circumnavigaſſe conſtat, ex quo tempore iter illud innotuit et frequentatur.

Lathurum) Cleopatrae filium fuiſſe, indicat Strabo in narratione de Eudoxo; eum Ptolemaeum adpellat Iuſtin. 39, 4. Integrum nomen Ptolemaeus Λαθουρος habet, Strabo 17. p. 547. ſ. 795. ubi dicit, praeterita quidem Cleopatra, Ptolemaeo Phyſcone ſucceſſiſſe. Plinius 2, 67. ſ. 66. ſimpliciter, ut Mela, *Lathurum* vocat. Ptolemaeum praemittit 6, 35. ſ. 36. ut Solin. cap. 30. Ioſeph. antiqu. Iud. 13, 13, 4. De vocis etymo et ſenſu diſputat Salmaſius in exercit. Plin. p. m. 877.

...ρος est cum impetu violentus. Aa auget signifi... Inde Λάθουρος maxime violentus. Forte ...pellatus, quod in Venerem concitatus esset, ...itat, cum θούρης sit ἀφροδισιαστής. *Alexan-* ...egem vocat, quia ibi sedem regni habuerunt ...eges post Alexandrum. Cf. Ampel. cap. 35. in. ..., 35. s. 30. Aegypti regem adpellat. Hinc *reductio* ...*is Alexandrini* de Ptolemaeo Aulete apud Cicer. epp. ad div. 1, 7.

profugeret) Cum accusativo, quamquam rarius, etiam alibi reperitur. Sic Curt. 10, 2, 20. *servi dominos profugiunt* 9, 9. in. duces. In Cicerone epp. ad Att. 10, 8. ep. Antonii ambigunt editores. Ante Victorium *τὸ eum* tantum non omnes adponunt, hic delevit, recepit Graevius, expulit iterum Ernesti. Vid. ibi Graevius de hac structura, Gronov. ad Senec. Agamemn. 121. et Muncker ad Hygin. fab. 277.

§. 4. *pro eloquio)* Haud dubie, cum Graece explicare mentem Eudoxo non possent, visi sunt muti. IAC. GRONOVIVS *MS.* Vossius *Astomos* populos tam in India, quam in Libya a veteribus fuisse positos notat, et fabulam inde forsitan natam dicit, quod gentes quaedam os operiant lino, aut panno, quem cibum sumturi removent. Sic Deimachus et Megasthenes, teste Strabone 2. pag. 48. s. 70. in India posuerunt ἀστόμους, et ex Megasthene Plin. 7, 2. repetit gentem inter *Nomadas Indos narium loco foramina tantum habentem.* Sed et in Aethiopia narrantur monstrosi tales homines, quales habet Mela. Loca pertinent ad variandam orationem. Ita Plin. 6, 35. s. 30. *Quibusdam pro sermone nutus motusque membrorum est.* Solinus 30. s. 33. *Nonnullae* (facies) *linguis carent in vicem sermonis utentes nutibus motibusque.* Cf. Vives ad Augustin. de Civ. Dei 16, 8. Boccacius de maribus s. v. Ethiopicus oceanus sic Melam reddidit:

d'Abiſſinie T. 1. diſſ. 6. p. 334 ſq. Idem de Phoenicibus commemorat Herodotus 4, 42. quos emiſerat Necus Aegypti rex. Ceterum de Hannone et Eudoxo dubitationes movit Bochartus in Chanaan 1, 36. f. graviores Voſſius ad h. l. Illius nempe periplum repugnare, quod pertinet ad eius integritatem laceſſitam ab aliis, ex Plinii narratione ad finem Arabiae eum veniſſe, quod non habet Mela, de quo Salmaſ. in exercitt. Plin. p. m. 877. deinde navigium, quale notat Strabo, tanto itineri emetiendo vix par fuiſſe. Sed Strabonis narratio, quam Poſidonio debet, repugnare videtur Nepoti, quod et Penzel monuit, niſi quis velit aliquoties curſum maritimum illum feciſſe atque in uno, ut diſerte traditur, ex India reducem ventis ſupra Aethiopiam fuiſſe delatum et ſic curſu verſus occidentem peracto in Aegyptum perveniſſe. Sic Cornelius illam narrationem contraxit. In India fuiſſe Eudoxum ex Plinio etiam 7, 2. adparet, quod ad primum in Strabone iter pertinet. Aliam de ſimili navigatione narrationem habes apud Strabon. 2. p. 67. f. 98. Porro Martianus Capella c. l. addit ſuperiori de Eudoxo narrationi: *Coelius Antipater ſe hominem viſiſſe confirmat, qui negotiationis ardore in Aethiopiam ex Hiſpania navigaſſet.* Recentiori aetate 1497. Luſitanos Africam circumnavigaſſe conſtat, ex quo tempore iter illud innotuit et frequentatur.

Lathurum) Cleopatrae filium fuiſſe, indicat Strabo in narratione de Eudoxo; eum Ptolemaeum appellat Iuſtin. 39, 4. Integrum nomen Ptolemaeus Λαθουρος habet, Strabo 17. p. 547. f. 795. ubi dicit, praeterita quidem Cleopatra, Ptolemaeo Phyſconi ſucceſſiſſe. Plinius 2, 67. f. 66. ſimpliciter, ut Mela, *Lathurum* vocat. Ptolemaeum praemittit 6, 35. f. 36. ut Solin. cap. 30. Ioſeph. antiqu. Iud. 13, 13, 4. De vocis etymo et ſenſu diſputat Salmaſius in exercit. Plin. p. m. 877.

sic Θοῦρος est cum impetu violentus. Aa auget significationem. Inde Λάθουρος maxime violentus. Forte etiam ita adpellatus, quod in Venerem concitatus esset, quod verius putat, cum θούρης sit ἀφροδισιαστής. *Alexandriae* autem regem vocat, quia ibi sedem regni habuerunt Aegypti reges post Alexandrum. Cf. Ampel. cap. 35. in Plin. 6, 35. s. 30. Aegypti regem adpellat. Hinc *reductio regis Alexandrini* de Ptolemaeo Aulete apud Cicer. epp. ad div. 1, 7.

profugeret) Cum accusativo, quamquam rarius, etiam alibi reperitur. Sic Curt. 10, 2, 20. *servi dominos profugiunt* 9, 9. in duces. In Cicerone epp. ad Att. 10, 8. ep. Antonii ambigunt editores. Ante Victorium τὸ *eum* tantum non omnes adponunt, hic delevit, recepit Graevius, expulit iterum Ernesti. Vid. ibi Graevius de hac structura, Gronov. ad Senec. Agamemn. 121. et Muncker ad Hygin. fab. 277.

§. 4. *pro eloquio)* Haud dubie, cum Graece explicare mentem Eudoxo non possent, visi sunt muti. IAC. GRONOVIVS *MS.* Vossius *Astomos* populos tam in India, quam in Libya a veteribus fuisse positos notat, et fabulam inde forsitan natam dicit, quod gentes quaedam os operiant lino, aut panno, quem cibum sumturi removent. Sic Deimachus et Megasthenes, teste Strabone 2. pag. 48. s. 70. in India posuerunt ἀστόμους, et ex Megasthene Plin. 7, 2. repetit gentem inter *Nomadas Indos narium loco foramina tantum habentem.* Sed et in Aethiopia narrantur monstrosi tales homines, quales habet Mela. Loca pertinent ad variandam orationem. Ita Plin. 6, 35. s. 30. *Quibusdam pro sermone nutus motusque membrorum est.* Solinus 30. s. 33. *Nonnullae* (facies) *linguis carent in vicem sermonis utentes nutibus motibusque.* Cf. Vives ad Augustin. de Civ. Dei 16, 8. Boccacius de maribus s. v. Ethiopicus oceanus sic Melam reddidit:

Quibus (ſolitudinibus) *deficientibus mutè inveniuntur populi, quibus pro eloquio nutus eſt.*

labris) Plin. c. l. ſic: *aliae* (gentes) *ſuperiore labro orbae, aliae ſine linguis. Pars etiam ore concreto* — Solin. c. l. aliis *concreta ora ſunt* — *nonnullae linguis carent.* Cf. de his Auguſtinus c. l.

avenis) Plin. c. l. *pars naribus carens, uno tantum foramine ſpirat, potúmque calamis avenae trahit, et grana eiusdem avenae ſponte provenientia ad veſcendum.* Solinus c. l. *modico tantum foramine calamis avenarum paſtus bauriunt.* Quod igitur Noſter dixit *avenis*, illi explicandum eſſe de *avenarum calamis*, quod et ipſa res monet, ſuadent, et *fiſtula* Melae *foramen* eſt illis. Porro quae Mela in univerſum *grana* adfert, illi ad *avenarum grana* referunt, quod abſurdum conſet Salmaſ. in exerc. Plin. p. m. 274. ubi prolixius de ſenſu dictorum diſſerit, et quae de *granis* commemorantur, ad *foramen*, non ad *calamos avenarum* pertinere contendit. Sed nec Mela aliter intelligi poteſt, vel ab illis potuit, nec ratio pugnat, modo *avenarum calami* laxiores ſolito in Aethiopia intelligantur, quia nares impediebant, quo minus grana foramine illo contingere, ſi manibus nollent, et adtrahere poſſent. Quae fuerint grana, Mela non indicat, ex quo ſi Plinius hauſit, ipſe de avenis explicavit. Avenam autem ſatione indignam habere Aethiopas et pro lolio ſpernere, narrat Ludolf in hiſt. Aethiop. 1, 9. etſi paullo ante grana minutiſſima, *Teſ*, adfert, unde panis optimi ſaporis conficiatur. Sed in fabulis vana eſt explicatio, ubi nugari et fingere lubet. De avena ipſa multa centulit Salmaſ. c. l.

abſorbere) Hic de rebus aridis, ut *abſorbere placentas* Horat. Satyr. 2, 8, 24. Sic Theocr. 5, 108. ἀποσπάζειν ἀμβροσίαν ἐς στόμος. Contra, καταπιεῖν ἀνθρώπους de diabolo 1 Petr. 5, 8. de Saturno Ariſtides T. 1.

pag. 2. (ed. Iebb.) λίθον καταπιεῖν ἀντὶ Διός. Sic κῆτος καταπιούμενον τ. Ἀνδρομέδαν Lucian. in dialog. marin. 14, 3. Cf. Alciphron 3, 33. ubi Bergler. simile exemplum adiecit.

amplecti flammas) Plin. c. l. tantum: *Quibusdam ante Ptolemaeum Lathurum regem Aegypti ignotus fuit usus ignium*, et iisdem fere verbis Solinus c. l. Simile aliquid narrat Plutarchus de capienda ex hostibus utilitate Opp. Vol. 6. pag. 322. (Lips.) τοῦ Σατύρου τὸ πῦρ, ὡς πρῶτον ὤφθη, βουλομένου φιλῆσαι καὶ περιβαλεῖν.

§. 5. *Super eos)* Nempe ab occidentali parte Africae, cuius ultimam eminentiam in mare versus meridiem cum auctor non nosset, coactus est eam praeterire, et, quod ultimum in Hannonis periplo invenit, primum ponit, utpote contrarium iter instituens. I. GRONOVIVS *MS.* Hinc autem iterum vera incipiunt, et ipsa tamen falsis deformata, si verus est Hannonis periplus, quo hodie utimur, nec alios simul de Hannonis navigatione secutus est, quod tamen Mela ipse amovet.

grandis insula) Quae fuit terminus navigationum Hannonis. Quae sit, disceptatur. Vossius manifeste adparere ex Hannonis descriptione dicit, esse eandem, quae h. *Palmifera*, ab aliis *St. Annae* insula vocetur. Aliis est *Madagascar*, olim *Menuthias* apud Ptolem. 4, 9. Vid. Ritter ad Guthrie Allg. Welt-Gesch. P. 5. T. 2. p. 224. qui putat *Madagascar* non notam fuisse veteribus, *Zanzibar* autem differre a Ptolemaei latitudine. Neque tamen, quod ibi dicit, Vossius ad h. l. Zanzibar esse putavit, sed insulam *Palmiferam* s. *S. Annae*, quae vero per ambitum esse non potest, vel falso a Mela grandis indicatur. Vid. Paris in memoires de l'academie des inscriptions Vol. 7. p. 85. ubi plura ad explicationem huius loci disputantur.

Summa huc redit: magnus Ptolemaei (4, 6. in.) ſinus (μέγας καλούμενος κόλπος) exterioris maris non differt a Melae grandis litoris flexu, i. e. *le grand coude, que forme l'Afrique en ſe courbant de l'occident en orient*, ubi hodie *Sierra Liona* et inde ulterius verſus oras orientales Guineae. Quidquid eſt, Madagaſcar eſſe non poteſt, quae ſita eſt in altera Africae prominentis ora, cum Mela in obpoſita ad occidentem iam progreſſus ſit. Hoc clare adparet, ſi Ptolemaeum conſulas c. l. qui hic habet *magnum ſinum*, item in vicinia montem, Θεῶν ὄχημα et Ἑσπέρου κέρας. Magnam porro tantum partem circumvectum eſſe Oceani, diſerte refert Mela, cum quo periplus conſentit. *Litoris grandis flexus* utique eſt *ſinus magnus* Ptolemaei et ipſe poſt ſinum Noſter adpellat. Sed forte aptius quaeras hodie inter promontoria, quae vocantur *C. Formoſa* et *C. de Lopo Concales*, et forte, quae ſunt ultra prius. Obiacent inſulae quidem, ſed quarum nulla ad *grandem inſulam* hanc pertinere poteſt. Plinius 6, 36. f. 31. et cum eo Solinus, qui tamen perperam eum ſequitur et mentem eius depravat, de Xenophonte Lampſaceno refert, in Gorgades Hannonem penetraſſe, et quae de grandi inſula tradit Noſter, ibi factum et viſum eſſe. Martianus Capella lib. 6. p. 226. uti ſolet, Plinii verba tranſtulit. Melam praeferendum cenſet Paris in memoires de l'academie des inſcript. p. 80. quia conſentiat cum Hannonis periplo, quem tamen hinc iamolim depravatum fuiſſe et vario inquinatum adparet. Idem ſequentia offendunt.

hirſutas) Diſcrepant alii et ipſe Hanno pag. 5. (Geogr. min. Hudſ.) qualem habemus. Hic nempe narrat tantum, plures ibi feminas et quidem hirtas, quam mares fuiſſe. Feminas interpretes Lixitae adpellabant *Gorillas*. Illarum tres captas (Plinius eiusque ſectatores cc. ll. *duas Gorgones*) pelliſque detractas delatasque Car-

thaginem esse; (*spectatas* sec. Plin. c. l. *usque ad Carthaginem captam*) virorum nullum, quod praerupta loca petierint. Hanno c. l. πάντες ἐξέφυγον, κρημνοβάται ὄντες καὶ τοῖς πέτροις (vulgo μετρίοις) ἀμυνόμενοι. Plinius c. l. *viros pernicitate evasisse* dicit. Tum vero vana sunt, quae Mela adiicit: *sua sponte fecundas*, cum mares ibi fuerint, et vel negligenter egit, vel interpolato periplo usus est, vel aliorum commenta secutus est, quod videtur inferre τὸ *narrant*. Et sic frustra post et suspecta diligentia Noster ad Hannonem recurrit.

sinum) Quem supra *grandis litoris flexum* vocabat, ubi de eo dictum est.

θεῶν ὄχημα) Hanno noctu tantum flagrasse scribit. Sic etiam Plinius 5, 1. sed idem 6, 35. f. 30. *imminens mari mons excelsus aeternis ardet ignibus Theon ochema dictus Graecis*. Gosselin recherches sur la geographie Tom. 1. p. 228. in tractu inter flumen *Nun* et promont. *Ger* ponit, Plinius in media parte meridiani cardinis Aethiopiae, et inde navigatione quatridui ad promontorium Hesperion ceras perveniri addit. Cf. 5, 1. ubi adfert etiam, sed simpliciter. Solin. cap. 30. f. 33. eodem situ *mons — ingenuo igne per aeternum fervidus et inquietus iugis flagrantibus; inter quae incendia iugis aestus draconum magna copia est*. Nomen montis non adposuit. Ptolemaeus 4, 6. etiam memorat et infra Ἑσπέρου κέρας locat. Boccacius c. l. eadem Melae verba repetit hoc augmento inserto: *altus est, et adeo iam a nostris cognitus, ut peon* (sic) *nominetur*. Qualis sit hodie, nulla fere (vid. Ortelii thes. s. v. *Deorum curvus*) est dubitatio, sc. *Sierra Liona*, cuius conspectus e longinquo datur navigantibus fulminibus expositus. Ipsum promontorium depressum quidem, sed vicini montes adeo excelsi, ut 15 miliaribus conspici possint. Vid. Allgem. Hist. der Reisen Vol. 1. p. 589.

§. 6. *collis)* Plinius 6, 35. f. f. 30. f. tantum: *Quidam et in eo tractu modicos colles amoena opacitate veſtitos Aegipanum Satyrorumque produnt.* Hanno in periplo habet ὕλην et in nocturnis ignibus et fragore cymbalorum conſentit. Reliqua exornavit, vel amplificavit Mela. Eum refert iterum Boccacius c. l. *Ultra montem longo tractu virere* ait *colles in litore, ex quibus patentes campi longe magis videntur, quam ſufficiat intuitu viſus*, et ſic reliqua fere iisdem verbis. Putant quidam, oram hic Guineae meridionalem regionum Senegalliae et Gambiae deſcribi. Ignes etiam intelligunt ex iis, quae Brucius narrat, barbaros herbas aridas in montium anguſtiis incendere, unde enata flamma montem, velut torrens, decurrat.

Panum) Ponuntur et paſſim alibi, ut circa Χέννιν (ſ. Χέμμιν, ut vult etiam Xylander) apud Plutarch. de Iſide — Opp. Vol. 7. p. 405. (Lipſ.) De Atlante hoc refert Martian. Capella lib. 6. p. 215. *Per diem ſilet, nocte et ignibus micat, tibiis, fiſtulis, cymbalis tympanisque percrepat, Satyris Aegipanisque* (ſic) *bacchantibus.* Heliodorus in Aethiop. 10, 4. (pag. 458. ed. Bourdel.) Πάνων οἴκησιν commemorat prope Meroen Gymnoſophiſtas feciſſe. Ptolem. 4, 7. in hoc tractu non longe a Meroe ad ſinum Arabicum grad. 19. habet Satyrorum montem, quam adpellationem a gregibus caprarum ortam putant auctores libri: Allgem. Hiſtorie der Reiſen Vol. 1. p. 201. et quaerunt 4 Miliar. a portu *Shaback* in inſula aliqua, etſi incertum iudicant natae. Sed rem ipſam tractavit in hoc loco Banier Götterlehre Vol. 3. pag. 671. et explicat de ſimiis, vel etiam feris hominibus, qui ſic terruerint advenas noctu. Inſulam eam quaerit prope *Thomas*, vel potius ad oram *promontorii viridis*. Bruce (Reiſen) Vol. 2. p. 537 ſq. putat, ubi h. *Kolla*, et inde explicat, quod, cum aeſtu, homines, ut animalia, fracti quieti indulgeant, nocte ingruente refecti excitantur, cantuque, ſaltatione et cla-

more ſe exhilarant et feras armentis infeſtas arcent. Ita vero veteres ex inſolito ſono numinis praeſentiam in locis augurabantur, ut in antro Orchomenio. Cf. Ariſtoteles de mirabil. auſcul. cap. 103. 106. in Corycio noſter 1, 13, 3. Tum loca inacceſſa Deorum eſſe putabantur, et religione etiam, etſi alias invia, ſepta erant. Cf. Gronov. in diatr. in Stat. cap. 54. pag. 349. Ceterum de Panibus cf. ad 1, 8. extr.

cauſae) Pro *rei*, ut ſaepe poſitum dicit Voſſius. Vellem exemplis idoneis docuiſſet, ubi ſimpliciter nec alia notione adiuncta, quam infert vis verbi propria, pro *re* valeret. Si *cauſae* recte habet et probatur, ita explicandum videtur: *opinio de cauſa, cur Panibus Satyrisque campi illi adtribuantur, inde nacta eſt fidem, quod* — Nempe cum ſigna Deorum cernerentur et audirentur, uti poſt indicat Noſter, quia Panes et Satyri ex Deorum minorum numero in campis verſari amant, his in primis datum eſt. Ceterum de iis nihil Hanno hodiernus, qui tantum: οὐδὲν ἀΦεωρῶμεν, ὅτι μὴ ὕλην, νυκτὸς δὲ πυρά τε πολλὰ καιόμενα καὶ Φωνὴν αὐλῶν ἠκούομεν, κυμβάλων τε καὶ τυμπάνων πάταγον καὶ κραυγὴν μυρίαν. Quo vero territi inſulam reliquerunt. Subit hic narratio vulgaris de monte Bructero. Inde vero adparet iterum, vel vitiatum truncatumque eſſe hodie Hannonis Periplum, vel alios Melam ſecutum eſſe.

ignes) Voſſius explicat ſic, ut vel facibus, clamore, tympanis ac incenſis pyris beluas noctu abegiſſe collectos: ibi Aethiopes dicat, vel fatuos ignes fuiſſe, quod verum cenſet. Mihi prius magis probatur, quia non ignes tantum viſi, ſed et clamores auditi ſunt, et ſimiles fabulae ex eadem cauſa ortae ſunt et vulgatae. Accedit hic caſtrorum mentio. Vide paullo ante. Ex Hannonis periplo de ignibus eadem repetit Ariſtoteles de mirabil. auſcultat. cap. 86. Quidam etiam *ignes* de graminibus accenſis explicant, qui mos ſervatur in Africa, ut narrant itinera.

Quod *minora* dicat, et hoc rationi est consentaneum. Ostendimus enim fluvium, vel fontem hunc Atlanticum *Dara* vulgo vocari. Iste vero, cum exitu careat, ac nonnunquam totus pene deficiat, non nimium benignus crocodilis esse potest, qui vastis et pisculentis gaudent alveis, ac propterea ostia potissimum obsident, ubi copiosior piscium venatus. Ac hanc veram esse rationem, quamobrem in hoc Atlantis torrente minora haec sint animalia, etiam exinde colligi potest, quod flumina, quae in eodem Libyae latere in Oceanum effluunt, uti *Zanaga*, *Gambra*, *Niger*, crocodilos et hippopotamos ferant nihilo Niloticis inferiores. Nempe quod alibi fere evenire solet, ut magni fluvii pisces ferant magnos, id ipsum quoque hic contingit. VOSSIVS.

§. 9. *Catoblepas)* Ipsum nomen varie effertur. Cum Nostro consentit Plinius 8, 32. f. 21. parvo discrimine Solin. cap. 33. f. 30. a quo vocatur *Catopleba*. In Philes carm. 45. et Georgio Pisida de opificio mundi v. 933. κατώβλεψ. Aelianus H. A. 7, 5. dicit τὸ κάτω βλέπον οὕτω καλούμενον, uti Athenaeus 5. f. ex quo hausit Eustathius ad Homer. Odyss. 11, 633. p. m. 463. in. qui vocatum esse scribit κατώβλεπτα (l. κατώβλεπα) et κατώβλεπτον (l. κατώβλεπον.) Cf. etiam Salmas. ad Solin. p. m. 276. ex quibus comparatio narrationis cum Mela institui potest.

oculos) Idem de basilisco tradit Heliodor. Aethiop. 3. pag. 142. ed. Bourdel. πνεύματι μόνῳ καὶ βλέμματι πᾶν ἀφαυαίνει καὶ λυμαίνεται τὸ ὑποπίπτον; de cicada Aristarchus apud Schol. ad Theocrit. 10, 18.

Gorgades) De ipso nomine dictum est in not. crit. p. 359. Situs, quem quidem Mela statuit, ex iis intelligitur, quae initio proximi capitis subiiciuntur, ubi

ſcilicet a promontorio, quod Ἑσπέρου κέρας dicitur, frontem incipere ſcribit, quae in occidentem vergat. Igitur orae Africae meridionali adponit, cum alii occidentali obpoſitas oſtendant. TZSCHUCKE. Dum non unum tantum Hannonem, ſed alios quoque ſequitur auctores, iterum peccat. Olim ora Africae Atlantica, antequam arma Romanorum eo pervenirent, ex uno tantum nota fuit Hannone. Is vero inſulam, in qua *Gorgides* vel *Gorgones* eſſent feminae, tridui navigatione ultra Κέρας ὄχημα collocat. Hic vero per *Gorgonum inſulam* intelligenda eſt *Cerne;* nam in hac Gorgones habitaſſe, retulere Palaephatus, [cap. 32.] Diodorus [3, 54.] et alii, confundentes eam cum vera *Gorgonum inſula*, quam multo eſſe remotiorem manifeſte ex ipſo Hannone colligi poteſt. *Cerne* vero hodie eſt *Arguin* inſula dulcibus ſcatens aquis, ad commercia cum Aethiopibus valde appoſita, ac ob hoc ipſum a Luſitanis commendata. VOSSIUS.

Gorgones) Fabulam de iis primus effinxit Heſiodus, (ſcut. Herc. v. 223 ſqq.) quia Homeri Γοργὼ Odyſſ. 11. f. alio ſpectat, ut operoſe docere nititur Dodwellus in diſſert. de peripli Hannonis aetate §. 3. 4. (in Hudſoni Geogr. minor. Vol. 1. p. 2. f.) Sedem, quod addit, primi poſt Heſiodum in Cyrenaica ſtatuere videntur, (§. 5.) poſteriores in freto Gaditano, ut Palaephatus cap. 32. in Cyrne. Tum plura de illarum ſedibus adfert. In extrema Africa varie notata ad Oceanum ponunt Heſiodus in Theog. v. 274. alii, ex poſterioribus Servius ad Virgil. Aen. 6, 289. Olim de ſedibus diſputatum eſſe, adparet ex Schol. Pindari ad Pyth. 10, 72. De ipſis Gorgonibus vid. quos laudat ad Palaephatum Fiſcherus, et quae uberiori facta expoſitione adtulit Banier (Götterlehre) T. 4. pag. 327 ſqq. Animalia ovibus ſimilia, quibus peſtilens fuerit oris halitus, putat Coel. Rhodiginus in lectt. ant. 18, 33. quod de catoblepa refert Athenaeus.

Ἑσπέρου κέρας) Philostratus in vita Apollonii 6, 1. in. (cum nota Olearii) Ἑσπέριον κέρας vocat, ut codices aliqui apud Diod. 3, 67. et Plinius 6, 35. f. 30 sq. etsi Pintianus ex suis codicibus notat Ἑσπέρου κέρας. In Mart. Cap. 6. p. 226. *Hesperon ceras* exstat. TZSCHVCKE. Plinius, ut saepe, ita quoque hic male sensum Auctoris nostri percepit. Non enim a septemtrione in meridiem, sed a meridie septemtrionem versus procedit. Hinc factum est, ut lib. 5. cap. 1. Hesperium ceras sive promuntorium decem dierum navigatione meridionalius esse scribat, atque sit Theon ochema. Multo vero rectius Noster, ut ex ipso liquet Hannone. Est vero Ἑσπέρου κέρας promuntorium illud famosum, quod *Viride* appellatur. Valde hallucinatur Salmasius, [in Solin. p. m. 915.] cum hoc negat, ac *caput Palmarum* interpretatur. Eo enim usque non est progressus Hanno. VOSSIVS. Cum Salmasio tamen facit Bougainville in Memoires — de Paris T. 26. p. 41. Plerique Vossio adsentiuntur. Harduinus ad Plin. 6, 36. f. 30. esse putat *le Cap de Sierra Leona*, certe non procul inde Paris in Memoires — de Paris Vol. 7. p. 86.

CAP. X.

ATLANTICUM MARE AC HUIC ADSITA AETHIOPIAE AC MAURETANIAE PARS.

§. 1. *Inde*) Respicit Ἑσπέρου κέρας in proximo capite, et sic Africam a septemtrione iam ad occidentem converti indicat, cuius sic duas frontes facit. Plinius 6, 36. f. 31. diserte: *Hesperion ceras confine Africae iuxta Aethiopas Hesperios.* Deinceps Melam ita expressit: *Inde primum circumagente se terra fronte in occasum ac mare Atlanticum.*

Atlantico) Vid. ad 1, 3. in.

Aethiopes) Nempe Hesperii, quos sic distinguit ab Aethiopibus sub Aegypto superiori capite §. 7. Hactenus igitur illi pertinent, ut ibi illorum regio finiatur. Strabo 17. p. 569. f. 827, ὑπὲρ Μαυρουσίας ex progressione sua ponit, ut Agathemer. 1, 2. ὑπὲρ Μαύρους. Paulo post Strabo p. 569. f. 828. ultra Massaesylos Nigritas ponit et Pharusios illis Aethiopibus vicinos, quod cum Mela in hoc capite et 1, 4, 3. bene congruit. Hanc igitur Aethiopiam eamque solam *Atlantiam* dictam existimat Salmasius in Solin. p. m. 877. non quod memorat Plin. 6, 35. f. 30. in. omnino Aethiopiam, quem hoc nomine graviter accusat. Cf. ad 3, 9, 3.

media) De locis ab ora remotis et interioribus intelligi non potest, quia, ut series docet, in ora procedit, eiusque incolas commemorat, deinde quia exustis insulas adpositas esse proxime subiicit. Igitur sunt ea loca, quae interiacent Aethiopas et Himantopodas et Pharusios. Cf. infra §. 3. quo pertinet explicatio vocabuli *media*. Ita Plin. 2, 68. f. 66. ubi de zonis loquitur, utrobique dicit esse perpetuam caliginem. Inde subiicit; *Media vero terrarum, quae Solis orbita est, exusta flammis et cremata, cominus vapore torretur.* Martian. Capella 6. p. 196. de eodem; *Media flammis atque ardoribus torridata.* Et noster 1, 1, 2. *Mediam* (zonam) *aestus infestat.* Hinc vero adparet simul, quomodo vox *exusta* intelligi debeat, quae de terra, agris sic occurrit. Vid. Virg. Georg. 1, 107. Tibull. 4, 1, 164. et de hoc ipso tractu, etsi infra Aethiopes secus ac Noster ponit, Sallust. Iug. 19, 6. *dein loca exusta solis ardoribus*, ubi similia Curtius. Nempe pertinet ad zonam torridam, quam inhabitabilem esse veteres arbitrabantur, falso quidem, de quo ad 1, 1, 2. Vage tamen noster exponere videtur, si cum Ptolemaeo 4, 6. conferas. Namque hic Hesperium cornu 13 gradibus supra hanc zonam conlocat, et ibi etiam Aethiopas

habet, cum tamen Nofter 1, 1, 2. eam plagam incognitam esse adfirmet, et apud Ptolemaeum in ora plurima loca recenseantur. In quo vero sic Mela poteft adiuvari et sustineri, ut zonam torridam eamque inhabitabilem longius ultra producat, deinde ex opinione vulgata veterum iis primis loquatur, qui ultra Cernen navigari non posse putabant et iactabant. Vid. Scylax p. m. 11. Hudf. et pluribus Plin. 6, 36. f. 31. cuius insulae hac de causa nec situs constabat inter veteres, neque magnitudo. Tentasse tamen iam olim quosdam, Iubae et Eudoxi exempla docent, aliorumque testimonia (vid. Plin. 5, 1.) comprobant. Quod ante Ptolemaeum repetitum fuisse intentiori exploratione, facile multorum locorum commemoratio evincit, etsi Cernen insulam, contra atque alii faciunt, nimis vicinam admovet Mauretaniae. Vid. ad 3, 9. f. Ceterum ita de incognitis terris locutos esse veteres, monitum etiam ad 1, 4, 2. et ut Nofter Herodot. 2, 32. m. de his terris loquitur. Gosselin p. 231. c. l. putat esse tractum, ubi fl. *Nun* contra Canarias insulas, veteribus *Hesperidas* et partim *Fortunatas*. Hinc vero Atlas incipit, cuius igitur radices in arenis.

infesta serpentibus] Cf. Sallust. Iug. 89, 5. Idem Ovid. Metam. 4, 619. de Libya: *frequens illa est, infestaque terris colubris*. Nempe *infesta*, ut alibi, sensu passivo. Vid. Gell. 9, 12.

Hesperidas] Magna est in harum insularum situ discrepantia, fabulis etiam mire inquinata. Earum prima cognitio ab Hannonis periplo promanavit, quem qui secuti sunt, in hoc tractu conlocant, etsi vario situ. Ita v. c. Statius Sebosus, teste Plinio 6, 36. f. 31. a Gorgonum insulis praenavigatione Atlantis dierum XI ad Hesperidum insulas cursum prodidit, ab iis ad Hesperu ceras unius. Sic ipse antea ex aliorum narratione repetit, ultra Gorga-

duas esse Hesperidum insulas; ceterum omnia incerta esse circa haec loca. Martianus Capella 6. p. 226. eodem situ in intimo admodum mari ponit. Avien. in perieg. 738. *Propter Atlantaei tergum salis Aethiopum gens Hesperides habitat.* Cf. Hesiod. in Theogon. 518. Ipse Dionysius v. 563. Cassiterides ita vocare videtur, quia dicit Ἑσπερίδες τῇσι κασσιτέροιο γενέθλη, ubi Eustathius 10 numerat et Melanchlaenos incolas facit. Plinii tamen narratio proxime facit ad sententiam Melae. Quodsi enim cursus unius diei putetur fere facere M stadia, et quod excedit, quae sunt miliaria Germanica 31. infra Atlantem non solum iacent, qualem Mela cum Ptolemaeo, sc. maiorem, in hoc tractu statuit, sed et rectius ad exustam oram admoventur, quam ultra Aethiopum terminos extendit Noster. Adiuvat etiam nomen, quod sine dubio primum impositum est ab Aethiopibus Hesperiis vicinis, et si vere fuerunt, quaerendae sunt ex Ptolemaei notatione prope insulas Fortunatas, ultra quas tamen profert Plin. 6, 37. s. 32. Hodie vero, si Hesperu ceras est *Capo verde*, quaerendae miliaribus Germanicis 31. ulterius. Fabula inde Hesperidum hortos cum pomis aureis finxit, et hic posuit. In hoc tamen situ non omnes sibi constant. Ita prope Atlantem Virgil. Aen. 4, 481. ubi ultimus est Aethiopum locus, quae verba ob superiora proprie intelligi debent, Hygin. fab. 30. s. Servius ad Aen. 4, 246. et alii, quos adfert Heyne ad Virgilium. Plinius tamen parum sui memor, 5, 1. et 19, 32. s. 4. prope Lixum CC pass. ab Oceano conlocat, idemque 5, 5. s. 4. in Cyrenaica, ut Scylax pag. 46 sq. Hudson. et alii. Qui error natus est ex cognomini urbe Cyrenaicae *Hesperis*, vel *Hesperides*, (Melae 1, 8, 2. *Hesperia*) post *Berenice*, quam huc transtulerunt, ut pluribus docet Salmas. in exercit. Plin. p. m. 264. Fabula porro ex Hesperidibus Nymphas finxit, iisque dedit poma aurea a dracone custodita, quae quidem multi propter utramque vim verbi μῆλα de ovibus inter-

pretantur, de quibus omnibus auctorum cohortem coegit Fiſcherus ad Palaephatum cap. 19. Scylax tamen, quem teſtem inprimis addere poterat, de pomis intelligendum eſſe evincit in horti pomorumque variorum commemoratione, quamvis iterum utramque regionem hic commiſcuiſſe auctores videntur. Ad ſitum huius loci pertinent nymphae Heſperides, quas ideo quidam Atlantis filias faciunt. Atlantem autem a Libya procul removet, et in Hyperboreis ponit Apollodor. 2, 5, 11. ad quem vide T. 1. pag. 408. Heyne. At confudiſſe iſta videtur Apollodorus. Quod tamen dicit, ab Hercule abrepta fuiſſe, huc recte referri poteſt, quia noſter infra Herculem haec loca adiiſſe tradit. Cf. et Plin. 5, 1. Solin. 27. (24.) qui et aram Herculis ibi notat. Alia pluribus disputat Heyne a conſilio meo remota. Ceterum de numero Heſperidum, cum alii 4. alii 3. alii 2. (ut Palaeph. cap. 19.) ſtatuant, vid. Munkerus et Staverenus ad Fulgentium de contin. Virgil. p. 755.

memoratur) De ſtructura hac dictum in not. crit. p. 361.

Atlas) Mons poetarum in primis deſcriptione et fabulis celebratus, quem et Noſter poetico fere ornatu deſignat. Abiicit hanc fabulam Agatharchides de mari rubro c. 4. p. 9. (Hudſ.) Ex multis dabo Virgilii locum Aen. 4, 247 ſqu. *coelum qui vertice fulcit — cinctum adſidue cui nubibus atris Piniferum caput et vento pulſatur et imbri. Nix humeros infuſa tegit* etc. Virgilium ſuo more imitatus eſt Sil. Ital. 1, 202 ſq. Eandem cauſam adfert Malalas Chronogr. lib. 4. p. 18. (Ven.) Clarum aſtrologum Atlantem, Promethei fratrem fuiſſe et ex hac intelligentia natum, quod coelum ferre dicatur, ſcribit Syncellus p. 119. (149.) Addit ab Euripide montem dici excelſum. (ὑπερνεφὲς ὄρος.) Quod coelum ſuſtinere dicitur poëtis, altitudinis ſummae eſt notatio. Cetera con-

firmat Leo Africanus descr. Africae p. 25. 26. Nihil tamen eiusmodi adfert Hoeſt in Nachrichten von Marokos und Fes p. 78, 79. tantum nivibus semper tectum esse, quod ad radices notari possit. Ex veteribus comparari possunt de eo Sil. Ital. 1, 201 sq. Plin. 5, 1. prolixe hic, Solin. cap. 27. (24.) Avien. in perieg. 102. Hesiod. in Theogon. 517. s. Martian. Capella 6. pag. 215. — Ex Geographicis haec: Nomen *Atlas* deducunt quidam a Gr. verbo ταλάω, sustineo, inde *Talas* et transpositis literis *Atlas*. Vid. Gonzalez in interpret. Hisp. ad h. l. p. 232. Alii ab Arab. voce *Tla*, *adscendere*, vel de sole *oriri*, Vid. Hoeſt Nachrichten p. 78. unde hausit sine dubio Bochek in libro Erdbeschreibung von Africa T. 1. pag. 192. *Atlantem* tamen Gr. nomen dicit Strabo 17. p. 568. s. 825. Alii ducunt nomen ab Atlante viro ἐγχωρίῳ, de quo multa Eustath. ad Odyss. 1, 52. Indigenae i. e. *Mauri*, ut diserte Solin. 27. s. 24. ubi idem de hoc nomine, olim adpellarunt *Dyrin* teste Strabone c. l. et Plinio c. l. Eustathius etiam ad Dionys. v. 66. κατὰ βαρβάρους Δύρις. Quod enim Martianus Capella 6. p. 615. habet *Adirim*, ortum est ex male connexis Plinii verbis: *ab eo ad Dyrin*; ut apud Solinum in ed. 1491. 4. inveni *adderim*. Hoc nomen sic intelligit Bochartus in Phaleg. 2. 13. ut idem sit quod *Enoch*, quem Arabes *Idrin* vocant, et Eusebius propter Astrologiae peritiam s. inventionem *Enochum*, putat. Recentiores tamen *Adderim* adpellare, monet Shaw in voyage sur l'Algier cap. 1. qui interpretatur: *magnum montem*. Oberlinus ad Vibium Sequ. p. 291. conjicit *columna* s. *columna coeli*, κίων τ. οὐρανοῦ apud Poetas, ut notat Glycas Annal. P. 1. p. 11. Duos autem memorat Atlantes Ptolem. 4, 1. *maiorem* et *minorem*, quorum hunc Mauretaniae facit propiorem. Neque tamen solus id fecit, ut putat Ritter ad Guthrie — historiam p. 134. Stephanus enim s. v. Ἄτλαντες duorum etiam facit mentionem, et Polybius, quem forte Noster secutus

eſt, teſte Plinio 5. 1. in medio adeo ſpatio inter Θεῶν ὄχημα et promontorium Heſperium Atlantem locavit, a ceteris omnibus, ut monet Plinius, in extremis Mauretaniae proditum. In recentiori nomine discrepant: Bergſträſser h. v. maior h. *Ayduacat*, minor h. *Errif*, Borkek c. l. p. 7. maior h. promont. *Bojador*, minor h. promont. *Kantin*. Alii maiorem et minorem dici propter variam altitudinem, ceterum non eſſe niſi unum montium tractum, teſtibus peregrinantibus, quem ſequatur deſertum h. *Sahara*. Shaw, (voyage T. 1. p. 8.) quos viderit eius tractus, nec Alpes, nec adeo Apenninum altitudine aequare adfirmat. Ipſe tractus terminatur ad occidentem τῷ *Djjebel Muſa*. (qui olim *ſeptem fratres* dictus) Quia igitur Atlas regionem Marocco verſus auſtrum cingit, aliique montes eius tantum ſunt partes, varia etiam recentiores Atlanti nomina impoſuerunt. Ita quidam *Guibet*. Stuart in itiner. p. m. 47. *Zarhon*. D'Anville montes putat, qui regiones Fes et Marocco a pagis *Sisjilmeſſa*, *Tafilet*, *Darah* prope deſertum magnum terminant, ſummamque altitudinem eſſe *Ziz*. Vid. ſur les rivières de l'interieur de l'Afrique in memoires de l'academie des inſcr. T. 26. pag. 64. Varia nomina Atlantici tractus Maura adfert Hoeſt p. 78. et minorem olim dictum vocat Maurice *Sgebel arif*, qui usque ad Meccam porrigatur. Pauci olim eo penetrarunt, et primus Rom. ducum Suetonius Paulinus, quod adfirmat Plin. 5, 1. transgreſſus quoque eſt Atlantem aliquot milium ſpatio. Mauri inde nivem petunt, et telorum fontium intercipi adfirmat Hoeſt p. 78. Inde natae multae fabulae. Immo Plin. c. l. Martian. Capella 6. p. 215. Solinus 27. f. 24. de eo narrant, quod ſupra c. 9, 5. Noſter de alio monte, quod Θεῶν ὄχημα dicebatur, adfert, adeoque de campis illis patentibus. Haec tamen de ſtrepitu ad oram maritimam refert Solinus. Iidem auctores multa de natura, fontibus, ſilvis montis. Quod nuper Bory de St. Vincent ſur les

isles fortunées pag. 378. ex hoc loco Atlantem ad Picum montem insulae Teneriffae refert, ad alia eius commenta reiici debet.

sustinere) Gr. βαστάζειν, uti etiam ex posterioribus Malalae in Chronogr. lib. 4. p. 18. Ven. Nempe, quod fabulae tradunt, ad id coactus fuerat a Iove, contra quem in Titanomachia dux fuerat, ut scribit Hygin. fab. 150. Hinc teste Herodoto 4, 280. f. ἐπιχωρίοις adpellabatur κίων τοῦ οὐρανοῦ, omninoque, quod adfirmat Zonaras 12, 9. poetis. Hinc *coelifer* Statius Theb. 5, 430. Sed vel omnino id dicunt, vel varias eius partes a corpore humano ducta comparatione designant, ut *humeros*. Vid. Schütz ad Aeschyl. Vol. 1. pag. 181. Ita vero excelsos alios montes indicare solerit, ut Caucaso tribuit ἀστρογείτονας κορυφὰς Aeschylus in Prometheo v. 727.

§. 2. *Fortunatae)* Noster earum numerum non addidit, in quo tamen variant veteres. Duas agnovit Sebosus apud Plin. 6, 37. f. 32. Prima est *Convallis* a convexitate, circuitu CCC M. P. quam ideo Hardouinus ad c. l. *l'isle de l'enfer*, vel *Teneriffa* putat, uti et alios censere refert Cellarius in Geogr. ant. 4, 7, 35. Nomen frustra exercet Salmasius in Solin. p. m. 915. qui legit: *Solium in valle a convexitate*. Altera est *Planaria* a specie. Ita omnino Plutarchus in Sertorio cap. 8. duas commemorat sine nomine tamen, et νήσους μακάρων adpellat, ubi Homeri elysium a barbaris etiam ponatur. Cf. de Elysio in illo situ Eustath. ad Homer. Odyss. 4, 563. et quae de eo disserit Heyne in opusc. acad. Vol. 1. pag. 395. Cf. etiam ad Melam 2, 7, 4. Minime autem, quod Vossius adfirmat, et repetit ad Sallust. p. 998. Corte, Iubam se secutum esse Plutarchus profitetur, cuius narrationem plane diversam reddit Plinius. Immo Sebosum secutus esse videtur. Cum Plutarcho in numero consentit

Salluſtius fragm. lib. 6. in. etſi diſtantia a Gadibus dubitationem iniicit, vel vitiatus eſt numerus, ut putat Corte. Μακάρων νήσους memorat etiam hic Strabo 3. pag. 104. f. 150. et non procul ab extremis Mauretaniae Gadibus obponit. Sic τῷ Λιβυκῷ τέρματι ὁρίζεσθαι dicit Tzetzes ad Lycophron. v. 648. Memorantur etiam ab Herodoto 3. 26. ubi vide. At Iuba apud Plin. 6. 37. f. 32. habet ſex, et ex eo Solin. cap. ult. et Martian. Capella lib. 6. p. 226. Nomina comparata ſunt haec: Primam vocant *Ombriou*. Plinius c. l. Solinus c. l. ubi libri etiam *Norion*, *Nozion*, de quo Salmaſ. p. m. 916. Martian. Cap. lib. 6. pag. 226. adpellat *Umbriona*, ubi alii *Membriana*. Grotius vult *Embrion* ſ. *Ombrion*. Videtur eſſe ea, quam Seboſus *Pluvialiam* dicit apud Plin. c. l. etſi in fortunatis non numerat. Nam et Ptolemaeo eſt *Ploitana*, *Pluitaia*, (hoc Bertius. illud ed. Argent. 1520. f.) vel, ut Salmaſius c. l. adfert, Πλουβιαλία. Cauſam nominis hanc Plinius profert, quia ibi aqua non ſit, niſi ex imbribus, et de Ombrio narrat, arbores iis eſſe ſimiles ferulae, ex quibus aqua exprimatur, ex nigris amara, ex candidioribus potui iucunda, quae de cannis ſaccharinis intelligit Salmaſ. in Solin. p. m. 916. etſi Voſſius repugnat et de ſtillante ibi arbore explicat. Cannae etiam ſaccharinae ſerius ab Hiſpanis poſt expugnationem inſularum invectae ſunt. Harduinus ad Plin. c. l. putat eſſe h. *l'isle de fer*. Alteram adpellant *Iunoniam*, in qua aedicula ſit tantum lapide exſtructa. Ptolemaeo eſt Ἥρας νῆσος. Seboſi tamen Iunoniam diverſam ab hac, putat Harduinus ad Plin. c. l. illam eſſe, h. *l'isle Fortaventure*, hanc *de Gomer*. Tertiam Plinius et Solinus eodem nomine, minorem vocant. Pro *eodem nomine* Martianus ridicule adpellat *Theodem* ſ. *Teodem*. Viri docti, Salmaſius c. l. pag. 927. b. et Harduinus Ptolemaei ἀπρόσιτον νῆσον putant, eandem Voſſius ad Melam h. l. quae Hiſpaniae eſt *la incantada* et *la non trovada*, ac inſuper S. *Bro-*

Lonis inſula multum famigerata. Ultimum nomen a Brandano ſ. Brendano Scoto eodemque Sancto corruptum putat Voſſius, in cuius vita inacceſſa inſula occurrat. Quarta eſt *Caprariæ*, lacertis referta. Plinius et alii. At Salmaſius in Solin. p. m. 927. cum non *capris* ſubſequatur, ſed lacertis, argute quidem malit Σαυραρίαν, ita ut C Graecum, i. e. Σ, pro C Latino legerit Plinius. Sed cum *Saura* in Latinis occurrat et hinc Plinio vel hac de cauſa ignotum eſſe minime potuerit, ſubieciſſet utique, ſi ita legiſſet. Deinde Ptolemaeo c. l. etſi paulo aliter, eſt Καπρεῖρία. (aliae edd. Κάπρερία.) Forte Capraria a forma ſaxorum dicta, ut mare Aegaeum volunt. H. *l'isle de Palme* putatur. Habet etiam Caprariam Seboſus, etſi ſeorſum ab his. Proxima *Nivaria*, in Plinii Codd. *Ninguaria*, quod perinde eſt, a perpetua nive et nebulis. Ptolemaeo c. l. Κεντουρία, (Bert. ſed ed. Argent. Πιντουαρία) pro Νιγγουαρία. Voſſius ad Melam h. l. eandem putat, et Ἀπρόσιτον, licet diſtinguat Ptolemaeus, dubia fide. H. *l'isle de Teneriffe*, ut vult Harduinus, quia ſola ex Canariis inſulis nive abundat. Sed quia Harduinus *Convallem* Seboſi eandem adfirmat, varie, ſi illud verum eſt, veteribus dicta fuit. Denique eſt *Canaria* etiam Ptolemaeo a canum multitudine ingentis magnitudinis, unde reliquae dictae ſunt. H. *l'isle de Canarie*. Hae ſunt Plinii aliorumque ſex inſulae, in quarum enumeratione certiam omiſit Bruns in Handbuch der alten Erdbeſchr. Vol. 2. pag. 157. b. Proclus autem lib. 1. in Timaeum decem numerat, ſeptem Proſerpinae ſacras, ac tres alias Plutoni, Hammoni et Neptuno. Omnino tamen quidam et poſteriori aevo de iis dubitaſſe videntur. Nam Eumenius in panegyr. ad Conſtantin. Aug. cap. 7. ubi earum meminit, deinceps, *ſi quae*, inquit, *ſunt*. Quae quidem dubitatio facile tot teſtimoniis apertis convellitur. Quidam putant eſſe h. inſulas *Madeira*. Sed ſi Seboſi ſitum et rationes audiamus, quibus 10 mil. paſſ. a Gadi-

bus diſtant, i. e. 152 miliar. Germanicis, facile ad Canarias hodie pertinent. Qui plura de veterum opinionibus et narrationibus legere cupit, reperire poteſt in Mureti Varr. lectt. 5, 1. Sunt tamen hodie ſeptem Canariae praeter minores in vicinia. Veteres vel hoc nomine, vel diverſo illius tractus inſulas omnino adpellaſſe videntur. In iis et Atlante ultimum Africae finem ponit Oroſ. 1, 2.

ſponte) Ubi nemo operam, manum admovet, ſine cultu. Ovid. Metam. 1, 417. *diverſis tellus animalia formis Sponte ſua peperit*, pro quo 1, 101. *ipſa quoque immunis raſtroque intacta nec ullis Saucia vomeribus per ſe dabat omnia tellus.* Alio modo id expreſſit Salluſtius, quem de his inſulis quidam loqui putant, in fragm. lib. 6. in. (pag. 998. ed. Cort.) *cuius duas inſulas propinquas inter ſe conſlabat ſuopte ingenio alimenta mortalibus gignere.* Plutarchus in Sertorio cap. 8. ubi diſerte has inſulas nominat: οὐ μόνον ἀροῦν καὶ φυτεύειν παρέχουσιν ἀγαθὴν καὶ πίονα χώραν, ἀλλὰ καὶ καρπὸν αὐτοφυῆ φέρουσιν. — Itemque de iis Mamertin. in grat. act. ad Iulian. c. 23. in. *per eas non arato ſolo frumenta naſcuntur, fortuitis vitibus iuga collium veſtiuntur, ſponte pomis arbor gravatur, ad herbarum vicem vulgo olus eſt.* Vide ibi laegerum, qui ſimilia aliqua veterum loca adtulit. Poeticam earum inſularum, quas *divites* adpellat, et *arva beata*, deſcriptionem dabit Horatius epod. 16, 41 ſqq.

ſubinde) Hiſpanus interpres reddidit: *ſucceſſivamente todos los annos*, et mirifice facem ſuae interpretationi praetuliſſe putat Horat. c. l. qui: *reddit ubi Cererem tellus inarata quotannis* — ſic ut in ſequ. etiam ſemper intelligatur. Id vero Mela proprie non vult, cuius verba hunc ſenſum inferunt: Depaſtis, ſeu demeſſis frugibus aliae novaeque denuo ſemper innaſcuntur, ita ut ſeges,

vel meſſis nunquam deficiat. Plin. 5. 1. *fructibus omnium generum ſponte ita ſubnaſcentibus, ut nunquam ſatietas voluptatibus deſit.* Sententia de arbore eadem apud Solin. 49. f. 46. fin. et de frugibus apud Noſtrum infra.

nihil ſollicitos) Plutarch. c. l. ſic: καρπὸν αὐτοφυῆ φέρουσιν ἀποχρῶντα πλήθει καὶ γλυκύτητι βόσκεσθαι ἄνευ πόνων καὶ πραγματείας σχολάζοντα δῆμον.

fontium) Ex Plinii c. l. narratione haec in inſulam *Ombrion* cadunt, quam in montibus ſtagnum habere dicit, arboresque ſimiles ferulae, unde ſuccus exprimatur. Quae dum Salmaſius, uti ſupra dictum, de cannis ſaccharinis intelligit, ut alii, repugnat hic Voſſius, et poſt demum a Luſitanis eas invectas monet, etſi in aliis Fortunatis antea proveniſſe non neget, immo arborem intelligi ſtillantem, cuius aqua univerſis ſufficiat inſulanis, etſi unica ſit. Quod quidem dubium valde non ſolum eſt, ſed et ſic miſcet nomen hodiernum inſulae, dum modo *Ferro* modo *Madeira* adpellat. Vid. de hac arbore Allgem. L. Zeit. 1791. n. 22. p. 170. ex Dapper le Maire L. Bartot. Cf. Borbek Beſchr. von Africa T. 1. Sed hic de fontibus in primis, quorum quidem alibi non ſit mentio, praeter ſtagnum illud Plinii, multo minus aliquid de ſingulari eorum ingenio. Unde hauſerit Noſter, non liquet.

riſu) Ita fere Pacatus in Panegyr. ad Theodoſ. Aug. cap. 25. §. 4. *deguſtato Sardorum graminum ſucco, feruntur in morte ridere*, ubi vide Arntzen. et quos laudat. Alias *riſu emori*, γέλωτι ἐκθνήσκειν, de quo Barthius ad Claudian. in Conſul. Probi v. 220.

§. 3. *ferae)* Ex ſuperioribus adparet, hoc in primis de ſerpentibus dici. Ita Lucret. 6. 766. *ſerpentia ſecla ferarum*, et Sil. Ital. 6. 268. *alternasque ferum*

diducit in iras de ſerpente, qui praecedit. Et ſic *ferus* apud auctores, de leone, apro, cervo, equo — cuiusmodi exempla in Lexicis reperiuntur. *Infeſtant* autem in hoc nexu et uſu ſolemne eſt Noſtro.

Himantòpodes) I. e. *loripedes*, uti adpoſito Latino verbo interpretatur Plin. 5, 8. f. Hinc etiam a Noſtro melius explicari debuiſſe loreis pedibus putat pro *lentis* ex vocis etymo Coelius Rhodigin. in lectt. antiqu. 23, 22. Aliorum loca et teſtimonia iam adlata ſunt in not. crit. p. 366. Voſſius autem cauſam, cur Aethiopum quidam loripedes fuerint, hanc exiſtimat, quod illis genuum conchae amputarentur, et adducit locum ex Origene in Philocalia cap. 22. Καὶ πάλιν τῶν δέ τινων τῶν ἐν Αἰθιοψι τοῖς δὲ τὰς κόγχας τῶν γονάτων περιαιρεῖσθαι. Ex quo recte inflexa crura adpellentur, quia ſic neceſſario retro incurventur, quod et de *Scritofinnis* referant quidam, quamquam alia de cauſa, cum illis patellae non abſint amputatae. Merito autem tandem ad fabellas relegat. Apud Plinium 7, 2. auctore quidem fabuloſo illo Megaſthene gens inter Indos Nomadas refertur, quae narium loco tantum foramina habeat (cf. ſupra 3, 9, 4.) et anguium modo *loripes* ſit, quos *Scyritas* vocari ait. Salmaſium, in Solin. p. m. 295. qui vult *Syrtas* ἀπὸ τοῦ σύρειν τὼ πόδε, refutat ad Plin. c. l. Harduinus, quod e Graeco fonte Indica vox male derivetur. Recte, ſi Indicam vocem repetiit Plinius, nec Graecam Megaſthenis ſecutus eſt.

Pharuſii) De ſcriptura cf. not. crit. ad 1, 4, 3. et h. l. Ptolem. 4, 6. f. obponit inſulae *Cernae* in Mauretania extrema contra montem Atlantem, in quo conſentit cum Polybio apud Plin. 6, 36. f. 31. Quae cum videatur eſſe *Madeira*, Pharuſii loca habitarunt, ubi h. reperitur *Marocco*. Alii contra, ſinum Perſicum adverſam

Aethiopiae eam insulam faciunt, ubi hodie est *Madagascar*, in quo tractu Pharusii minime locari possunt. Alii aliter. Vid. Plin. c. l. Ita vero cum aliis et Nostro Plin. 5, 8. f. 4. prope Mauretaniam ad Oceanum ostendit, et *Gymnetes* a nuditate vocat, et prope *Nigritas* ponit. Certe, quod de desertis locis supra Noster exposuit, docet ultra desertum magnum *Sarah* versus Mauretaniam habitasse. Ceterum discrepare paullum videtur Plin. 5, 8. f. 4. ubi sic tradit: *Pharusii, quondam Persae, comites fuisse dicuntur Herculis ad Hesperidas tendentis.* Offenderunt enim viri docti in adiecta voce *Persae* et Salmas. in Solin. p. m. 295. emendavit *per se* i. e. *sponte*, cum nec Mela, quem ducem secutus videtur Plinius, eiusmodi aliquid indicet, nec Solinus, Plinii epitomator, Persas commemoret cap. 34. f. 31. f. Pintianus refert alios voluisse: *pars a comitibus* vel *a comitatu*. At refragantur Codices tuenturque eos aliorum testimonia. Nempe Plinius vult: Pharusios quondam Persas fuisse, uti verba necti et intelligi debent. Ita vero Vossius aliique docent ex Sallustio Iug. 18, 3. ubi de Herculis mortui exercitu in diversas oras dilapso sic: *Ex eo numero Medi, Persae et Armeni navibus in Africam transvecti, proxumos mari nostro locos occupavere. Sed Persae intra Oceanum magis* — quem locum inde repetiit Isidor. Orig. 9, 2. Nempe eundem situm ibi Persis tribuit, quem Noster Pharusiis, ut ad eosdem referri posse, immo debere, videatur. Diverso tradit Strabo 17. p. 570. f. 828. ex aliquorum narrationibus, Mauros Indos fuisse, Herculem in haec loca secutos. Quidquid est, ex his locis cum Mela comparatis elucet, Persas et Mauros Herculem comitatos huc venisse, ubi Mela Pharusios ponit. At alia narrat Mela, quo auctore Pharusii non cum Hercule advenerunt, sed cum Hercules huc progressus esset, ea loca iam tenuerunt. *Aliquando* enim ex obpositione τοῦ *nunc* pertinet ad *dites*, non ad *tendente*, quod et agnovit Hispanus interpres et contra

Salmaſium c. l. tuitus eſt. Poſt *aliquando* igitur, *en otra edad*, recte poſuit inciſum minus, et ſic, ſi verus eſt Salluſtius, Perſae poſt Herculis mortem dilapſi, Pharuſiis commiſti ſunt. Solinus tamen 34. f. l. 31. Perſis omiſſis Pharuſios Herculis comites itineris taedio hic reſediſſe narrat, et ſic novam difficultatem obſtruit. Nec aliter Strabo de Mauris cum Mela componi poteſt. Ceterum de moribus et vita Pharuſiorum quaedam retulit Strabo c. l. Perſas eſſe etiam inde probat Hoeſt von Marokos p. 100. quia ab Arabibus etiamnum hodie Perſia vocetur *Fars*. Shaw voyages — T. 1. ch. 6. pag. 107. opinatur poſſe locari, ubi h. ſunt populi *Low-aäte* et *Ammer*, quod coniicit ex monte *Phaureſo* apud Ptolem. 4, 2. ſimilitudine ductus, quamquam hic Pharuſios aliquantum inde removet, et recte, cum in Mauretania Caeſarienſi eum montem adferat. Sed idem Shaw c. l. p. 170. Pharuſios in tractu *Tell* ſ. montibus Atlantis ponit melius.

§. 4. *amoeni)* De locorum ſpecie vid. ad 3, 2, 2.

citro) In huius tractus ſilvis hanc arborem exquiri monet diſerte Plin. 5, 1. idemque confirmat 13, 29. f. 15. ubi: *Atlas mons peculiari gignitur ſilva — Confines ei Mauri, quibus plurima arbor viti.* Hinc Martial. 14, 90. vocat: *ſilvae Maurae filiam*, quod et alii innuunt. Vid. Harduin. ad Plin. 13, 29. f. 15. Porro haec de cauſa Ἑσπερίδα vel Ἑσπερικὸν μῆλον vocant confirmantibus interpretatione gloſſariis, nec male, huc referuntur χρυσᾶ μῆλα τῶν Ἑσπερίδων propter colorem aureum, uti haec prolixius expoſuit Salmaſius in Solin. p. m. 670 ſqq. Conſule etiam Euſtath. ad Odyſſ. 7, 115. p. m. 1574. f. ubi etiam narrat, Herculem ex Libya in Graeciam exportaſſe. Cum ſero Romae innotuiſſet, intelligitur apud Plin. 5, 1. cur Suetonius Paulinus, qui ſub Nerone vixit,

et primus Romanorum ducum Atlantem transgressus erat, retulerit, silvas ibi esse repletas, incognito genere arborum proceritate spectabili, quae de citris intelligunt. Nam etsi *citreae mensae* ante innotuerant, rarae tamen erant et insano pretio parabantur, forte etiam a Mauretaniae regibus dono missae, vel venditae. Vid. Plin. 13, 29. s. 15. et de mensis citreis Ursinus ad Ciaccon. de triclinio in appendice p. m. 292 sq. (Amstel. 1689.) Postea vero Plinii iam aetate magis illas arbores innotuisse, ex eodem c. l. adparet, ubi dicit: *Ancorarius mons vocatur citerioris Mauretaniae, qui laudatissimam dedit citrum, iam exhaustus.* Inde nempe Romam deportatam fuisse, potius quam e Media, vel Perside, unde Graeci petierunt, etsi idem sit *malum Medicum*, inde sequi videtur, quod Graeci vetusti *citri* nullam mentionem faciunt. Vid. Salmas. c. l. Quidam vocabulum Orientis putant, de quo vid. Krünitz Encyklopädie T. 8. pag. 150. In Aegypti hodie hortis frequentes et quasi silvestres esse has arbores, tradit Maillet in descript. de l'Egypte p. 17. hist. naturelle.

terebintho) In variis regionibus crescit. Plin. 13, 12. s. 6. in Syria memorat, Troade, Macedonia. Theophr. hist. plant. 4, 5. in India — Citream arborem putant. Qui plura desiderat, adeat, qui laudantur a Burmanno ad Propert. 3, 5, 63. De *ebore* consentit Plin. 5, 1. *cum ebore citroque silvae exquirantur* — et 8, 10. narrat: *in extremis Africae, qua confinis Aethiopiae est, saepes in domiciliis et pecorum stabulis pro palis elephantorum dentibus fieri, auctore Polybio.*

Nigritarum) Gr. Νιγρῖται, ut Strabo scribit lib. 2. p. 90. s. 131. lib. 17. p. 568. s. 826. (vulgo quidem hic Νιγρῆται) Ptolem. 4, 6. Agathemer. 2, 5. Et sic Plin. 5, 8. *Nigritae*, ut Noster. Reperitur tamen etiam Νιγρῆτες apud Dionys. v. 215. Sic ipse Strabo lib. 17.

pag. 569. f. 828. Stephanus h. v. *Nigretae* tamen editur in Avieno v. 322. ubi etiam tuetur, neſcio quam recte, Schraderus. Eosdem *Nigros* putant a Plinio lib. 6. 35. f. 30. vocari. Nomen, quod idem diſerte adfirmat in priori loco, ſortiti erant a Nigro flumine, cuius erant accolae, h. *Senegal*, etſi in hoc noſtri Geographi diſentiunt. Sic d'Anville Nigrum et Senegal diverſos credit, illum ad orientem, hunc ad occaſum currere. At coniungunt alii utrumque, in iis Lalande, Busche, Deliſles, Jaillot. Situm populi inter Mauros et Aethiopas indicat Mela 1, 4, 3.

Gaetulorumque) Gr. Γαιτοῦλοι, regio Γαιτουλία. Dictos tamen fuiſſe a quibusdam Γαιτυλίους, unde Γαιτυλία, notat Stephanus. Latini penultimam producunt. Situs item ex Mela 1, 4, 3. cognoſcitur, ex cuius et aliorum indiciis ad fluvium *Adge-dee*, ubi h. agunt Arabes Beduini, conlocandos putat Shaw voyage T. 1. p. 12. et 70. Quod Melae ordinem in recenſu populorum illorum et vicinorum reprehendit Cellarius, de eo cf. ad I. 1, 4. 4. p. 1125.

murice) Etiam hoc confirmat Plin. 5, 1. *omnes ſcopuli Gaetuli muricibus et purpuris exquiruntur*, et ſic 9. 60. f. 36. in *Gaetulo litore Oceani* maxime praedicat, ubi plura de *purpura* et *murice* habes. Horat. epp. 2, 2, 181. laudat *veſtes Gaetulo murice tinctas*. Hinc *Purpurariae inſulae* apud Plin. 6, 37. f. 32. in hoc tractu et ante: *Paucas inſulas conſtat eſſe ex adverſo Autololum a Iuba repertas, in quibus Gaetulicam purpuram tingere inſtituerat.*

§. 5. *exterior)* Nempe quae adluitur ab Oceano Atlantico, uti *extra* et *intra* apud Noſtrum ponuntur. Interiorem enim oram, quae adtingit mare mediterraneum, deſcripſit 1, 5.

non fata) Idem ſupra mutatis verbis de Fortunatis inſulis: *abundant ſua ſponte genitis, aliis ſuper aliis innaſcentibus. Profundat* ſignificat copiam promtam et facilem, ut verba cognata. Vid. Servius ad Virgil. Aen. 8, 139. Burmann. ad Phaedr. 3, 15, 5. Idem lucide lenter adparet ex obpoſitione apud Plin. in Panegyr. cap. 36. f.

Antaeus regnaſſe) Hinc paſſim eius regia celebratur Lixos oppidum, e. c. apud Plin. 5, 1. Solin. c. 27. f. 24. Martian. Capella lib. 6. p. 215. — *Antaei regna* apud Lucan. 5, 490. Cf. 6, 55. et Apollodor. 2, 5, 11. ubi τῆς Λιβύης βασιλεῦσαι dicitur. De Antaeo ipſo cf. ad II. 1, 5, 2. p. 128 ſq.

collis modicus) Hunc locum adpoſito Melae nomine repetiit Boccatius in Genealogiis 1, 13. et 3, 10 f.

tumulus) Hunc Sertorius, teſte Plutarcho in vita cap. 9. δίσκαψε, τοῖς βαρβάροις ἀπιστῶν διὰ μέγεθος. Quod cum verum inveniſſet, iterum obruit. Sed nihil eiusmodi eveniſſe ibi narratur. Et ſic apud Strabon. 17. p. 570. f. 829. ubi eadem referuntur, auctore Gabinio in deſcriptione Mauretaniae, homine, quod pronuntiat, fabuloſo, unde et ſua duxiſſe Plutarchus videtur, et forte Noſter, additis iis, quae Strabo et Plutarchus conſulto praeterierunt.

§. 6. *agunt)* I. e. *habitant*, quod et quidam codices interpretationis loco poſuerunt. Ita Salluſt. in Iug. 18, 9. *Libyes propius mare Africum agitabant*, ubi plura exempla congeſſit Cortius. Nempe *agere*, ut *agitare*, ſubintellecto *vitam*, omnino eſt vivere, et de moribus et cultu populorum apud Noſtrum et alios dicitur. Vid. ad 3, 3, 2.

Gilda) Eadem urbs eſt *Silda* Ptolemaei 4. 2. 3. f. pro *Gilda*, ut iam in notis criticis p. 377. monui. Angli, Guthrie et Gray, in hiſtoria catholica putant eſſe h. *Mequinetz*, quod minus vero ſimile iudicat Ritterus Vol. 5. P. 2. p. 153. Nempe ulterius ea ab hoc ſitu remota eſt, et hinc inferius quaerenda. Sed quis indaget? At ſi *Mequinetz* eſt *Meknes*, diurno itinere a Volubile (Fes, ſi ſcil. eſt) diſtat, et eſt urbs ſatis ampla. Ita Hoeſt p. 85. Volubilem et Gildem hodie, quae ſint, ſe ignorare, fatetur Chenier recherches — ſur les Maures T. 1. p. 76. Ipſe *Silda* ſcribit.

Volubilis) In Plinio 5. 1. eſt *Volubile oppidum* tantundem ab utroque mari diſtans; nempe praecedit; XXXV M. P. Antonin. in itiner. p. 23. *coloniam* vocat, quae mutationes ex ſuperioribus innotuerunt. At ex ſitu, quem Plinius notat, errare putantur omnes, qui h. *Fes* putant, quae urbs amplius centum XX M. P. inde remota eſt. Vid. Harduin. ad Plinium c. l. et Weſſeling ad Antonin. c. l. Ritter ad Guthrie — hiſtor. c. l. Ita tamen excuſari et defendi aliquo modo poſſunt, ſi *tantundem* apud Plinium ad utrumque mare ſimpliciter referatur, non ad 35 M. P. quibus Volubile oppidum a Banaſa diſtare affirmat. De *Priſciana* adferri nihil praeterea poteſt.

Sala) In Ptolemaeo 4. 1. Σάλα πόλις et ποταμὸς, conſentitque Plinius 5. 1. *Sala* urbs in Geogr. Ravenn. 3. 11. Philoſtrato in vita Apollonii cap. 1. urbs dicitur Σάληξ. Hodie *Sale* eſſe putatur, amnis autem quibusdam dicitur h. *Buragrag*. Vid. Harduin. ad Plin. c. l. *Burargag* ſcribit Hoeſt in tabula praefixa. Cf. etiam Chenier in recherches — ſur les Maures T. 1. p. 76.

Lixo) Apud Hannonem in periplo in. μέγας ποταμὸς Λίξος, ἀπὸ τῆς Λιβύης ῥέων. Inde ſic adpellatur

a Scylace p. 53. Hudſ. (etiam μέγας) Strabone 2. p. 68. f. 99. Plin. 5, 1. aliſque. At in Ptolem. 4, 1. in. *Lix.* Harduinus ad Plin. c. l. putat h. eſſe *Lucus*, ut Weſſeling ad Antonin. itin. p. 8. Sic *Lucos* putat Chenier recherches — ſur les Maures T. 1. p. 75. oriri h. ex confluvio Buregreb et Gueron. Lucos etiam Goſſelin recherches ſur la Geographie T. 1. p. 175. Leo Africanus ducit ex montibus Gumère in Africae deſcr. lib. 9. Alii *Rio do ouro.* Cf. Hagerus in Geogr. Bücher-Saal Vol. 1. P. 9. p. 644. et in primis Bougainville ſur les découvertes — le long des côtes d'Afrique par Hannon in memoires de l'academie des inſcrr. — de Paris Vol. 26. p. 10 ſqq. ubi docet, Lixum Hannonis non eſſe fluvium, ſed ſalſum lacum, quem fluminis oſtia putaverit. Inde nempe a promontorio *Boiador* ad prom. *Blanc* nullum eſſe fluvium, ſed omnia arenoſa. Hunc autem eſſe *Rib do ouro.* Cf. etiam Vierthaler Beyträge zur Geographie p. 145. Refutavit tamen Goſſelin p. 75. c. l. quia hic lacus ſit in terra arenoſa et deſerta procul a freto, ad quod Lixum auctores ponunt. Ex tabula Hoeſtii videtur hodie eſſe *Gelzula* ſ. *Iguſul.*

Lixo) De variis adpellationibus iam dictum eſt in not. crit. p. 378 ſqq. velut *Lix*, *Lixus*, *Lixos*, *Linx*, *Lynx.* Coloniam multi vocant, et Plinius 5, 1. a Claudio Caeſare factam adfirmat. Idem a *Zili* removet XXXII M. P. quam in ora Oceani ponit, a freto Gaditano CXII M. P. ut Solinus 27. ſ. 24. Strabo 17. p. 568. ſ. 825. 800 ſtadiis, quae tantum C M. P. efficiunt. Forte accuratius, ſi h. eſt *Larache*, ut fert communis fere opinio. Quidam enim aliter volunt. Vid. Simlerus ad Anton. itin. p. m. 7. Hinc Λιξῖται apud Hannonem c. l. et praeterea apud Stephanum ſ. v. Λίξα etiam Λιξῖοι et Λιξάται.

Zilia) Varie et haec urbs adpellatur, v. c. Ζῆλις, Ζῆλος, *Zilis*; *Zilia* tantum eſt in Ptolemaeo. Non procul

a Tingi ſitam fuiſſe dicit Strabo 3. p. 96. f. 140. ἀστυγείτων τῆς Τίγγος. Plinio 5, 1. dicitur *colonia Auguſti Iulia Conſtantia Zilis regum* (ſc. Mauretaniae) *ditioni exempta et iura Baeticam petere iuſſa*, i. e. Baeticae iurisdictioni adſcripta. Strabo c. l. μετῴκισαν ταύτην εἰς τὴν περαίαν οἱ Ῥωμαῖοι. A Lixo Plinius removet XXXII M. P. Antonin. itin. p. m. 8. parvo discrimine XXX. Aldrete in antiguedades de Eſpaña (en Amberes 1614. 4.) lib. 1. p. 101. Polybii *Anatin* apud Plin. 5. 1. eſſe putat. At numeri non patiuntur. Plerique h. *Arzilla* putant in regno *Fes*, praefixo nempe Arabico articulo *Ar*. Sic (praemiſſo articulo) putat Chenier recherches — ſur les Maures T. 1. p. 72. *Azila* habet Hoeſt p. 87. c. l. et in tabula paullo infra *Tansgia* ponit. Certe hoc vero propius eſt, quam *Alzer* i. e. *Alger* Caſtaldi, quippe quae urbs ad internum mare, non ad Oceanum poſita ſit. Vid. Simlerus ad Antonini itin. c. l.

WIDENER LIBRARY
HX IISN 8

WIDENER LIBRARY
HX IISN 8